PRACTICA MEDICINALIS. LEONELLI FAUENTINI DE VICTORIIS, CUM...

Leonello Vittori, Johann Küfner, Georg Küfner

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
20 A
959 6 H

PRA

M

Leonelli Fa

cum Scho

De ægritud

author

Item, Appe

BIBLIOTECA M
ROMA

Apu

PRACTICA
Medicinalis.

Leonelli Fauentini de Victoriis,
cum Scholiis Ioannis Kuſneri.

De ægritudinibus infantium, eodem
authore, Tractatus.

Item, Appendix ad eundem per Georgium
Kuſnerum iuniorem.



MATVRA

LVGDVNI,
Apud Antonium de Harſy.

M. D. LXXIIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
50
Mor.

Ioannes Pedioneus.

[illegible] Apollineas animo complecteris artes,
[illegible] referas nocte, dieque tuos.
Hoc i[illegible] magno præcepta volumine diſces,
Quæ [illegible] Hippocrates, quæq; Galenus habet.
Nulla eſt humanos ſanandi cura dolores,
Iſte aliquam cuius non ferat Autor opem.
Conditus in tenebris longiq; in nocte ſepultus,
Primus Alexandri ſcribitur ille manu.
O tibi quas fraudes Germania, quanta tuliſſet
Damna, diu tantum ſi latuiſſet opus?
Ipſe ſuos tandem miſeratus, Apollo miniſtros,
Ad nos ex Italo tranſtulit iſta ſolo.
Nunc age Roma tuos iterũ fer ad aſtra Galenos,
Finge tuos noſtris, ſi potes, eſſe pares.
Nec licet hunc ſolum, multos ſperare Leones,
Qui ſimiles noſtris progredientur agris.
Temporibus nullis cedemus in arte medendi,
Auſonios ætas ſi feret iſta duos.
At tibi me tales nimium laudando Galenos,
Vendere ne falſa hac ambitione putes.
Ipſe licet videas, licet ipſe volumina tractes,
Aßiduus propria nocte dieque manu:
Omne genus medica curabis ab arte dolorum,
Fas tamen hoc ſolos credere poſſe deos.

Magnifico, necnon omnibus deorum muneribus ornato viro Domino Antonio Fuggero, domino Viaciæ, vulgò Vueyſſenhornij, Kirchſpergi, Biberbachij, aliorúmque complurium Archidiorum Dynaſtæ ampliſsimo, de bonis artibus, earúmque profeſſoribus quàm optimè meritò, domino, & patrono ſuo, tam obſeruabili, quàm fauorabili, do. Ioannes Kufnerus Trochoreus

S. P. D.

PErvetuſta quidem, & ex gentilitate in hæc noſtra vſq; tempora deducta inoleuit conſuetudo, magnifice heros, ac ſtudioſorum patrone meritiſſime, priſca ſcilicet inſignium eruditione virorum multis iam ſeculis vſitata ſolennitas, qua receptum eſt, quos amore ſingulari, & obſeruantia proſequimur eos ſtudiorum noſtrorum aliquo monumento obſalutare; quo & ſalutati ſe ab illis diligi, & coli exploratum habentes, noſſent inde perpetuam ſibi famam, & doxam immortalem deriuari, rurſúſque ab eorum decore præſtantiáque ſcriptis ampliſsimum pondus inuehi. Proinde quum iam inſtent anniuerſaria regalia, quibus pro felici ineuntis anni auſpicio dotatim apophoretà ſibi miſsitant perfamiliares, quibus (inquam) quaſi pignoribus mutuam beneuolentiam teſtatam, ac læ-

tum venturi temporis ſucceſſum viciſsitudine quadam velint exoptatũ Hoc *mecum reputã, & celebrem veterum morem animo reuoluens, crebertimo rogatu nonnullorum, quos intimos habeo, præſertim auunculi mei* Ambroſij Mau*ritanouij à* Liechtemvverd Regij *conſiliarij expugnatus (quanquã illic ingens pectori oboriebatur æſtus, quum occurrebat, quàm eſſet* [illegible] *curta ſuppellex & quàm immẽſum quod magnificentiæ tuæ poſcit ſublimitas) diuinum Iatronices opus, nempe* D. Leonelli *Fauentini de Victoriis, inter* Auſones *Archipracticos ſuæ tempeſtatis ſine diſsidio coryphæi celebratiſsimi theſaurum verius quàm librũ peri práxeos* Medicinæ *ſaluberrimũ cunctis mortalibus exoptabilem eiuſdem magnificẽtiæ tuæ auſpiciis literariæ incudi cõmittere excudendũ deſtinaui, ad quod me plures cauſæ ſunt cohortatæ.* Primò, *quòd obſeruantiſsimi animi mei erga magnificentiã tuam promptitudinem prodere geſtierim, hac ipſa ratione cõfidens, me tenuis fortunæ homunculum, viã ad magnificentiam tuã affectãtem, tã præpotentis herois adeóque benefici* Mecœna*tis fauorẽ, ac gratiã exambiturũ: illius quoq; ſplendidiſsimæ proſapiæ, ſeu cõſanguinitati per hoc gratũ facturũ, vel ſaltem (quo non magis in votis habeo quicquam) quadantenus placiturũ: in ſpem præterea nõ-*

nihil

nihil erigebat, quòd perſpectum habuerim, quàm magnificentiæ tuæ, totique illuſtri familiæ ſuæ prænominatus auũculus meus, non vulgariter ſolùm notus, ſed etiã gratioſe commendatus habeatur. Altera, nec minus euidẽs cauſa eſt, cur Iatricũ volumen hoc magnificẽtiæ tuæ inſcripſerim, nempe quò ſecu[illegible]*c munitior idem Leonellus, me Coſmeta* [illegible] *cõptus, & coaugmẽtatus in manus ho*[illegible] *prodiret. Liquet enim quã multũ aleæ m*[illegible] *eos, ꝗ ſine ſatellitio aliquóve p̃ſidio ſuas* [illegible]*ras literarias edere ſtudẽt, ita in oẽs ſtudiorũ liberaliorũ ꝓmotores zoilea ꝓboſitas graſſatur. At tutus nimirũ exibit in publicũ, ſi magnificentiæ tuæ patrocinio nitatur. Cuius authoritati (ſic enim extra cõtrouerſiã mihi polliceor) quicquid nuncupatur, ab omni iniuria immune eſt, vt quæ multa opera, ac veluti Xerxea munificẽtia, imò Mæcenatea propenſione Muſis ipſis cùm maximè faueat, adeóq; eaſdem, cum ſuis cultoribus benigniſſimè foueat. Quo fit, vt eã agminatim docti etiã, atq; etiã ſuſpiciãt, maximopere colãt, & reuerendiſſimè venerentur. Volui igitur huius rei indiciũ publicè edere, vnde etiã ipſa magnificentia tua intelligat, quãta ſit bonorũ de ſe exiſtimatio, quámq; ignotis ea ſit admirationi, qui ex aliorũ prædicatione illius encomia ſilentio*

præterire non poſſunt. Pateret quidem hic ad texenda præconiorũ magnificentiæ tuæ panegyreis campus latiſſimus. Verum, quum ſciam me huic negotio nõ eſſe parem; ne fortè (vt ſæpe fit) malus Rhetor, ingenij mei culpa bonam cauſam deprauẽ: vtpote cùm inclytæ laudes præconis Mineruã longiſſimè exuperent, néve vel ego blanditiis, vel magnificẽtia tua mago-ſimoniæ affectator ſuſpicioſis ſycophantis videamur, ſermonem cogor abrumpere: quod eo minus grauatè facio quod videlicet virtutes eius, numeris, finibúsque omnibus (vt cum Tullio loquar) abſolutæ, adeò iam olim literarum monimentis paſsim proditæ ſint, vt nec meo, nec cuiuſquam eloquio indigeant, quas ne doctiſsimus quiſpiam, iuſto volumine ſatis pro dignitate percenſere, nedum ego in Epiſtola, poſſit. Atqui, ne magnificentia tua debito defraudetur honore, vt quæ maximam virtutis opinionem habet vbique terrarum, ſi non examuſsim, tamen leniter illius decora conabor attingere. Idcirco ſi virtus ipſa (quæ ſola
A virtute.
eſt vera nobilitas) dignas meretur laudes, quis magnificentia tua omnigenis virtutum ſcintillis micãte nobilior? vtpote cuius animus ad ſolam virtutem inſtans, penſiculans nimirum, quod vulgò iactatur,

Sola beat hominẽ virtus, vitáque probata

Debit

Debita poſt carnis, cætera morte cadunt.

Ob quod ea, non errore hominum, cōmēdatione famoſorū imaginum (nolim hoc quiſquā domi nobilis, in contumeliā rapiat) ſed ipſa virtutis, & honeſti ratione ductúq; ad hos tantos honores obrepſit, vt ob ſua merita bona inuictiſsimo & auguſtiſsimo Cæſari Carolo, necnon germano eius fratri Ferdinando Regi ſereniſsimo cū primis maximè grata ſit adeo, vt eādē inter Apocletos, & Auguſtales viros vtraque maieſtas cooptarit. Quinetiam quæ diuini numinis benignitate, in optimatum æui huius album (vbi mera viget Ariſtocratia) decentiſsimè ſit adſcripta. In quā quoq; (vt omnia ſtrictim complectar) Dij, atq; homines omnia ornamenta congeſſerunt. Nam ſi fortuna magnifaciunda eſt, quis, quæſo, eadē magnificentia tua fortunatior? Cui videlicet natura ſuppeditauit bonorum tā corporis, quàm animi myrmeciā, hoc eſt, omnium rerum, quas mortales deſiderare queant, abundantiam, ac veluti cornu copias. Quod precor bonum, fauſtum, ſalutaréq; ſit magnificētiæ tuæ, vniuerſæq; domui illius ampliſsimæ. ſic nimirū vt Deus Optimus Maximus opimis hiſce rebus ſuum addat incrementum. Et quid nī? cùm ea tam feliciter in gremio luxuriantis fortunæ poſita, egenos non ſolùm non aſpernetur, ſed miſericorditer adiutet, & alumnet

Ab authoritate.

A fortuna.

netur. Sed ne arenas numerem, alias virtutes ampliſsimas (quibus magnificentia tua vbertim pollet) puta religionem, pietatē, liberalitatem, claritatem, induſtriā, manſuetudinem, comitatem, modeſtiā, & alia id genus præconia ob commemoratas antè cauſas nunc obticebo, præſertim quum ea tāta dignationis vndique habeatur, vt in illius omnifariis virtutibus, omnes pariter liberis (vt aiunt) habenis, apertíſque eloquentiæ campis expatientur. Supereſt igitur, vt reuertar quò primùm iter intenderam. Extat *adhuc alia tam dedicationis, quàm publicationis ratio, vt videlicet eorum, qui ſubdiderunt ſtimulos, & edendi præbuerunt incentiuum, efflagitationi ſatisfacerem, & hac ipſa editione ſimul toti* Reipublicæ *deſeruirem. Et enim quod maius operæ pretium facere potuiſſem, quàm publico donaſſe non proletarium aliquem Pæoniæ artis doctorculum, ſed talem* Archiatrum, *apud quem profeſsionis iſtius candidati non tantùm tyrocinia deponere, ſed etiam ſcopum ipſum attingere queant, quémque Auſonis numinis inſtar coluerunt, ad quem etiam prælegentem, conuentus clarorum hominum ex omni patria celebres fiebant olim?* Hunc *ego non venandæ inanis gloriolæ ſtudio, ſed omnibus per hoc commodandi in publicum editum volo.* Quem *& ſpero non his ſolùm profore,*

qui

qui vel hodie Medicinæ ſtadium ingrediuntur, ſed omnibus etiámnum mortalibus, qui literis vtcunque ſunt imbuti, ſi fortè diſpendium bonæ valetudinis agant. Ne itaque tam frugi operis ſuppreßio, conſcientiæ metum incuteret, vt quod ex vſu ſit omnium, religione me exoluere lubuit. Quin & quoad vitales auras carpſero, quantum in me fuerit, adnitar pro viribus, ne quid pereat publicæ vtilitati: Imò etiam omnes Phœbigenas adhortor, vt pro ſe quiſque ſumma vi nitatur eſſe commodo mortalibus, ſtudiorum ſuorum nimirum communicatione. Penultima ratio eſt, quòd cõmune periculum eorum, qui inerti blandiloquentia, necnõ immani truculentia, ac velut tortorea temeritate venenariorum, pharmatrophorum, ſagarum, Iatroliptarum, recutitorũ, attonſorum, deniq; pharmacopolarum, elementariis pueris in re literaria illiteratiorũ infeliciter pereunt, miſeratus languentes, fraudi, inſcios, ab illorum impoſturis dehortarer, iuxtáque piè commonefacerem, quo tempeſtiuè diſcrimen vitæ, & rei numariæ iacturam declinare valeant, & ſic prudentiores redditi poſthac caueant, ne pro antidoto venenum irrepat, & pro ſalutaribus hauriãt noxia. Non enim verentur eiuſmodi pharmacoõ dalaterion pro ſalubri potione propinare, quíque tãti ducunt homicidiũ, quanti canicidium. *Venenum.*

Digni nimirum vt cum mãticulatoribus (nam & ipſi trifurciferi ſunt, veris doctoribus arcanas receptiones ſuppilantes, quibus abſque iudicio, & artis cognitione cunctos medicari ſtudent, haud ſecus ac ſutor aliquis, eodem calopodio omnes calceans) flagris compitatim cædantur. Vel bois circulati (nam talis laureola tales decet pſeudoiatros, & lauerniones.) ad Garamantide: relegentur. Etenim eò impunitate deuenit tyrãnica pſeudoempiricorum proteruia, frõtoſáq; nimis audacia, vt ſanctiſsima, & laudabiliſsima Iatrice, non ampliùs Medicina, ſed potiùs carnificina populariter appellitetur, imò & ipſa pharmacopolia paſsim habeãtur neglectui. Quo fit, vt etiam doctorea priuilegia, tot laboribus, tot vigiliis, & expenſis acquiſita, tãti iam apud idiotas æſtimẽtur, quãti caſſa nux, aut ſi quid ea vilius eſt. Videmus etenim nunc anilia myrothecia ſoſpitalibus medicamẽtariorum officinis anteferri, nec ſecus venerari ſagas, ac fraudatores, ac Meditrinam ipſam antiquitus. Hos, ſi magiſtratus plagiaria lege plectendos mandarit, num id iuſtum, ac licitum foret? Cuique Philozoo perpẽdendum reliquerim, interim piè monens cunctos, vt miſſos faciant veterinarios, & ad orthoiatros ſe conferant, ſi ſaluti ſuæ rectè conſultum velint. Denique poſtrema ſubeſt cauſa, cur videlicet motus, hunc

præcellentem Medicinæ ſcriptorẽ euulgauerim, quòd ſcilicet clariſsima amplitudo tua mihi viſa fuit, cùm ſecunda valetudine, tũ vita mortalium omniũ digniſsima, quãdo ea multis adeò prodeſt, ac bene facit: támq; eſt in hoc impiiſsimo, & ab omni miſericordia, humanitate, taceo Chriſtiana charitate (ad quã ſegniter ad modũ Demagogi populũ vrgent, quum tamen veræ ſalutis, & æternæ beatitudinis ſummã cõplectatur) alieniſsimo orbe, neceſſaria egẽtibus & bonis, quàm quod maximè neceſſariũ. Eandem igitur magnificentiam tuam tot ornatam virtutibus, támque publicis benefactis ex profeſſo conſpicabilem, ad cõmunem hominum vtilitatem & ſtudioſorum præſertim, necnon Cananicolarum, mendicato viuentium diu ſuperſtitem, & æuiternam cernere cupio, quo illius incolumitas plurimis (vt ſolet) conſulere queat. Ea propter ad eã dono miſi fidum, peritum, & probatũ morborũ propulſatorem, nouum quidem, ſed interim veteribus nulla ex parte cedentem, quo conſulto, cum magnificentia tua, tum tota illius fundatiſsima, & ornatiſsima cognatio (cui per omnia gratificandi vtinã tam adſit facultas, quàm adeſt voluntas) præſentem ſanitatem, tueri, ingruentéſq; affectus, vt erit hic annus, & etiam ſubſecuturus climactericus, ac morbiferi, profligere poſsit. Quandoquidem ſi in

cong

cogerendis gazis, & parandis facultatibus naturali quâdam inſitione ſumus attenti, vt nullum ſit genus hominum, quod auri habendi cupiditate non intabeſcat, cur non itidem in curanda valetudine (quæ cum omnibus Mundi copiis non eſt cõmutanda) equè ſimus ſoliciti? dum & animãtia rationis expertia perſpiciamus naturæ inſtinctu in diſquirendis ſalutaribus pharmacis, quibus ſe, ſuáſque partiones, quas fœtificarunt, tueantur, adeò ſagaciter.

Quid homo, cui vniuerſipotens rerum omnium conditor os ſublime dedit, & erectos ad ſydera tollere vultus, faciat? Cur (inquam) non ſalutis ſuæ rationem habeat, obſeruétque vitæ ſalubriter tranſigendæ formulam? Quid verò illos facere conuenit qui diuini nutus permiſſu ad gubernacula ſedent, à phalange populari longè, latéque remoti, quorum prudentia, & ope, ceu ſtatumine quodam infiniti nituntur, Reſpublicæ muniuntur, erigũtur, ac ſtabiliuntur? In quorum numero magnificentiam tuam omnes eſſe cum admiratione agnoſcimus Huius itaque rei gratia hunc ſeſpitalem de re Medica codicem eidem in ſignum gratificæ mentis, & debitæ reuerentiæ conuenienter dico

Encomiũ Leonelli *Cæterùm, ne Authoris encomium prætermittam, Fuit is in Auſonia celeberrimus Pæoniæ artis profeſſor, Leonellus, gentilitio nomine Vi-*

cto

ctorinus, è Fauẽtia Italiæ vrbe (ni fallor) oriũdus, Rhaziani ad Almãſorium libri gloſſematarius perſpicaciſsimus, Medicus inter ſynchronos ſuos nullo inferior, Bononiæ degens olim, & artem profitens perquàm celebriter: qui haud multis abhinc annis fato ceſsit, relicto poſteris hoc feliciſsmo, ac fructuoſiſsimo epigono, quod profecto è re omnium eſt, eorum tamẽ præcipuè, qui in Apollineo ſtudio verſantur. Cuius occaſum tota adhuc deplorat florentiſsima Felſinenſis academia. De quo illud auſim polliceri bona fide. Medicinam auſpicãtes, imò qui & iam artis ſuæ ſpecimen edere gliſcunt, longè plus ſolidæ doctrinæ, & infallibilis experientiæ paucis menſibus ex aſsidua, & ſedula ipſius lectione reportaturos, quàm ſi luſtris aliquot vaſtiſsimos aliorum macrologorum cõmentarios euoluendo repetãt, adeò exertè, concinnè planè, Laconicéq; omnia ille in medium ꝑducit, vt alio, vel Theorico, vel Practico Æſculapici dogmatiſtes fortè non indigeant: quin, vt vnico verſiculo dicam, Phœbigena vt fieri qui velit, eſſe queat. Huic inſuper, Medicæ rei tractationi intenti ſecurè poterũt fidere, & illo præuio, ducéq; praxin intrepidè exercere, modo iudicium non deſit, & ingenium, id quod in Pharmacopolis in meditorum vicariatum (vt ſic dicam) ſe ingerẽtibus, aliíſq; hominum credulorum, &

deceptibilium calcephātis, deſideratur, qui ſi bonas artes vel modicè delibaſſent, non (opinor) tragulam ſimplicibus inijcerent, nec tam proſtituta famæ homines, in ægrotos, vt victimas internecando ſæuirent. Sed habeant ſibi Siti ſuos Sitinices. & ſimul eiuſmodi præſtrictores, & interfectores cum ſuis patientibus dum fata ſic ferant, vitam (vt lubet) cum morte mutent. Interea verò, qui aures ad audiendum habet, audiat nec tam charum & inæſtimabile Dei donum, nempe vitā ambubais, apoſtatis, erronibus hierophantis, abſtentis, verpis, ægyrtis, circulatoribus, veterinariis, denique non treſsis hominibus tam leuiter, & inconſideratè concredant.

Redeo nunc à digreſsione, ne in vaſtitudinem excreſcat oratio. Hoc (inquam) Archiatro, me innitente, curādis hominum languoribus, nunquam non curæ meæ (opitulata Chriſti) proſperos habuerunt euentus. Illum ego ab infinitis ferè, ſed non ab omnibus, næuis emaculaui ita ſanè, vt liber iſte prius lycophrontis tenebris obſcuratus, nunc Ariſtophanis, & Cleantis eleat lucernam. Quin & præter luculentam (quoad fieri potuit) expolitionē emblemata inſerui, coronides experientiarū mearū, ob hoc ſaltem in calce ſingulorum capitum adnexui, vt vel hac coaugmentationis illecebra pio lectori operam meam cōmendarem, ſicq; odioſorum æmulorum

inuid

inuidiā deprecarer. Nec ambigo, eos, ſicubi peruouerint quantum impenſæ, & vigiliarū in eo repurgando, determinando, cancellando (quod quidem ſi non nitidè ſatis, circunſpectè tamen, & religioſe à me factum eſt) dederim, dubio procul æquiores mihi fore confido.

In illo tranſcribendo vſus ſum ternis exemplaribus, partim lituroſis, partim etiam mendoſis, & mutilatis. Quorum alterius copiam fecit Dom. Georgius Mendlerus, Oenipōtanus *Phyſicus, mihi perfamiliaris: alterius Domi.* Nicolaus *Albinus Inniſdorpianus.* Tertium *ego è mea* Bibliotheca *exhibui, cæteris commodatitiis haud multò incorruptius, quod mihi* Dom. Marcus Elaphiniscus *tum Amanuenſis meus, ſomniculoſe ſatis, & perfunctoriè (quod pace illius dixerim) deſcripſerat, alioqui fortaſſe & mangonizatior, & ſui ſimilior hic* Leonellus *in lucem erupiſſet.*

Tractatum eiuſdem authoris de Morbis *puerorum conſultò ſuccidimus, eò quòd is anno ſuperiore per filium meum Do.* Georgium Radtenbergenſem *typis Alexandri Vueiſſenhornij procuſus extet publicè.* Huic *ſuccenturiatum ſubſidi eiuſdem Leonelli fragmentum de febribus, cui ego ſupplemēti vice appendiculas adieci addito denique* Auctariolo *de febre epidemica.*

Acceſſ

Acceßit item tractatus de hystericis affectionibus, eiuſdem Leonelli.

Accipe igitur heros ampliſsime, ſolita lenitate, arridentéque vultu xeniolum illud chartaceum, à ſubmiſſo illi clientulo, imò volone, donatum, in quo quicquid eſt ſalubrium præceptorum, ac remediorum tuendæ (ſi adhuc integra ſit, & reſtituendæ, ſi labaſcens) ſanitatis, in vſum deligens, vt nobis, hoc eſt, vniuerſo humanitatis cœtui felix, & longæua maneat vnà cum tota ſplendidiſsima, ac honoratiſsima ſtirpe ſua, omnique prorſus moleſtia vacet, ſic, vt nulla vnquam Fuggeros omnes inſequundioris fortunæ perturbet mutabilitas, quin potiùs ipſa Rhamnuſia cunctis illorum optatis reſpondeat. Id quod ſaxit Deus Optimus Maximus, penes quem ſolum, & diuturnandi, & felicitandi facultas exiſtit. Data perſeſtinatim apud Aras Flauias, poſtridie Calend. Ianuar. anno ſalutifici Natalis Chriſti Iesv Domini *ac ſeruatoris noſtri.*

M. D. XLV.

De Cephalea. Caput I.

Definitio.

CEPHALEA eſt morbus capitis, dolorē intolerabilem per circuitum redeūtem gignens, ita, vt qui ſic affecti ſunt, tinnire aures ſibi putēt, oculi eorum rubeſcunt, eminentioréſq; apparent, extenduntúrque cum iiſdem, quę in fronte ſunt, venis, ac facies tota rubet. Cuius notæ: Horror calidus, neruorum reſolutio, oculorum caligo veſania, vomitus, ſuppreſſio vocis, ſanguinis è naribus curſus. Galenus libro Definitionum medicarum. Corn. Cel. lib. 4. cap. 2.

Aphoriſmi.

1 CAPVT dolenti, & circumdolēnti pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit. Hippocrates lib. 6. Aphor. 10.

2 In dolore capitis materiali ſanguineo, artificiale eſt cum clyſteriis, & pharmacis illas materias inferiùs prouocare.

3 Inter repletionem & ſomnum, ne caput fumis craſſis impleatur, mora ſufficiens eſt interponenda.

4 In dolore capitis immateriali, ſola alteratio cum contrariis ſufficit pro cura.

5 Sanguine peccāte, vel alio humore cum ſanguine, vel dolore exiſtente pulſatiuo, à

phlebotomia incipiendum eſt.

6 Alio humore à ſanguine peccante, is priùs digerendus eſt, & poſtea euacuandus, niſi materia turgeat.

7 Præſente rheumate, fomẽtationes, lotionéſq; capitis, & pedum penitus demittendæ, maximè ante materię antecedentis euacuationem, ſeu perfectam purgationem.

8 Pura narcotica, niſi magna vrgente neceſſitate non ſunt adminiſtranda, nec eis vtendum, niſi cum correctiuis Meſuei.

9 In dolore cum repletione, poſt cibum vel potum, ſumantur aliqui fructus ſtyptici, vel alia, vapores reprimentia.

10 In apoſtematibus cerebri, cauendum eſt à maturatiuis.

11 In dolore calido, emplaſtra, & epithemata frigida non diu ſunt tenenda ſuper loco.

12 Ventre exiſtente ſtyptico, leniatur antequam fiat phlebotomia.

De eadem re Aphoriſmi Hippocratici.

1 QVIBVSCVNQVE in febribus vrinę conturbatæ, veluti ſubiugalium, his capitis dolores adſunt Hippocrates libro 4. Aphoriſmo 70.

2 Lac dare caput dolentibus, malum. Idem lib. 4. Aphor. 64.

3 Poſteriora capitis dolentia, vena frontis inciſa iuuat, & maximè poteſt poni ex eadẽ cauſa. Idem libr. 5. Aphor. 68.

4 Duorum dolorum, qui ſimul fiunt, & nõ ſecundum eundem locum, maior denigrat minorem, faciunt enim hi pro canone, qui eſt diuiſio. Idem libr. 2. Aphor. 40.

5 Dolores in lateribus, & pectoribus, & in aliis partibus, ſi multùm durant, ad diſcernendum mali ſunt. libr. 6. Aphor. 6.

6 Dolores & tumores circa ventrẽ exiſtentes, ſuperiores quidem leuiores, non ſuperiores verò fortiores Idem lib. 6. Aphor. 7.

7 Quibus dolores à dorſo in cubitos tranſſeunt, phlebotomia ſoluit Idem lib 6. Aphoriſmo 22.

8 Quibuſcunq; ſanis dolores repentè fiũt, & ſtertunt, tunc pereunt in ſeptem diebus, ſi non febre corripiantur Idem li. 6. Apho. 51.

De dolore capitis ſanguineo.

SANGVINIS materia exiſtẽte in fluxu, & multa, phlebotometur cephalica per antitheſin, hoc eſt partis oppoſitæ: materia verò fluxa, & non amplius fluente ad cerebrum, ſiue multa, ſiue pauca fuerit, eiuſdem partis cephalica ſecetur: ſin minus, dolor mitigetur, inciſione venæ craniacæ. Extirpat enim (inquit Auicẽnas) capitis dolores fortes, ac

graues. Valent in hoc caſu fomentationes, & epithemata in hunc modum concinnata.

Epithema, ſiuè fomentum.

Recipe olei roſacei.℥.j.ß.vel trientē,ſucci plātaginis,℥.ij.aceti,ʒ.j.Miſce,fiat epithema.Aliqui ſumunt ſucci ſcariolæ,vel endiuiæ,vel ſemperuiui,cū aqua roſarū,vel aceto ſimul miſtis Ad idē cōfert inūctio talis: ℞.olei roſati ℥.j.ß.florū ſalicū ℥.j.opii puluerati gr.j croci tenuiter friati gr.iij.Miſce, fiat inunctio frontis,temporum,& ſaltuum.

Diæta.

CIBVM parant Itali ex milio,cum modica agreſta,& aceto,pro confortatione:vel ſi vis magis cōfortare: Recipe pullū coctum cum agreſta,& panem coctum aqua,& exiguo ſucco vuæ omphacinæ.

Emplaſtrum.

Reci.duo vel tria poma cocta ſub cinere, deinde ſumito pulpam, cui adde parum rhodini olei, & momentum croci.

Aliud ſimile.

Reci.extremitates vitium,id eſt, capreolos vitigineos,& piſtentur fortiter,extrahatúrque ſuccus,cui adde farinā hordeaceam, & oleum roſaceum q.ß & fiat emplaſtrum quod expertum eſt authoritate Dioſcoridis capite de vite vinifera.

Add

Additamenta propria.

Si aluus adſtricta fuerit, ducatur cũ balanis ſuppoſititiis: cum ſpeciebus hieræ vigoratis, vel cum enematibus conſentaneis: deinde fiat embrocha, cum decoctione corticum papaueris, florum nenupharis, violarum, roſarum, cyſſampeli, labruſcæ, chamæmeli, anethi, & cum foliis lactucæ, ana q. v

Item propinetur ęgroto zulapium violaceum, vel nenupharinum, cum aqua hordei lymphatum, vel fiat potio medica ex ptiſana cum vino granatorum malorũ, aut aqua nymphæaæ cum vino cydonite diluta: commodè etiam bibitur Iuleb roſaceum, cum aqua infuſionis paſſularũ, & coriandri temperatũ. Facies, nares, ſaltus, & ipſa frons irroretur eiuſmodi aſpergine, qua etiam cor in ſyncopi commodiſſimè poteſt epithemari. Recip. aquæ roſaceæ ſelibram, aquæ nenupharis, bugloſſæ ana quadrantẽ: ſantalorum omnium drac. j. violarum tantundem, cinnamomi, caryophyllorum ana ſcrupu. ß. moſchi gr. ij Miſce pro epithemate, & odoramẽto liquido. Si ventris lenitio deſideratur, fiat eiuſmodi clyſtere bonum & expertum in calida prę ſertim intemperie. Recip. mauæ, violarum, foliorum ſalicum, portulacæ, florum nenupharis, vel foliorum eiuſ-

dem

BIBLIOTECA ... ROMA ... EMB...

dem, foliorum cucurbitæ, ſeminum communium frigidorum ana ſemifaſciculum, ſeu pluſculum. Fiat decoctio ſecundum artem, poſtea cum diaprunis ſolutiui ℥.vj olei violacei ℥.iij.ſalis, vitellorum ouorum q. ß. fiat clyſtere.

In dolore capitis cholerico.

LENIATVR vẽter, & ſoluatur cum iſto lenitiuo. Recip. pruna nu. xv. tamarindorũ vnc.j corticum myrobalanorum citrinorũ vnc.j Omnia infundantur in ß q. aquæ violaceæ per noctem, manè manibus fricentur fortiter: deinde recipe de colatura ℥.iiij ſacchari vnc.j.ß.caſiæ nouiter extractæ vnc.j. Fiat hauſtus, quem capiat calidè in aurora.

Alia potio laxatiua.

℞. florum boraginis, bugloſſæ, violarum, ana M. ß florum nymphææ M.j. tamarindorum vnc.j prunorum nume. v. Fiat decoctio in ß.q aquæ endiuiæ ad medietatis conſumptionem. De colatura recipe vnc.v. In quibus diſſolue caſiæ pinguis nouiter extractæ ℥.j. diaprunis ſolutiui ſcru iiij. Fiat hauſtus j. quem ſumat calidè in aurora.

Bolus.

Recipe caſiæ recens extractæ ℥.j. diaprunis ſolutiui drac.ij. electuarii Indi vel roſati drach.j. Fiat bolus cum ſaccharo: detur per

duas

duas horas à cœna. Deinde ſequuntur dige-ſtiua,& euacuatiua, ſi opus fuerit.

Digeſtiuum.

Recipe Syrupi nenupharini, violacei de endiuia ſingulorum vnc.ß.aquarum cichorii, nenupharis, violarum ana vnc.j.Miſce pro potione præparatoria.

Embrecatio.

Recipe olei ſaligni,olei foliorum violarum, roſarum, nenupharis, cucurbitæ, olei amygdalini dulcis,ana q.v.Infrigidentur in aqua, & infundantur ſuper caput infirmi, cum aqua violarum, fiat miſtio.

Iniectio per nares.

Recipe olei ſaligni,nenupharini, ana ℥.j.aquarum violarum,nenupharis ana vnc.j.ß. Miſce.

Odoramentum.

℞.ſtyracis calamitæ q.v. cum laudano,& ſtyrace liquida,ſeu thymiamate miſcēdo in modum pomi ambrę,& naribus applicādo, vel de eodē facto fumigio multum confert. Item fiat odoramentū ſequens. Reci. Aquæ roſaceæ vnc.j.ß.camphorę ſcrupu ß.Diſſoluantur ſimul,& ponantur in phiala parua,& odoret. Emplaſtrum narcoticum, vltimò ſi dolor ceſſare noluerit apponendum.Recipe opii gran.ij.camphoræ gra.iiij. Diſſolue cū oleo ſaligno, quod ſatis eſt, & fiat empla-

ſtrum ſuper tempora.

Additio Saxiferrati de dolore capitis.

Si dolor ſit debilis, tũc curatio febris eſt dignior. Sed quãdo eſt fortis, facit redire febrem per inflammationem, quam facit in ſpiritibus, & humoribus, & mouet caput, & debilitat infirmũ. Factis igitur euacuationibus, Auicennas commendat ligaturas manuum, & coxarum, cũ faſcia larga, adminiſtrẽtur collyria, & clyſteria, ad inferiora trahentia, & ponantur ventoſæ ad ſpatulas, vel nates, cũ fricationibus, & confortetur caput cum infrigidatiuis, ſi non fuerit quod prohibeat, vt corrhyza, tuſſis, deſtillatio, vel apoſtema, tũc embrocetur caput cum decoctione roſarum, violarum, hordei, foliorum ſalicum, nenupharis, item cum oleo roſarum, & ſalicum, fiat embrocatio. Addendo in decoctione chamomillam, & melilotum: & ſi neceſſitas vrgeat propter caliditatem, adde etiam cortices papaueris, & nenupharis. Fit etiam non incommodè epithema ad caput, cum aqua roſarum, aceto, & oleo roſato, bene conquaſſatis, & agitatis cum albumine oui: & ſi aderit inſomneitas, ſit oleum violatum, & nenupharinum, & modicum aceti. Item ſuccus ſolatri, & ſemperuiui, in caliditate multa, plurimum valet. Lotiones fiãt ad extrema, ex corticibus papau

dice mādragorę, ſemine lactucę, portulacæ, hyoſciami, & albi papaueris, cum floribus violarum nenupharis, anethi, & ſemine eius, foliorum lactucæ, & vitis.

Embrocatio fortis.

Recip. florum roſarum, violarum, nenupharis, ſolatri ana q. v. foliorū lactucæ, corticū papaueris, florum camomillæ, meliloti. Fiat decoctio, & embrocetur, facta tamen priùs euacuatione. Stante materia trahe ad inferiora cum clyſteribus, & ſtringe etiam membra ad inferiora, ita etiā & teſticulos, odorare flores nenupharis, violarū, ſalicis.

Fiat inunctio talis.

Recipe Olei violati, roſati, ana ℥. j. aceti, camphoræ, ana drac. ij. Miſceantur bene inuicem, & capiti, ac fronti applicentur.

Additiones propriæ.

CATAPOTIA cephalalgicis multùm opifera, præſertim in dolore periodico, & clauo. Recip. balani myrepſicę, ſeu myrobalanorum citrinorū ʒ. ij. aloës hepaticeis ℥. ß. ſeu potiùs erythręi vel rubri, agarici infuſi in oximelite, cum tertia parte ſui, ſalis gemmei poſt exiccati ʒ. iij. ſpecierum hierę ſimplicis ℥ j. rhabarbarici electi ℥ ß. ſpicæ ℈.

 bin

binos. Fiant glomeramina piſis conformia, cum aqua bugloſſæ. Sumantur ℈. ij. vel terni, eundo dormitum.

Alia pilulæ ad idem bonæ.

Recipe Maſſæ pilularum aloë ſanginatũ ʒ. j. aloës optimę, rhabarbarici electi, ana ʒ. ß. agarici electæ ℈. ij: Fiāt pilulę xv. vel xvij. & cum electuario de ſucco roſarum, & deaurentur. Perlinatur frons linimento facto ex ſemine lactucæ, vel papaueris, lacte muliebri, & albumine ouali, ana. Pòſt ſumatur mica panis ex ſucco granatorum.

De Vertigine. Cap. II.

Definitio.

Scotomia, à ſcotos, quod eſt videre, & mias, quod eſt muſca, quaſi viſio muſcarum. Gerhard. de ſolo. Gal. libr. iij. Aphoriſm. Commēt. xvij. Idem. libro 4. Cōmēt. 17. Ioā. Arculanus ſuper Almāſore, cap. ij.

VErtigo eſt morbus capitis tenebroſitatem inducens, qui Græcè Scotoma dicitur, quòd à verbo Gręco ſcotomæ deducitur, quod ſonat vertiginor, non à ſcuto, vt Proletarii tradunt authores: turbo etiam Latinè appellatur. Hunc morbum, Comitiali proximũ eſſe, & in apoplexiam ſubinde deſinere ſcribit Galenus. Idem ſic definit hanc affectionem: Vertigo (inquit) eſt, quando ſimul videntur circumuolui, hoc eſt, circunſtantia moueri, quæcunque conſpicimus, & ſenſus viſus repentè deſtruitur, quũ videantur tenebræ circunfuſæ. Eſt igitur vertigo

actio,

actio corrupta, primùm virtutis viſiuæ, ſecundò ſenſus cõmunis, poſtea imaginatiuæ virtutis, cõtra Herculanum. Neoterici differentiam faciũt inter ſcotomiam, & vertiginem, dicentes, vertiginem fieri à vaporibus ſubtilibus magis permiſtis ſpiritibus viſibilibus. Vnde cauſari motum in ſpiritibus, & ſic in cryſtallina præſentatas res ſimiles ad extra moueri, vnde ſenſus communis ſic inducat ſcotomiam. De hoc conſule Gerhardum de ſolo, Capite de ſcotomia, & vertigine ſuper ix. Almanſorii. Nam de hac materia pulchrè ſcribit, ac dilucidè. Si iſtæ duæ conſiderantur, quantum ad originem, & principium, ſunt actiones corruptæ potentiæ viſiuæ: Si verò completiuè tantum, tunc ſunt actio corrupta potentiæ imaginatiuæ, eò quòd cauſatur ibi vapor craſſus in imaginatione. Læditur ergo viſus, & non alii ſenſus, quia in organo viſus plures ſunt ſpecies vnde magis manifeſtatur in ſenſus viſus.

Cauſæ primitiuæ ſunt non naturales res, cauſantes vapores craſſos in cerebro, vt cepe, vinum plenum. Cauſę antecedentes, ſunt omnes humores, à quibus eleuantur iſti vapores craſſi. Coniunctæ, ſunt iſti vapores miſti ſpiritibus, actu exiſtentes in regione viſus. Super hac re latiùs conſulendus eſt Galenus in libro, qui introductio, ſeu Medicus

dicus intitulatur, inibi ſcribit in hunc modum: Caligines oculis offuſæ, & vertigines, cognata ſunt vitia morbo caduco, ab iiſdémque cauſis prodeunt, atque eaſdem ſedes occupant. Hoc tamen intercedit diſcriminis, quòd illæ extrinſecus accidant, ob quod faciliùs, quàm hic curantur, alui ductione præſertim per hieram adminiſtrata, apophlegmatiſmis, & vomitibus partim à cibo, partim ieiunis adhuc excitatis, omniũ maximè veratro ſuccurritur.

Cura ſcotomiæ calidæ.

Vitentur omnia aromata, & ſpecies exoticæ excalfactiuæ, allia, cepe, porrum, ſcordium, eruca, ruta, & omnia, quæ ſunt apta euaporari: veſcatur cibariis ſtypticis, frigorificis, vt ſunt lentes coctę cum aqua & aceto, milium, panicum, carnes caſtratinæ, alteratę cum acore omphacii, vel ſucco Punicorum. Vinum ſit ſtypticum, dilutum cum duplo aquæ, vel miſtũ vino cydonite. Vnde vinum oxyacanthite, hoc eſt, ex acidæ ſpinæ fructibus confectum præ cæteris laudatur.

Portulaca, lactuca, vel agreſta, pipionum carnes, cùm longam in ſtomacho trahunt moram, non ita probantur. Regulariter operando, fiat primò phlebotomia cephalicæ, deinde de venis retro aures. Vnde ſcribit

Galen

Galenus, vertiginoſis arteriarum ſectione mederi, ſed nō omnes huius auxilii beneficio curari: quòd ſi ſanguis hepatis cōtrarietur, tunc baſilica phlebotomanda erit, quia ſanguinem ab hepate euacuat Licet iſtę diſpoſitiones dependeant à ſanguine, non tamen ideo ſit purgatio, vt iſta cholera admiſta ſanguini, nec aliàs nunc mota per phlebotomiā, beneficio artis euacuetur. Propinandum igitur erit eiuſmodi pharmacum. Recipe pruna num. v. tamarindorū ℥. j. corticum myrobalanorum citrinorum tantundem. infundantur in aqua, q. ß. poſtea cōtuſa fricetur manibus, de cuius colatura recip. ℥. iiij. in quib⁹ diſſolue ſacchari ℥. j. caſiæ nouiter extractæ. ℥ j. ß. Fiat hauſtus, quē epotet manè in aurora, poteſt inter eliquādum caſiam, adiici diaprunis ſolutiui ʒ. ij. vel iij. Gal. lib. 4. de locis affectis. c. 8.

Oxirhodinum.

Recipe aceti roſacei ℥. iiij. aquæ roſatæ ℥. j. Miſce; petiæ infundantur, quæ fronti applicentur. Repercutit enim vapores, & prohibet eorum aſcenſum ad cerebrum.

Linimentum ad idem.

Item recip. Succi ſemperuiui, ſolatri, ana ℥. j. ß. aceti roſacei ℥. ij aquæ roſatæ vnc. ß. Miſce, fiat linimentum.

Scotomia frigida.

In cura ſcotomatis frigidi, fiat vomitoriū

(ſi pla

(ſi placet) lene eiuſmodi Recipe aquę communis tepidæ ℥.vj.oxymelitis ℥.ij Sumatur paulatim ingurgitando, deinde verpo gutturi impoſito prouocetur vomitus.

Aliud vomitiuum.

Recipe radicum aſari ℥.j.aquæ communis ℥ x Bulliant ad cõſumptionem medietatis, coletur, colaturę adde oximellitis ſimplicis ℥.ij Detur tepidè circa horam diei tertiam, ieiuno ſtomacho: quod poſtquam acceperit, poſtea ſorbeat per tertiam horam vnam ſcutellam maiuſcullam brodii gallinæ, vel caponis, non perfectè cocti: quo ſumpto ſe ad vomituriendum præparet. Quod ſi non ſtatim vomuerit, imponatur pluma, vel digitus, oleo intinctus, deinde vomitu facto reiteret & tertiam ſcutellam, & ſic ſtomachus ex toto vacueſiet, ac purgabitur. Cum iſto curauit Leonellus hominem, & euomuit quaſi xxx. ℔ polegmatis. Variis cibariis ventriculum replendo, & ſic vomitum deinde prouocando, periculoſum eſt, & ſic ſæpe ex illo mortem illatam eſſe, teſtis eſt idem Leonellus. Et hæc de ea, quæ fit per communitatẽ, à ſtomacho. Fiat lene vomitiuum ſit placet. Recipe aquæ communis tepidæ ℥.v.oxymellis ℥.ij. Sumatur tranſglutiendo, deinde digito gutturi impoſito, prouocetur vomitus. Gargariſma, ſi non fuerit

Polyphagia nocua ſtomacho.

per

per communitatem. Recipe maſtyches, radicum acori & aſari, ana ℥ j ſinapis ʒ. ß hyſſopi, bethonicę, ſaluię, ana M. ß bulliāt in ß. q. aquæ, dein colentur, colaturæ addantur oxymellis ſcylliciti, ℥. ij. vel ij. ß. Fiat gargariſmus. Et ex horū pulueribus caputpurgiū fieri poteſt, naribus inſufflando, & fricando.

Maſticatorium.

Recipe maſtiches, piperis, paſſularū: fiat maſticatorium, ana q. v. Galla muſcata, & muſcus pulueratus, ſeu friatus, ſi naribus inſufflentur, cerebro conferunt, quia calefaciunt, & reſoluunt phlegma in eo contentum. Fiat vomitus, & phlebotometur, ſi commodum videbitur.

Annexa pharmaca propria.

VERTIGO fit vt plurimum à ſtomacho, & per communitatem eius cum cerebro. Et cura per me ſæpius experta eſt, vt digeratur materia ſubſequenti digeſtiuo.

Digeſtiuum.

Recipe ſyrupi de infuſione roſarum & endiuiæ ana ℥. vj. ß acetoſi ſimplicis ʒ. iiij. aquarum abſinthii, endiuiæ ana ℥. j. Miſce, capiat pluribus diebus in aurora. Poſteà ſumat has pilulas.

Pilulæ.

Rec. ſpecierū hieræ ſimplicis ʒ. j. agarici

præp

præparati ℈. j. Fiant pilulæ v. cum aqua abſinthii, quas deglutiat per horam ante cœnam. Et poſt hãc ordinariam euacuationẽ, vtatur etiam prædictis pilulis ſemel in hebdomada, ſemper ante cœnam. Tandem reficiatur corpus hac confectione. Recipe ſpecierũ diatriaſandalorum diarhodonis abbatis, ana ʒ. ß. ſpecierũ aromatici roſati ʒ. j. ſacchari taberzeth in aqua abſinthii diſſoluti ℥. iij Fiat confectio in rotulis ſemiunciariis, vel ad pondus ʒ. ii, pro qualibet. Doſis, vna pro vice, in mane quaternis ante prandium horis. Manè verò, & de nocte ſeu veſpere poſt prandiũ & à cœna capiat morſellũ cydoniati, vel diacydonitei ſine ſpeciebꝰ.

De Phrenetide. Cap. III.

Definitio.

Gal. lib. definitionum medicarũ. Phrenetis. Carabitus. Sirſen.

PHrenetis eſt inſania, vel mentis diminutio cum acuta febre.

Aliter ſic.

Eſt deſipientia, vel mentis alienatio breuiuſcula, cum tremore, & vocis debilitate, atque palpitatione, prorſus à malignitate febris procedens.

Adhuc aliter.

Phreneſis eſt morbus lædens mentem, & ad inſaniam, furorémque deducens, à mente, & parte rationalis animæ, id eſt, deturba-

tio mentis, ex cordis vitio naſci à quibuſdã putatur. Et re vera eſt apoſtema in panniculis cerebri, calidum per eſſentiam: & illud apoſtema quãdo eſt in pia matre periculoſum eſt, ob multitudinem ſanguinis venarum in ea: quando verò eſt in dura matre tantùm, nõ eſt adeò perniciosſum, & in hac fit ſæpius, quia natura non eſt tantopere ſolicita de ea.

Prognoſticon.

Communiter autem phrenetici quatriduo moriuntur.

Signa.

Lumen abhorrent, quia materia in cerebro exiſtens agitatur, & magis mouetur per lumen. Operationes motus perficiuntur ſiccitate, vnde habẽt fortiſsimas operationes motus, quia phrenetici validiſsimos agunt motus operationis, non tamẽ ſenſus, quoniam ſenſus humido perficiuntur.

Prognoſtica, & obſeruationes.

Phrenetis cùm eſt impreſſa, non curatur. Si verò adhuc nondum eſt perfecta, tunc eſt medicabilis, ſed nõ apud ſtolidos, & indoctos. Antiqua ſigna conſummatæ phrenetidis ſi aduenient, fiat phlebotomia, & ſolutio ventris. In omni ſpecie eius (quæ triplex à Cornelio Celſo recenſetur) cele- Meſuen. Cor. Celſ. libro iij. cap. xviij.

C brranda

branda eſt phlebotomia cephalicæ, ratione euacuationis & diuerſionis, & cũ hoc, quod diuertit refrigerat, & alleuiat caput: Poſtea ſi non fiat phrenetis, per vnum, aut alterum diem incidatur vena frontis, quia euacuat materiam coniunctam.

Sed enim non ignorandum, quòd incipimus aliquãdo phlebotomare à ſaphena primò, quando eſt magna repletio totius corporis: quia illa multùm diuertit, deinde cephalica ferienda, vltimò vena frontalis. Itẽ quãdo prouenit ex retẽtione ſanguinis hæmorrhoidalis, & menſtrui, ſi venter non fuerit lubricus ſed cõſtipatus, ante phlebotomiam fiat clyſtere lenitiuum.

Enema mollificatiuum.

℞. Quinque herbarum mollificantium ana M. j. furfurum macrorum p. j. farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ana M. j. Fiat decoctio in iij. ℔. aquæ, ad dimidij excoctionem. Decolato recipe ℔. j. ℥ ij. vel iiij. In quibus diſſolue, olei chamæmelini, violacei, ſingulorum ℥. j. hieræ picræ ℥. j. benedictæ laxatiuæ vnc. ß. ſalis gemmei ʒ ß. Fiat enema, & iniiciatur podici calidiuſculè, antequam fiat phlebotomia, quæ fiat vſque ad ſyncopim, vt remoueatur apoſtematio.

Notio.

Si phreneticus ſit furibundus, ligetur, ne

ex magna commotione fiat hypoſphaſma, id eſt.ruptio venæ, ſeu ſanguinis euacuatio.

Aqua hordei.

Recipe vnam partem hordei excorticati, bulliat in viginti partibus aquæ, ad medietatis conſumptionem, fiat potus. Pro illa damus interdum pullum alteratum cum omphacio, vel ſucco puniceo. hæc diæta eſt ſatis tenuis apud nos.

Sedatiua doloris.

Lenitio doloris fiat cũ aqua roſacea, aceto roſaceo, & rhodino, vel ſi fortius velim' agere, fiat tale epithema. Recipe ſucci ſemperuiui, ſolatri, vel portulacæ, vel aquæ nenupharis ℥.iij.roſarum ℥.j. ſucci ſeminis papaueris albi contuſi ℥.ij. Fiat miſtio, & vtatur epithemando.

Somni prouocatiuum peculiare.

Recipe Corticum papaueris albi, iuſquiami albi, florum nenupharis, violarum, anethi viridis, ana M.j. florum vitium, ſalicum, lactucę, M.ß. Bulliãt omnia in ß.q.aquæ, ad conſumptionẽ quartæ partis, deinde inungantur crura, à genibus infrà, vel etiam manus, vſque ad cubitos, continuando vſq; ad quartam horæ, vel circiter, poſtea exiccentur pedes, hoc pacto inungantur tempora, ſaltus ſeu pulſus manuum & pedum cum

iſto vnguento. Recipe olei nenupharini, violacei, vnguēti populnei, ana vnc. ß. opij, g̃.iij. croci g̃.vj. Tritis puluerabilibus cum exiguo ceræ fiat vnguentum. Cum quo vngantur pulſus temporum, manuum, & pedum, & hoc debet fieri poſt cibum, per vnā horam, vel ſero, ſcilicet cubitū eundo. quod ſi iſta non ſuffecerint, detur iſta potio ſerotino diluculo, vel per duas horas poſt cibū.

℞. Syrupi papauerini ℥.j. aquæ lactucæ ℥.ij. Miſce, detur iſte potus calidus, vel tepidus. Loco aquæ lactucæ poteſt poni aqua nymphææ.

Ad idem, ſi iſta non ſuffecerint.

℞. Pilularum de cynogloſſa ℈. ij. gr. iiij. vel ſi res poſtulat, paulò plus. Fiant pilulæ nu. iiij. Detur vna de eis quādo itur dormitum. Vlterius ponatur fructus papaueris albi in piſtato, vel cōtuſo. eſt enim ſolenne in prouocationē ſomni. Pilulæ de lingua canina ſub alio titulo deſcribūtur à Meſueo in Antidotario, & Grabadin, capite de tuſsi catarrhali. Item cap. de catarrho. & vocantur ab ipſo pilulæ Alchabei, quas idē valde laudat, ſub authoritate Alexādri, & pro ſecreto recitat, nimirum ad incraſſandū materiam iſtam. In prouocādo itaque ſomno, in ſiſtendo catarrho, & quocunque fluxu ventris, & aliorum profluuiorum, denique

in omnibus ægritudinibus catarrhalibus coercẽdis ne obliuiſcaris medicinæ huius ſolennis. Sed quia deſcriptio prædictarum pilularum non ſolùm in nomenclatura, ſed etiam compoſitione variat, ac diſcrepat, lubet hîc varietatem ſyntheſeos ſubiungere. Meſueus eas ſic deſcribit: ℞. Myrrhæ ℥.iij. thuris maſculi ℥.ij.& ß. opii, hyoſcyami, radicum alcalcachar ſiccarum, ana ℥.ij. Confice cum ſucco Alchazaber humidæ. Da ex eis à ternis vſq; ad v. in ſero. ſunt enim mirabiles.

Alia deſcriptio ex diſpẽſatorio Nicolai, ſub nomine pilularũ ad omnes morbos catarrhi, & ſunt (inquit idem) ſecuriores prioribus: quia ibi corrigitur opium quibuſdam cõſolatis, veluti croco, & rhodomelite, nec non ladano. ℞. Myrrhæ Troglodyticæ ℥. vj. olibani, & ladani, ana ℥.v. opii, hyoſcyami, ana ℥. iiij. croci ℥.j. ß. radicum linguæ canis ℥. iiij. Fiant pilulæ cum melle roſato ſicut piſæ. Doſis iij. vel ad ſummum v. cũbitum eundo. In deſcriptione theſauri aromatariorum ponitur radicum linguæ canis ʒ. iiij. ß. & doſis ʒ.ß. vel j. Alia deſcriptio ex luminari maiore deprompta. ℞. Cynogloſſæ, opii, ſeminis hyoſcyami, ana ℥. iiij. Myrrhæ Troglodytidis ℥. vj. olibanl ℥.v. caryophyllorum ℥.ij. cinnamomi, cozum-

bri, ana ʒ.ij. Confice cum rhodoſtagmate vel aqua roſacea, & formentur inde pilulæ ad modum cicerum, ex quibus v. vel vij (ſi neceſsitas exigit) eunti dormitũ exhibeantur. Has pilulas (ſed ſecundum Meſuanam deſcriptionem) Ioannes Arculanus, vt præſtantiſsimas multùm commẽdat in cap. de catharro. de his quoque mentionẽ facit Gilbertus Anglicus ſuæ practices lib. iij. cap. de cauſis tuſsis. Item lib. iij. cap. de rheumate, & eius ſpeciebus.

Embrocatio.

℞. Foliorum lactucæ, violarum, nenupharis, florum carthami, radicum mandragoræ, corticum papaueris albi, hordei mundi, ana M. j. Bulliant in aqua q. ſ. fiat fomentum, applicetur in petia: ſi vis fortius, adde ſeminis hyoſcyami, papaueris nigri, carthami, papaueris albi, ana ℥. j. ſ.

Vnctio poſt fomentum.

℞. Olei violati, nenupharini, myracopi, populnei, ana ℥ ſ. Miſce, vngatur eo caput. Eugubius ita digerit & euacuat. Recipe Syrupi violati ℥. j ſ. roſarum, endiuiæ, ana ℥. ſ. aquarum betonicæ, fœniculi, ana ℥. j. ſ. vel ij. Miſce.

Euacuatio eiuſdem.

℞. Caſsiæ in bolo ℥. j. agarici præparati ʒ. j. ſumat poſt cœnam.

Adiect

Adiectitia remedia propria Aphoriſmi Hippocratici.

DESIPIENTIAE cum riſu factæ quidem ſecuriores, quæ verò cum ſolitudine, moleſtæ. Hippocrates lib. vj. Aphoriſ. liiij. Vbi deſipientiã ſomnus ſedat, bonũ: vbi verò perſtat, malum. Aphoriſ. xxij. Phreneſis nõ vera, eſt alienatio mẽtis cum inquietudine, & quibuſdam intẽperiis, ſine apoſtemate cerebri, & contingit plerunq; in febribus, per vapores acidos, aſcendentes ad organa virtutis cogitatiuæ, vel memoratiuæ, & aliarum virtutũ cerebri, aut propter malitiam in ſpiritibus cauſatam, à caliditate intenſa, diſtemperantur ſpiritus, pro debitis operationibus ſenſuum interiorum, & maximè cogitatiuæ. Animaduertẽdum etiam, quòd aliquando accidit talis veſania, ſeu potiùs mania tempore quietis, non exiſtente paroxyſmo, propter vapores qui eleuantur ad cerebrum, & tunc fiant enemata euacuantia, & diuertentia, & proſunt etiã æqualiter acuta, apponendo electuaria ſolutiua aliqualiter calida, ſicut ſunt, hiera, electuarium Indum, benedicta laxatiua, cum decoctione herbarum quarũdam calidarum. Exempli gratia, Recipe Aniſi, fœniculi, ameos, cnici, centaurij, florum chamæmeli, agarici, ana

ʒ.ij.vel iiij.Fiat decoctio ſufficiens,& colaturæ addatur hieræ picræ ℥. j. mellis communis ℥.ij.benedictæ ℥.ß.oliui puri veteris, aliquando rutacei, & ſalis q.ß. Nonnunquam agarici loco aſſumimus de turbitho. Et ſi prædictum clyſma cupimus efficacius reddere,in decocto ponimus ʒ. iij.de pane porcino. Item quãdo contumax eſt humorum noxiorum aggregatio, addimus decoctioni ʒ. j.interanei ſicyoniæ, vel cucurbitæ ſyluaticæ. Et hoc iudicio periti Medici relinquitur. Item fiant glandulæ ſuppoſititiæ, cum ſpeciebus hieræ vigoratæ, & acuminatæ,vt ſic dicam. Morbo nedum ſe remittente fiat talis epithematio: ℞. Pulmonem arietinum, & pone in decoctione chamæmeli, roſarum. Et capiti applicetur calidè. Imò poſſet ipſe pulmo ſolus applicari,ita ſicut eſt,quãdo exenteratur,aut extrahitur è corpore animalis. Somnus hoc pacto recuperabitur, ſi ſuo numine dexter affuerit Deus,ſicubi duabus horis à cœna, quum dormitũ ſit eũdum,hæc mixtio potabilis ægrotanti propinetur. Recipe,Syrupi violacei, nenupharini,papauerini,ana ℥.ß.aquæ decoctionis papaueris albi ℥.iij.Miſce,detur vt ſuprà propoſitum eſt.

Alius hauſtus etiam pro dolore capitis.

℞.Syrupi papauerini ℥.j.oxyſaccharæ ℥.

ß.

ß.aquæ decoctionis coriandri præparati ℥. iiij. Miſce, fiat hauſtulus, quem ſumat binis à cœna horis, ac mane etiam.

De Apoplexia. Cap. IIII.

Definitio.

APoplexia morbus eſt obſtupidæ mentis, & intellectus, cum inſenſibilitate, & concuſsione corporis. Perſuaſum autem vulgò eſt, eum, qui repẽtina morte corruit, euenire id, gutta ſanguinis è capite in corde lata. Gal.lib.de-finitionum medicarũ.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 SOLVERE apoplexiam fortem impoſsibile: debilem verò nõ facilè. Hippoc. lib. ij. Aphoriſ. xlij.

2 Strangulati, & diſſoluti, non tamen mortui, non reuertuntur, quibus ſpuma circa os fuerit, non reficiuntur. idem lib. ij. Aphor. xliiij.

3 Apoplectici fiunt maximè à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum. idem lib. vj. Aphor. lvij.

4 Apoplecticus ante quartum diem non eſt ſepeliendus, quia humores aliqui mouẽtur in primo die, aliqui ſecundo, aliqui tertio, aliqui quarto: vnde expectãdus eſt motus humorum.

Ad cognoſcendum apoplecticum eſſe viuum aut mortuum.

Recipe Cotum carminatum, & ponas ante os, clauſis bene feneſtris in cubiculo, vnde ſi mouebitur cotũ, ſignũ eſt vitæ, ſin minus, mortis: idem fieri poteſt admota naribus plumula. Ingenia ſiue notæ viui, vel mortui apoplectici noſcũtur plurifariam, de quibus affatim agit Marcus Gatinarius in ſua Praxi, cap. de cura Apoplexiæ. Hæc ægritudo differt à præfocatione matricis: præfocata nanque ſentit, audit, habet operationes ſenſuum interiorum. Præfocata ſtetit aliquando per diem clauſis oculis, nihil loquens, hanc adſtantes putabant eſſe mortuam. Accitus medicus adfixit cucurbitulas in vertice capitis, credens eſſe à catarrho, qui eam ferè interfeciſſet: tandem alius ſuperueniens, fecit fricationes in partibus inferioribus, & poſuit ventoſas ad diuertendum materiam à ſuperioribus. quo facto, euigilauit illa, & cœpit loqui, recitans omnia, quæ circa ſe erant facta, & ſic fuit curata.

Modus phlebotomandi in apoplexia.

Primò fiat detractio ſanguinis ex vtraque cephalica in manibus: quæ euacuat, & diuertit. Secundò in venis ſub lingua.

Tertiò

Tertiò in vena frontali. Aliquãdo tamen à ſaphena eſt incipiendum, vt retentione menſiũ, & hæmorrhoidarum longa, corpore exiſtente plethorico. Poſt phlebotomiam vinciantur adiutoria brachiorum & coxarum ligatione valida, vt materia trahatur infrà. A venis apoplecticis cauendũ, niſi in maximis cauſis, eò quòd periculoſa ſit harum inciſio, & difficulter conſolidetur, ſic etiam à venis aurium, & narium. Apoplexia à ſanguine rara, phlegmatica frequentior, cuius hæc eſt cura.

Cura apoplexiæ phlegmaticæ, clyſtere.

Recipe Centaurij minoris, pulegij, calamenthi, origani, ſtœchadis Arab. foliorum rutæ, betonicæ, ana M.j. vel ß. carthami contuſi vnc.j. aniſi, fœniculi, ana drach.ij. colocynthidis, & agarici in petia linea rara ligatorum drach. iij. Omnia ſimul bulliant in ß.q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Colaturæ recipe ℥.xv. In quibus diſſolue ſacchari rub. vel albi vnc.j. ß. hieræ picræ, hieralogodij, ana vnc.ß. diaſenæ, vel diaphœnici drach. iij. olei rutacei vnc. iij. ſalis gemmei, vel communis drach.iij. vel ij. vitellorum ouorum num. j. vel ij. Fiat clyſtere, imponatur calidè. educit materias phlegmaticas à capite potenter.

Aliud clyſtere ad idem.

℞.Centaurij vtriuſque, arthanitæ,rutæ, abrotoni,polypodij quercini, ana M j. Bulliant omnia in vino albo pleno, & aqua, ana partibus æquis ad abſumptionem medietatis.Colaturę recip.℔. j.olei laurei vnc. iiij. hieralogodij vnc.j.ſalis gemmei drach. iij.vitellorum ouorum nume.ij. Miſce, detur vt ſuprà.

Aliud ad idem.

℞. Polypodij quercini,ſtœchadis Arab. hellebori candidi,carthami, centaurij minoris,ana M.j. Bulliant in aqua q.ß.Colaturæ adde,hieræ ſimplicis,hieralogodii,vel benedictæ laxatiuæ,ana drach. vj. vitellorum ouorum num. ij.ſalis gemmei drach. iij.Miſce,fiat enæma.

Suppoſitoria ad idem.

℞. Salis gemmei ſubtiliter pulueriſati: ſpecierum hieræ picræ, ana drach. j. cum melle q. ß.fiāt ſuppoſitoria tria,& vnū poſt aliud imponatur.

Alia.

℞.Salis gemmei vnc.ß.cum melle, fiant ſuppoſitoria.Non vtimur in Italia helleboro albo,quia eſt venenum. In aliis verò regionibus eſt bene competens.

Ad intra.

Valet anacardina, & mel anacardinum,

de

de quo vide Matthæum Gradenſem cap.de paralyſi.Loco autem anacardinæ recipe ℈. j.theriaces antiquæ,vel mithridatij,vel diacori,quod valet à proprietate occulta,impone in os. Fiat ſternutamẽtum ex condiſi ſeu ſtruthio, veratro albo.vel ſic: Recipe,Piperis,vel pyrethri,vel ſinapis parum.Puluerentur,& fiat ſternutatorium,naribus inſufflandum.ſternutatoria domeſtica:Succus bletę, ſampſuchi ſiuę maioranæ,menthæ.Sternutatoria fortia:Succus iridis,puluis minutus hellebori nigri,aliàs albi,vel piperis per cannam naribus immiſſam inſufflati.

Maſticatoria.

Staphiſagria,& eius decoctum ſemẽ.item de cataputia maiore,olei de kerua drach.ij. prima vice,ſecunda drach.iij.& ſic deinceps ſemper augendo,cum decoctione raphani, primò vnc.j. ſecundò vnc. j.ß. &c.Multùm valet datũ in os, Rhazes j.Continent j.Gargariſmus ex decoctione ſtaphiſagrię factus æquè prodeſt.

Embrocatio facta purgatione.

Recip.Sampſuchi ſicci ,foliorum, & granorum lauri,abrotoni,ſaluiæ,ſtœchadis,radicum acori,betonicæ,ana M.j. bulliant in ß.q.aquæ , fiat fomentatio ab alto , cũ ſpõgia , vel cum filtro. alius codex ponit cum vitro.

Vng

Vnguentum.

Recip. Olei laurei, iuniperi, coſtini, ana ℥. ij. caſtorii, euphorbii, ana ℥. j. ceræ parum. Ferueſiant ſimul, & fiat vnguentum debitæ ſpiſsitudinis.

Emplaſtrum.

℞. Sinapis M. iij. vel iiij. caricarum nu. xx. euphorbii, opopanacis, caſtorii, ſerapini, añ ℥. ß. Fiat emplaſtrum ſupra caput.

Electuarium.

Reci. Mithridatii electi, diābræ, añ. ℥. iij. aliàs ij. diamoſchi dulcis ʒ. j. electuarii pliris narcoticon ℥. j. ß. ſeminis pæonię collecti ſub defectu Lunæ, nucis muſcatę optimæ tenuiſsimè puluerat æ, añ. ʒ. iij. confectionis Anacàrdinę ʒ. x. Fiat electuariū cum ſyrupo de corticibus citri. Loco cuius poteſt accipi theriacæ, veteris mithridatici, vel diacori.

Ius cicerum rubeorum, qui habent nitroſitatem, & brodium gallinarum, loco victus multùm laudantur. Ciceres enim prouocāt vrinā, & ſeceſſum, aperiunt meatus, ponantur priùs in infuſione, decoquātur poſtea ad fracturam valuulorum ſiue corticū, addatur ſaluia, & roſmarinus. Potus ſit hydromeli, vel aqua mellis, vt aquæ partes ſeptē mellis j. cum aqua ſaluiæ, ius carnis leporis, turdi, merularum, optimè conuenit. Iſtis non conferentibus fiat cauterium potentiale.

Can

Cauterium potentiale.

℞.Cantharides abſciſsis capitellis,& alis, puluerat as ℥.ij.miſce cũ fermẽto in quãtitate conueniẽti,& aceto,deinde fiat paſta. De qua recipe partẽ vnã,quę reducatur ad formam rotundam,quę abraſis capillis applicetur cõmiſſurę coronali,& maneat quouſq; fiat veſica,quę cum acu rũpatur,vt exeat humiditas. Demũ facta exulceratione, recipe granũ ciceris rubei,& ponatur ſuper locum veſicatum, & ligetur ita fortiter, vt maneat ſuper loco,& tunc fiat foramen,& teneatur apertum per vnum aut alterũ menſem,vſq; ad purgationem cerebri: communiter abradunt caput,deinde accipiunt cepæ momentum,ſuper quod ponunt ſal,& cum hoc fricant fortiter caput,vnde generantur ampullæ,quibus ruptis emanat humor noxius.

Cauterium actuale, vel artificiale.

℞.Cauterium ferreũ punctuale,ita quòd cuſpis ſit puncta,obtuſa,paucę lõgitudinis, quod apponatur circa cõmiſſuram coronalẽ,quoad fiat cruſta,deinde remoueatur eſcara,ſeu cruſtula,cũ butyro recenti, qua remota impone granum ciceris , & fiat vt ſuprà,quod (auxilio Dei) ſanat apoplexiam.

Corodini conſilium.

1 Corodinus primò ſtatim die phlebotomauit apoplecticam puellam,& curata fuit.

2 Item in apoplexia, epilepſia, paralyſi,& aliis paſsionibus neruoſis, fecit ab eodem latere in brachio cauterium potentiale, cæteris paribus ſic dicere ſolebat,&c.

3 Primò fiat emplaſtellum ex linimento, ſicut ſcis, vnguento albo, & ceruſſa, videlicet prohiberet, ne vicinæ partes corrumperentur.

4 Poſtea adhibebat cauterium potentiale longitudinaliter circa cephalicam,& ad ſurdam auditionem porro in oculorum doloribus, eſt ſaluberrimum remedium, in vtroque brachio.

5 Remota cauſa ponitur aliquid quod prohibeat conſolidationem.

6 Curtius etiam in capite faciebat huiuſmodi cauteria, ex cantharidum pulueribus cũ aceto,& cera, ex euphorbio,& aliis.

Appoſititia medelæ.

DETVR puluis ſequens ex aqua baſilici maioris, vel lilii conuallis, aut lauẽdulæ, puluis aduerſus ſcotomiam, epilepſiam,& apoplexiam expertus. Recip. Granorum pæoniæ, coriãdri præparati, nucis muſcatæ, viſci quercini, ana ℥ ß. cubebarum, galangii, macropiperis, tormentillæ, zingiberis, ana ʒ.j. florum anthos, vel foliorum eius, ʒ.ij. ſacchari tabarzeth ℥.iiij. Fiat puluis, detur omni mane,& ſero, P.j. vel ij.

Miſt

Miſtura ad idẽ, & etiam contra Paralyſim.

Recipe Aureæ Alexandrinæ, Mithridatici optimi, ana ℥ ß. electuarii de pæonia ℥ ß. diamoſchi, diambræ ana ℥. ß. ʒ. vnam. Fiat miſtura cum ſufficienti ſyrupo ſtœchadite. Et de hac miſtura poteſt quis vti ſingulis ſepti manis ſemel, aut bis in aurora ad põdus floreni vel ſolidi vnius, aut vltra, ſi lubet. Nolo etiam pios lectores celare conſultum D. Ioannis Manardi, collatę Doctoralis laureę Brabeutæ mei, mihi priuatim ab ipſo impertitum. Primò vtendum iis pilulis in introitu lecti. Recipe, Aloes, ſcammonii, bdellii, hellebori nigri, colocynthidis, gummi, añ. p. j. euphorbii, nitri, añ. p. ß. Formentur cum ſucco braſsicæ rubræ. Doſis. iij. vel. v.

Electuarium ad idem mane & veſperi ſumendum, doſi drachma j. vel paulo plus.

Recipe, Pyrethri p. j. mellis cocti, & expumati, p. iiij. Fiat ad modum eclegmatis. Mirè etiam conducit decoctũ hyſſopi, bibitum ieiunè, & ſylueſtris ruta aſsiduè odorata.

De Lethargo Cap. v.

Definitio.

LEthargus eſt inexpugnabilis dormiendi cupiditas, veternus aliàs quoque dictus, eò quòd qui hoc laborant, æterno veluti ſopore afficiantur. Gal. de fi. medic.

Aphoriſmus.

Aphoriſmus triplex lethargi.

In quo morbo ſomnus laborem præſtat, mortale. Aphor. 11. Somnus fortis cauſatur à vaporibus eleuatis à digeſtione prima, qui vapores ſunt multum craſsi, & turbidi. Mediocris verò à vaporibus ſecundæ digeſtionis, qui ſunt medij inter ſubtiles & craſſos. Leuis autem à vaporibus tertiæ digeſtionis qui ſunt ſuaues & muliebres, & ideo facilè reſolubiles. Competunt in hac ægritudine ſuppoſitoria, poſita in capi. de apoplexia, & ſequẽs egregiũ eſt ad hoc. Reci. Hieræ. ℥ ß. colocynthidis ʒ. j. vel ij. ſalis baurach vel gemmei ʒ. mellis quod ſatis eſt, fiat ſuppoſitorium, & non imponatur non cocto melle, ne comburatur. Et quandoque additur agaricus, pro arbitratu medici.

Clyſtere ad idem.

Recipe Camomillæ, meliloti, centaurii minoris, pulegii, calamenti, ana M ß. carui, ameos, aniſi, fœniculi, ana, ℥ ß. vel j. cumini ʒ. ij. agarici in petia ligati ʒ. ij. colocynthidis interioris ligatæ in petia linea ʒ. j. Bulliant omnia in ß. q. aquæ ad conſumptionẽ medietatis, deinde coletur, & decolato recipe ℥. xv. in quibus diſſolue ſacchari rubei, hieræ picræ Gal. hieralogodii, ana ℥. ß. olei chamæmelini ℥. iij. ſalis communis ʒ. ij. Miſce, fiat enema, quod optimum eſt. Euacuat

cuat enim à capite, & aliis membris. Facto hoc clyſteri, accipiantur iſtæ pilulæ. Recipe Pilularum cocciarum Almanſorii ℈.ij.ß. Reformentur pilulæ numero v.& dentur ſero.

Canon.

Repercuſsiua nō debent in hoc caſu vltra tres dies adminiſtrari, quia omnis materia interim flueret ad locū. Poſtea inſufflentur aliqui pulueres, vt condiſi, hellebori albi. Poſtremò apponatur abraſo capite emplaſtrū poſitum in capitulo de apoplexia. Hydromel aliquando eſt magnæ commiſtionis, & eo vtūtur authores, vt accipiendo mellis electi boni, & expumati partem j. aquæ fontanæ vel roſaceę partes octo. Bulliant ad conſumptionem medietatis. Aliquando eſt paucæ commiſtionis, vt recipiendo partem j. mellis & partē aquæ, & eſt pauci nutrimenti, multùm tamen humectat. Aliquando eſt commiſtionis mediocris. Aniſum nō admi niſtratur, quoniam ſomniferum.

Diæta.

OMNIA euaporantia, & acrumina, vel acuta, ſunt hic prohibēda, ſimiliter & vinū. detur autem brodium cicerum rubeorum, caulium quoq; leuiter coctorum: & vinum granatorum conuenit. Aniſum non adminiſtratur, quia ſomniferum. Melior omni alia

adminiſtratione eſt exhibitio clyſteris: item ſuppoſitoria bene faciunt. De his lege Guainerium, cap. IIII. de Lethargia.

Adiunctiones propriæ.

EVELLANTVR vibriſsi, ſeu pili barbæ. fiant ſternutamenta, olfacit æger nidorem concrematorum capillorum, & ſuccerdę, fricentur fortiter extremittates, adhibeantur odorameта expergifica, ex ruta, caſtorio, & acetocōfecta. Demum ingeratur ori dioſpolitici; Galenici, vel Aeginetani quantum capit cochlearium j. cum poſca. Neq; interim obliuiſci oportet naturalium excretionum, quæ phlebotomia clyſteriis, & balanis (dum pharmacis non ſit integrum) fieri queunt. Refert Gordonius quoſdam lethargicos, facto ingenti ſtrepitu, clangore, quin & porcino grunnitu ex inſperato ſuſcitatos eſſe.

De congelatione Cap. VI.

Definitio.

CONgelatio, ſecundum Sillanum, & Gordonium, eſt affectio puppis capitis, vel cerebri, propter quam homo ſenſus expers redditur, & motum in toto corpore perdit. Eius materia eſt frigida, & ſicca, vt melancholia, & phlegmatica vitrea: aliquādo cauſa eius eſt, aër valde frigidus, & ſiccus, vnde

moriun

moriuntur plures in regionibus Septentrio nalibus.

Linimentum.

Recipe Caſtorii, euphorbii, ana ℥.ß. olei ſambucini ℔. j. Miſce, inungatur eo poſterior pars capitis.

In humore melancholico clyſtere.

Recipe Polypodii, epithymi, foliorũ ſenæ, ana M.ß. ſtœchadis Arab. calamẽti, pulegii, ana M. j. vel. ß. hellebori nigri ℥.ß. vtriuſque ſaluiæ, florum boraginis, bugloſſæ, ana M. j. vel ß. Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis. Coletur. Colaturæ Recipe ℥ xv. In quibus diſſolue hieralogo dii, electuarii Indi maioris añ. ʒ. vj. olei chamęmelini ℥. iij. vel iiij. (aliàs x) ſalis gẽmei vel communis ʒ. ij. vitellum vnius oui. Fiat enema. In humore phlegmaticocongelato, vel vitreo: Recipe Stœchadis Arab. maioranæ, betonicæ, ſaluiæ, radicum acori & citrinæ, ana M.ß. centaurii minoris tantundem, carthami contuſi ℥. ß. Pulpæ colocynthidis, ligatæ in petiarara, ʒ. j. ß. agarici electi ſimiliter in petia ligati, tantundem, vel ʒ. ij. Omnia bulliant in ß. q. aquæ, ad excoctionem dimidii. Coletur: Colati Recipe ℥. xv. in quibus liquentur ſacchari rubei ℥. j. ß. electuarii de baccis lauri ʒ. vj. diaphœnici ʒ. ij. olei communis ℥. iij. ſalis gemmei, vel cõmunis

℥.ij.vitellum vnius oui. Et fiat clyſtere. Hoc facto remoueatur mala complexio frigida, & ſicca, ſubſcriptis remediis.

Inunctio.

Recipe Olei ſambucini, ſpicati, rutacei, caſtorini vel coſtini, ana ℥.j. In hoc oleo calidè vehementer infundantur petiæ lineæ, & applicētur poſteriori parti capitis, vel cerebri.

Aliud linimentum.

Recipe Piperis, euphor bii, pyrethri, caſtorii, ana ʒ.j. vel ij.ß. Omnia puluerentur, & cũ oleo coſtino q.ß. reducantur ad formam linimenti. Cum quo calidè inungantur partes poſteriores capitis. Sed ad intra peculiariter vtimur iſto electuario, ſumēdo bolum caſtaneę magnitudinis mane & ſero, quãdo itur cubitũ. Recipe Theriaces bene fermētatę, mithridatici optimi, diamoſchi dulcis, diambrę, ana ʒ. vj. Miſce cũ ſyrupo ſtœchadite, & formetur electuarium. Doſis caſtaneæ quãtitas in manè, in ſero autem quãtitas auellanæ vnius. Et vnoquoque iſtorũ per ſe vtatur, ſecundum prędictum modũ. Item anacardina confectio ad hoc eſt valde conueniens, & vtilis. Et etiam miſtura de eadem facta, ſuperiùs deſcripta in appoſitiis medelis, cap. de Apoplexia. Aqua vitæ, ſiue ardens, linita ſuper poſteriore parte capitis, eſt multùm opifera. Vtatur regimine

calido

calido, ex omnibus ſex rebus non naturalibus.

De Paralyſi. Cap. VII.

Definitio.

PAralyſis, eſt affectus motum voluntarium offendens, in partibus, vel parte quadam contingens. Fit autem neruis, vel muſculis patientibus. Itaque neruorum reſolutio potiſsimùm dicitur, vbi motus deperditus eſt. Vbi verò partium aliquarū ſenſus perit, eam partem ſenſus expertem, reſolutam verò non adeò dicere conſueuimus. Principio igitur ſtupidi fiunt, deinde omnino & ſenſum, & motum amittunt. Nominatúrque huiuſmodi ipſorū vitium paralyſis.

Gal.li.Defi. med.

Idem de locis affectis lib.iij.ca.x. Idem de Symptomatum cauſis lib.j.

Cauſæ, ſigna.

CAVSAE primitiuæ, Ligatura fortis mēbri, cōpreſsio cerebri, vel neruorū ex percuſsione, contuſione, attritione, apediatione, motibus laborioſis, caſibus, diſlocatione ſpōdylium, & ſpinæ dorſi, inciſione neruorum, ſeu venarum per tranſuerſum, timore, & ſimilibus animæ accidentibus, nimia frigiditate regimine humido in rebus nō naturalibus. Signa harum cauſarū ex relatione patientis, & aſtantiū habētur. Cauſæ antecedentes, ſanguis aliquādo, phlegma plu-

rimum, melancholia raró, cholera, ſi aliis humoribus permiſcetur. Signa horum humorum ſæpius dicta ſunt: Apoplexia, epilepſia, colicæ, ſuffocatio matricis, febres temporales; ſpiritus craſſus, paucus, infectus mala qualitate. Signa iſtorum ſcilicet quæ præceſſerunt: Cauſæ coniunctæ, apoſtema, oppilatio, in origine nuchæ, in vna parte nuchæ, ineptitudo membrorum, actu propriæ virtutis.

Alia litera ſic habet.

Cauſæ coniunctę ſigna ſunt, apoſtema, febris, dolor, tumor, & durities in loco, oppilatio in origine nuchæ, excepta facie, totum corpus patitur, aliquādo in vna parte nuchę illius pars eiuſdem lateris patitur. Et ſi mala complexio calida & ſicca raró eſt cauſa paralyſis, quia facit ad ſenſum, & motum: immoderata tamen caliditas, & ſiccitas debilitat ſenſum, & motū in membris, & conſequēter cauſat paralyſim: quia ſic Galenus ait ij. part. Aphor. commento xx. Omnis (inquiens) immoderata intēperies deiicit, aut exoluit actum, vel operationem proprię virtutis. Fit igitur ſæpius à materia phlegmatica ſubtili in poroſitatibus neruorum imbibita, & ipſos mollificante, reſoluenté ve, aut relaxante, vnde fit prolōgatio nerui ad differentiam ſpaſmi: quia ſpaſmus fit à materia

cr

craſsiori implēte neruos, vnde fit abbreuiatio ſecundum longum, & ſecundum latum augmentatio. Differt paralyſis à ſpaſmo. In illa pars ſana attrahit ægram: in hoc contra. Secundò, quia membrum paralyticatum prolongatur, ſecundum vt iam dictum eſt. Tertiò, quia fit à materia. Quartò, quia mē brum paralyticatum poteſt plicari, & leuari cum alia, vel altera manu flecti, ſpaſmatum autem non. Vrina vt plurimum in eis eſt alba, quandoque rubrificans valde, ob debilitatem renum, in diſcernendo ſanguinem ab aquoſitate, aut debilitatē venarum, ab attractione ſanguinis, aut dolorem, qui fortaſſe eſt cum eis, aut ægritudinem aliam eis propinquā. Nucha ſimilis eſt cerebro in diſpoſitionibus ſuis, ad duas diuiſiones, licet ea ſenſus non diſcernat.

Præſagia.

1 PARALYSIS ex nerui inciſione per tranſuerſum eſt incurabilis.

2 Vrina infantium viridis paralyſim innuit.

3 Stupor, & tremor perſeuerans, prætendens nunciat paralyſim.

4 Facies ſana manet, niſi cauſa ſit in cerebro.

5 Paralyſis in ſenibus, vix aut nunquam

curatur, quia ſunt debiles, in radice, & phlegma, & humores gelidi continuè generantur in eis.

6 Si febris ſuperuenerit paralyſi, bonum: quoniam conſumit paralyſim.

7 Superueniente tremore, bonum: quia fit expulſio materiæ.

8 Si membrum paralyticatum minoretur, aut extenuetur, malũ: quia ſignũ eſt, quòd non nutritur. Et ſi color eius mutetur, & nõ ſit ſicut color reliqui corporis, malum ſignum, & indicium incurabilitatis.

9 Si homini paralytico non citò ſuccurratur, paralyſis fit conſuetudinaria, íſque clinicus redditur, & fit morbus cõſequenter immedicabilis.

10 In omni ægritudine neruorum, quantum ſpectat ad digeſtionẽ, euacuationẽ, reſolutionem, &c. debemus incipere à lenioribus, & paulatim ad fortiora procedere, ne agitata materia in principio, plus furiat, ac fluat ad locum doloroſum. Licet Rhazes à pilulis fœtidis incipiat, quæ ſunt fortiſsimæ, tamen præſupponit alia generalia, & leniora præceſsiſſe.

11 Non ſolùm eſt intendendum membris paralyticatis, ſed etiam, & priùs origini neruorum, vt nuchæ, & cerebro tanquam cauſis, deinde membris paralyticatis.

Quæ

12 Quando ſit phlebotomia, fiat per antitheſin, hoc eſt, partem oppoſitam.

13 In ægritudinibus chronicis debemus interpolatim medicinas adminiſtrare, ne natura laſſetur, & quodammodo aſſueſcat medicinis.

14 Interea verò dum quieſcitur, debemus reſumere virtutem, & confortare.

15 Quæ applicantur, valere dicunt in hac ægritudine, ſecundum qualitates primas, ſecundas, & tertias.

Digeſtio materiæ, & euacuatio. Digeſtiuũ lene.

℞. Oxymelitis ſimplicis, mellis roſati colati, ana ℥.vj. aquarũ betonicæ, ſaluiæ ℥ j.ß. Miſce quater aut quinquies exhibeatur potus iſte. Deinde tempore intermedio fiat tale clyſteriũ. ℞. Chamæmeli, aniſi, fœniculi, ſaluiæ, betonicæ, ana M.j. vel ß. Fiat decoctio ad conſumptionem medietatis, de qua reci. ℥. xv. In quibus diſſolue ſacchari rubri ℥.j.ß. vel ij. mellis roſati colati ℥. j. ß. vel ij. ſalis ʒ.ij. olei communis ℥.iij. vel.iiij. Miſce: fiat clyſtere. Hoc facto, poſt aſſumptionẽ ſyruporum vſque ad quintũ diem, detur hæc medicina mane ante diem per duas horas.

℞. Pilularum de hiera ſimplici, de hiera Nicolai, agarici trochiſcati, ana ℈.j. Formentur pilulæ v. cum ſyrupo ſtœchadite. Poſt exhibitionẽ huius medicinæ quieſcat

æger

æger per j.vel per ij. dies,& trāſacto biduo, iterum vtatur ſequenti digeſtiuo fortiori,ſic continuando per quinque dies.

Digeſtiuum priori valentius.

℞. Syrupi ſtœchaditis cum ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana ℥.ß.aquarū iuę,betonicæ,abſinthij, ana ℥.j.ß.vel.j.Miſce, detur in aurora.Deīde fiat iterum euacuatio cum iſtis pilulis.℞.Pilularum cocciarum ℈.ij.fœtidarum,agarici trochiſcati,ana ℈.ß. Fiant pilulæ ſeptē cum ſyrupo ſtœchadite. Exhibeantur vt aliæ. Et vſque ad iſtud tēpus vtatur diæta tenui,quę dicetur, & hoc tempore poteſt fieri lenitio, vel inunctio circa nucham, & membrum paralyticatū,cum oleo chamæmelino, anethino, & maſtichino. Elapſa XIIII.die,veniendū ad fortiora, & fiat tale digeſtiuum:

℞ Oxymellis ſcillitici,ſyrupi de ſtœchade,mellis roſati colati,añ ℥.j.vel ß.aquarum iuæ,betonicæ,ana ℥.j.ß.Miſce. Aromatizetur cum exiguo nucis muſcatæ, ſic accipiatur portiuncula nucis muſcatæ, & ponatur in ſyrupo ſero, per totam noctē, poſtea coletur ſyrupus, & detur calidus mane ante diem,ſicut alij, & ſuperdormiat ad lubitū.

Poſtmodum exhibeantur iſtæ pilulæ.

℞.Pilularum fœtidarum Rhazis ℈.ij.cocciarum eiuſdem ℥.ß. Reformentur pilu-

℥ vIII.cũ ſyrupo ſtœchadite, & præbeãtur.

Diuerſio fiat primùm cum diuertentibus euacuando, vt cum ſequenti clyſterio.

Clyſtere.

℞. Centaurij minoris, chamęmeli, vtriuſque ſaluiæ, betonicę, ſtœchadis Arab. ana M. j. herbarum paralyſis M. j. ß. pulpę colocynthidis ligatæ in petia ℥. ij. carthami parũ cõtuſi ℥. ß. Fiat decoctio in ß. q. aquę, ad cõſumptionem medietatis, de colato ℞. ℥. xv. in quibus diſſolue ſacchari rubei ℥. j. hieræ picræ, hieralogodij, ana ℥. ß. mellis roſati colati ℥ j. ß. olei rutacei ℥. iij. ſalis communis ℥. ij. Miſce, fiat clyſtere. Fricationes poſſunt fieri in parte ſana, ad diuertendum in parte ægra. Vbi autem facta eſſet, poſſunt exquiſitè fieri fricationes in parte læſa. Similiter hoc tempore poſſunt adfigi cucurbitulæ membro læſo, verſus capita lacertorum.

Confortatio cerebri, & neruorũ, & reſolutio reſiduæ materiæ. Primò quantum ad localia quæ applicantur nuchæ, & membro læſo, ordinari poteſt ad modum ſequẽtis inunctionis. ℞. Olei coſtini ſecundum Rhazem, olei vulpini, latericij, ana ℥. vj. pinguedinis lupi, vulpis, vrſi, vel melis, ana ℥. ij. iuæ, primulæ veris, ſaluiæ, ana ℥. ß. Pulueranda puluerentur, & liquefacienda liquefiant, & ex prædictis, & exiguo ceræ fiat inunctio,

&

& inungatur patiens, vt dictum eſt.

Oleum Viperinum.

℞. Tres, vel quatuor viperas, abſcindantur partes extremæ, caput, & cauda per quatuor digitos, reliqua verò pars per quatuor fruſta diuidatur, & in olla perforata ponatur, quæ olla ponatur in ollam aliam maiorem, deinde orificia earum claudantur bene cũm luto, vt ſpirare nõ poſsint, deinde collocetur, aut ſtatuatur in cacabo pleno aqua ebulliente, & ibi ſtet, continuè bullien do per duas horas in olla, tunc extillabit liquor à viperis, quæ erant in olla perforata: cum illo oleoſo liquore inungantur nucha, & membra paralyticata, ſiquidem à proprie tate valet paralyticis.

Aliud oleum ex ciconijs, optimum ad idem.

℞. Ciconiam vnam, & extractis viſceribus, & deplumata ea bulliat in *ß*. q. olei communis, quouſque diſſoluatur, ita vt carnes ab oſsibus ſeparentur, deinde carnes accipiãtur, & fortiter piſtentur, & denuò bulliãt in prædicto oleo, & poſtquàm bullierint, extrahantur ab oleo, & fortiter exprimantur. Et illud oleum æquiualẽs eſt priori, habétque eundem vſum.

Aliud ad idem, quo peculiariter vſus eſt Leonellus, in omni ſpecie arthritidis.

℞. Anſerem veterem, euiſceretur, & de-
plume

plumetur, deinde in ventrem eius ponantur hæc. ℞. Pinguedinis anatis, lupi, vulpis, taxi, felis ſylueſtris, ana ℥.ij. ſaluię viridis, iuę, primulæ veris, herbæ paralyſis, vel artheticæ, ana M.ß. Iſtæ herbę virides vnà cũ pinguedinibus foriter piſtentur, híſque infarciatur anſer, pòſt cõſuatur, deinde affigatur veru, & paulatim aſſetur. Porrò liquor adipalis ille, qui emanabit, ſeruetur caſui dicto, quo inũgatur nucha, & membrũ paralyticũ: ſit autem anſer pinguis, & bene ſaginatus.

Fit communiter balneum ex decoctione vulpis, hoc modo.

℞. Vulpẽ exenteratum, & excoriatũ, qui ruptis oſsibus bulliat in ß.q. aquæ, quouſq; caro ab oſsib' ſeparetur, deinde cũ illo decocto embrocetur nucha, & membrũ paralyticatũ. Hoc enim eſt conueniẽs ex cõfeſſione omniũ authenticorum Medicorum.

Vnguentum catilinum ad idem perutile.

℞. Catellos rufullos, euiſcerentur, & elixentur in aqua ſufficienti, vſque ad exoſſationem, ita vt in ſuperficie oſſa ſint prorſum denudata, deinde dimittatur vas infrigidari in quo bullierũt catuli. Poſtea liquatum colligatur, & cum illo inungatur nucha, & artus reſoluti.

Singularia præſidia ad idem.

Efficax remediũ in paralyſi eſt aqua ardẽs,

cum

cum qua nucha,& mēbra paralytica inungantur: eandem locis illis reſolutis fortiter infricando. Thermæ naturales,& ſulphureę & aluminoſæ ad hoc ſatis ſunt cōuenientes. Hæc quantum ad extrinſecus adminiſtranda: quantum autem ad ea,quæ interius ſumuntur,hæc conueniunt.

Electuarium ad idem.

℞. Diacori, diambræ,diamoſchi dulcis, ana ℥.ß. De iſto electuario recipiat ęgrotus cubitum iturus quantitatem caſtaneæ magnæ. Ad idem laudatur Mithridaticū à Galeno,& paſtilli theriaci, ſic ſumpti: ℞. Theriacæ ℥.j. Sumat mane,cum aqua ſaluiæ.

Diæta.

TOTVM regimē declinet ad caliditatē, & ſiccitatem. Carnes ſint concoctu faciles, boni nutrimenti,modicæ quātitatis,vt perdicum,phaſidum,& conſimilium,quæ condiantur cum aromatibus optimis. Craſſas autem & duræ digeſtionis,videlicet boum, vaccarum, hircorum, ſimiliter humidas, vt porcinas,caſtratinas,ouinas,anatinas, aliarúmque aquatilium volucrū, item frigidas herbas omnes deuitet.Comedat ſaluiā,maioranam,petroſelinum,fœniculum,betonicam,&c. Vinum dimittat omnino.Itē brodialia cuncta quātum poteſt.Bibat mulſum

ſaluiat

ſaluiatũ, vel aquam mellis, in qua bullierit ſaluia. Accidẽtia animi, ſic triſtitiam dimittat. Iraſcatur tamẽ aliquãdo de induſtria, vt humiditas reſoluatur. Habeat curã in ciẽdis excremẽtis, vt aluus ſingulo die naturaliter exoneretur. quod ſi negatum fuerit à natura, fiat arte cũ clyſteri appropriato, vt infrà.

Clyſtere conueniens paralyticis.

Recipe Saluiæ, rutæ, ſtœchadis, maluæ, mercurialis, centaurij minoris, furfurũ, chamæmeli, ana tertiã partẽ M. j. Fiat decoctio in aqua ſufficienti, vſque ad conſumptionẽ tertiæ partis. Colati recipe ℥. xv. vel pluſculum, diſſoluendo in eodem, hieræ picræ, vel benedictæ ſimplicis aut hieralogodij ℥. ß. medullæ caſiæ ℥. j. mellis roſati colati ℥. ß. vel ʒ vj. olei cõmunis, vel chamæmelini ℥. iij. ſalis cõmunis triti ʒ. ij. Poteſt etiam addi prædictę decoctioni, ſeminũ aniſi, fœniculi, cumini, &c. parũ. Et erit vigoroſius. Aliud clyſtere ad idem, & ad apoplexiã, ſubeth, lethargum, epilepſiam. Recipe Centaurij graciliοris, abrotoni, calamẽthi, origani, vtriuſque ſaluiæ, vtriuſq; rutæ, ana M. ß. ſeminum aniſi, marathri, ſeſeleos, ana ʒ. ij. ſtœchadis Ara. ʒ. iij. pulpæ colocynthidis, agarici, ana ʒ ij. caſiæ ʒ. ij vel ij ß. Fiat decoctio in ß q. aquæ vſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde recipe dictę decoctionis ℥. xij. vel

xv.in quibus eliquétur hieræ picræ ʒ. vj.ſalis gemmei ʒ.j.ß.Miſce & fiat clyſtere. Poſſent addi vnciæ binæ,ſeu ternæ olei caſtorini, & erit melius, & fortius.

Potus ſublimis in ægritudinibus neruorum.

Guainerius Hydromelli. Recipe Aquæ pluuialis ℔.iiij mellis ℔.ß. Alius codex ponit ℔. v.calamenti, origani, añ M.j.ſaluiæ,maioranæ,pulegij,aliàs polij añ M ß.Bulliãt ſimul,remouẽdo ſpumã.donec aqua ſit ad dimidiũ excocta, & tũc coletur, & in colato ponãtur huiuſmodi ſpecies.

Sub alia forma.

Recipe Cinnamomi electi, piperis albi, caryophyllorũ,ana ʒ. ß. recipe cinnamomi electi ℥.iij. zingiberis albi, aliàs leucopiperis ʒ.ß.aliud exemplar habet ℥.ß. Ferueant vno feruore, poſtea remoueãtur ab igne,reſeruetur in vaſe vitreatro,nõ bene obturato,donec reſideat. Et quod erit clarũ, reponatur, & ſeruetur ad vſum. Hæc pro diæta.

In mala complexione neruorum vnguentum præcellentiſsimum.

Recipe Olei laurei, nardini, de terebinthina, ana ℥. ij. vini maluatici ℥. viij. pyrethri, piperis,ſinapis,arceuthidum,anacardij,gũmi hederacei,ana ʒ.j.ß Terãtur,miſce in vino, & oleo Bulliant in duplici vaſe,ad conſumptionem vini: tũc coletur, facta optima expreſsione ſuperaddãtur,ceræ,chalbanes,

bdellii,

bdellii,euphorbij,pinguedinis caſtorij,adipũ vrſini,& anatini,ana ℥.ij.Fiat vnguẽtum arte, ꝙ habeo valde ſingulare, de quo fiat vnctio, & non niſi poſt bonam euacuationem.Incipiat autem à collo inungi.

Adtexta pharmaca.

PRIMITVS vtendum eiuſmodi ſyrupo, qui ſimul digerit & euacuat. Doſis eius eſt triens,aut quincunx in aurora, Recipe radicum acori ℔ ß.ſaluiæ M.iij.florum ſtœchadis Arabicæ quartã j. turbith electi gũmoſi ℥.j agarici electi ʒ.vj. zingiberis ʒ.j.ß.Contuſa decoquantur in ℔.iij aquæ vſq; ad cõſumptionẽ tertiæ partis:cui decoctioni adde ſyrupi ſtœchaditis ℥ vj.mellis roſati colati,ſacchari,ana ℥.iiij Fiat ſyrupus longus ſecundum artẽ bene clarificatus,& aromatizatus,cum xyloaloes,cinnamomi & nucis myriſticę,ana q.ß.Pro maiore euacuatione ſumat noctu pilularum Arabicarum ʒ.j.

Vnguentum optimum in cõfortatione membrorum,de quo fiat vnctio,præcedentibus tamẽ vniuerſalibus iam commemoratis.

Recipe Olei laurini,de terebinthina,nardini,balſamini,petrolei,ana ℥.ij.vini maluatici ℥.iiij.vini ſublimati ℥.iij.pyrehri, piperis,ſinapis,granorũ iuniperi, gũmi hederæ

anacardij, ladani puri, ana ℥.j.ß. Terãtur, & miſceantur ſimul cum oleis, & vino, & bulliant ad ignem, in duplici vaſe, vſq; ad vini conſumptionem, & tunc coletur: facta optima expreſsione, poſtea ſuperaddãtur ceræ, chalbanes, bdellij, euphorbij, myrrhæ, pinguedinis caſtorij, adipis vrſi, & anatis, ciconiæ, ana ℥.ij. Fiat vnguentum arte.

Balſamum pretioſißimum ad idem, & alia multa.

Recipe Ligni aloes lotones ij. opopanacis, reſinæ pineæ, bdellij, galbani, myrrhæ, maſtiches, ſarcocollæ, ana lotonẽ j. olei benedicti lotones nu. iij. ladani lotones ij. carpobalſami, xylobalſami, opobalſami, vel balſami artificialis, ana lotonẽ j. olibani, daphnelæi, ſãguinis draconis, caſtorij, ſpicæ nardi, galãgij, cubebarũ, maceris, cinnamomi, cardamomi, melicetorũ, corticum citri, ana lotonẽ j. olei de terebinthina ad põdus omniũ, oliui veteris ℔.j ß. Piſtẽtur gummi ſubtiliter, dein ſuperfunde tantũ vini aduſti vt alia obruat, aut obtegat, poſtea ponatur in balneum Mariæ per triduũ, ad digerendum, pòſt adde reliqua. Pulverãda puluerẽtur, & addito oleo de terebinthina, & oleo communi, iterũ digeratur in balneo Marię, vel in fimo equino p̱ xiiij. dies, demũ deſtilletur in cinere lento igne, ſecundum artem.

De

De tremore, & ſtupore,
Cap. VIII.

Definitio.

STupor eſt membri ablata, vel diminuta ſenſatio propter tactiuorum ſpirituum paucitatem, aut ipſorum, ſeu mẽbri indebitam diſpoſitionẽ, ab alicuius rei mala qualitate eiuſdem impreſſa cauſatam. Quidam aliter ſic definiunt: Stupor eſt diminutio ſenſus tantùm ſi deferatur ſenſus per vnum *membrum, & motus per aliud: ſed ſi ambo per vnum neruum, ſtupor eſt diminutio ſenſus & motus. *aliàs neruum.

Stuporis & tremoris ſigna, & cauſæ.

EAEDEM ſunt cauſę ſtuporis, tremoris, & paralyſis, niſi quòd diſcrepant ſecundũ maius & minus, quia maior eſt oppilatio in paralyſi, quàm in aliis. Tremor & ſtupor ſunt viæ, vel incurſiones in paralyſim. De cauſis huius morbi lege Arculanum. Membra ſtupida videntur, & eſſe maiora & grauiora, quàm antea fuerint: qa ſpiritus ſenſitiui, & motiui nõ poſſunt liberè tranſire ad membrum, propter quam inopiam ſequitur malus motus in membro ſtupido. Quemadmodum ſtupor eſt *membrorũ tactiuorum *aliàs neruorum

& ſenſitiuorũ: ita tremor eſt paſsio motiuorum. Eſt autẽ tremor, motus cõpoſitus ex virtute eleuatiua, & grauatiua mẽbri depri-mẽte, ita quòd huiuſmodi mot⁹ eſt partim voluntarius, partim nõ voluntarius. Coitus, cibúsve nimius, & potus vini exceſsiuus, maximè ieiuno ſtomacho aliquando ſunt cauſa tremoris. Quando ſtupor eſt in principio alicuius nerui motiui, & ſenſitiui, tunc eſt particularis ſtupor in aliquo membro.

Præſagia.

SI CAVSA ſtuporis eſt in ipſo cerebro, & eſt ſtupor communis toti corpori, tũc eſt mortalis. Stupor alicuius membri, diu permanens, ducit ad paralyſim. Stupor denunciat paralyſim, vel ſpaſmum, apoplexiam, epilepſiam, ſi nõ curetur. Stupor in facie ſignificat torturam. Tremor ſiniſtri lateris deterior. In lethargo tremor, malum. In febre circa vẽtrem cauma, malum, & morſus cordis, vel tremor, malum. Tremor in ſenibus non remouetur medicinis, ſi fuerit permanſiuus, & non ex cauſis primitiuis. Dicit Auicennas authoritate Hippocratis, quòd ſi alicui in cauſonide ſuperuenerit tremor, & acceſſerit etiam ſenſus permiſtio, ſoluitur à dicta febre. Et Auicẽnas dicit, hoc eſt poſsibile, licet Galenus teneat oppoſitũ, & hoc in l.

vj.

vj. Aphoriſmorum & Aphoriſmo xxvj.

Cura.

QVANDO tremor accidit à cauſa primitiua, frigida, & humida. vt propter nimiã potationẽ gelidę, tũc optimè cõueniũt balnea calida, & ſicca, vt eſt balneũ æreũ, ſicut ſtupha, aut calidũ, ſiue igneũ, ſicut furnus calefactus, aut quod virtualiter fit, ſiue naturaliter, vt ſequetur. Competit in hoc caſu balneũ ſulphureũ, item aluminoſum, nitroſum aut gypſoſũ, ſiue quod arte paratur ex herbis, vt poteſt œchade, ſaluia, ſampſucho, origano, calamẽtho, mẽtha, pulegio, betonica, chamædryos, & ſimilibus. Iſtarũ herbarũ potes ſumere ſingulatim, vel vnitim pro habitu, vel exigẽtia rei. Propria tremoris (inquit Auicẽnas) ſunt, Oleum de andochora, vel potius andachocha, aut handachuca, id eſt, loto, ſeu flore trifolij, cerebrum leporinum aſſum. Et ſi eſt tremor in capite, expertum eſt ſumere in potu ſtœchaden, cum hydromelite, vel ſine potu in forma pilulari. Ex nocentibus autem valde eſt nimia frequẽtatio phlebotomiæ, immodicus vſus vini, aceti, coitus & aquę frigidæ, &c. Porrò caſtorium, item oleum caſtorinum, & oleum de cucumere aſinino ſunt propria tremori à cauſa frigida.

O L E V M, ſiue balſamus optimus valēs aduerſus tremorem, lectigationem, ſpaſmum, torturam, & ſtuporē inſigniter, quo ſpina, & nucha ſæpius inungi poſſunt.

Recipe Myrrhæ electæ, aloes hepatitis, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, muminiæ, opopanacis, ana drach. ij ß. carpobalſami, croci, maſtiches, gummi Arab. ſtyracis liquid. ſtyracis rubei, ana drach. ij. ß. moſchi fini drach. ß. herbæ paralyſis M. ij terebinthinæ ad pōdus omnium prædictorum. Puluerentur & miſceantur, demum deſtillentur ingenioſè iuxta declarationem. Ad idem valet oleum de liliolis fragrātiſsimis illis quæ in conuallibus producuntur, concinnatum. Eſt enim floſculus ille (quod ipſemet certa experientia comperi) mirabiliſsimæ virtutis, & veriſsimi effectus in tremore curabili, vniuerſalibus congruis antea præmiſsis: vt ſunt eiuſmodi catapotia.

Recipe Caſtorij recentis & opimi, pyrethri, caſiæ ligneæ, ana p. iij. ſagapeni, interanei colocynthidis, ana p. iiij. hieræ picræ Galenicæ, p. v. conficiantur cum pulpa cheſmes. Doſis eſt drach. j. vel plus, minúsve, reſpectu ſumentium.

De

De tortura oris, Cap. IX.

Definitio.

TOrtura oris morbus eſt, qui circa faciem naſcitur, quē Græci cynicoſpaſmum vocant, quòd ea canes quoq; infeſtātur, in quo os cum motu quodam peruertitur, ideóq; nihil aliud eſt, quā diſtētio oris. Celſus lib. iiij.

Cauſæ, ſigna.

CAVSAE, quæ & paralyſis. Signum primum, pars ſana attrahit ægram, & attracta eſt mollis tractabilíſque cum manu Saliua magis fluit. Os in parte læſa nō bene clauditur. Palpebra inferior oculi eſt diuerſa. Aetas, regimen, regio, aer tendunt ad humiditatem. Cauſa etiam ſpaſmus quādoque. Signum. Pars ægra attrahit ſanam, & attrahēs eſt dura, intractabilíſque, cum dolore, propter craſsitatem humoris, & pars attracta, quia extenditur aliqualiter, etiam dura efficitur. Saliua non tantū fluit. Meliùs clauditur os in parte ægra. Palpebra non eſt tantum diuerſa. Aetas, & regimen prætendunt ad ſiccitatem. Spaſmus ex repletione venit ſubitò, ex euacuatione paulatim, & præceſſerunt cauſæ inanientes, vt ſunt fluxus vētris aut ſanguinis, & ſimilia. Eſt quoq; ſignum, apoſtema, vel inflatio, & dolor in collo, vbi eſt apoſtema. Aliæ cauſæ ſunt eædem, cum

cauſis paralyſis, & ſpaſmi, quas cum ſignis vide in capitibus ſuis. Fit aliquando tortura oris, nõ apparẽtibus ſignis ſpaſmi vel paralyſis in facie, quia facies ſtat recta, ſecũdum ſitum * ſanũ, tunc debemus patientẽ facere ridere, vel ꝓferre literã O, tũc videbis quòd vna pars nõ poteſt moueri liberè, imò trahitur ab altera, vel ad alteram diducitur, vt viſum eſt. Signa cõmunia vt plurimùm ſunt, inflatio in parte ægra, flux⁹ ſaliuæ, tortio labiorũ & ſuperciliorũ, & clauſio, ſeu potiùs occluſio maior in vno oculo. nonnunquam dolor capitis, maximè quãdo eſt à ſpaſmo.

* aliàs ſuũ.

Præſagia.

1 TORTVRA, quæ venit propter cauſas ſpaſmi ex ſiccitate, vt ſunt febres acutæ, fluxus ſanguinis, ventris, &c. eſt pernicioſa, & maiori ex parte mortalis, quia adeſt ſpaſm⁹ ſiccus, qui communiter lethalis eſt.

2 Tortura tranſcendens quatriduum æquè periculoſa eſt.

3 Tortura, ſi ſemeſtre ſpatium tranſilierit, nõ, aut difficulter curatur, ſimiliter quę paulatim venit.

4 Tortura veniens per ſeipſam, vt plurimùm prænuntiat paralyſim, & multoties portendit apoplexiam.

5 Dolor in oſsibus faciei, vel ſtupor, vel ſen-

ſus in cute,cooperiente furcam,vel multitu do lectigationis,aut ſaltus,quodlibet iſtorũ futuram præſagit torturam.

6 Tortura,quæ venit lentè,ſeu tractim,ple runq; lethifera,quia talis nõ venit niſi cum phrenitide,vt Rhazes teſtatur.

7 Frequens appoſitio ventoſarum in colli partibus,& capitis, facit euenire torturam, quia ventoſę debilitant mẽbra,quibus iden tidem applicantur.iiij.j.Cap.de ventoſis.

Aphoriſmus.

In nõ deficiente verò febre,ſi labium, aut oculus,aut ſuperciliũ, aut naſus diſtorquea tur,aut non videat, vel vt natura audiat, iã debili exiſtente corpore: quæcunque horũ contingant,propè eſt mors. 4 . .4.

Canones.

1 Non eſt properandũ in vſu fortiũ medi-cinarum,in principio, nec cum clyſteri neç ſolutiuis,nec digeſtiuis,ſed expectare debe mus vſque ad quartũ vel vij.vel xiiij. diem, niſi adſit timor, aut inſultus epilepſiæ, vel apoplexiæ,ad præcauendum maiorem infir mitatem,vel mortem.

2 Medicinæ locales, vt emplaſtra vnctiões fomẽtationes,& alia applicamẽta, adhiben da ſunt ſpõdylibus,& vertebris colli,qa ner ui motifici,motũ pręſtãtes,&ſenſum faciei,

oriuntur

oriuntur ab eis. Et deinde cętera Topica admoueantur parti faciei tortæ

3 Tortura proueniente à ſpaſmo, priùs progrediendum eſt cum mollificãtibus potiùs, quàm reſoluentibus: quia ſpaſmus promanat à materia craſſa, quę non reſoluitur, niſi molliatur: veniens aũt à paralyſi, poſſumus ſine mollificatione applicare reſolutiua.

4 Remedia localia, vt cataplaſmata, vnctiones, fomenta, exiccationes, ſternutatoria, caputpurgia, gargariſmata non ſunt applicãda, niſi pręcedente purgatione, quia agitaretur materia, & augeret torturam.

5 A principio detur clyſtere lenitiuum, maximè ſi ſit conſtipatus, ſub hac forma.

Clyſtere lenitiuum.

Recipe Matr. violarum, maluæ, ana M. j. mercurialis, ſpinachiæ, blitis, atriplicis, ana tertiam partem M. j. Decoquãtur in xij. vel xiij. ℔. aquę ad conſumptionem tertię partis, & ſub finem decoctionis addatur cauliũ, ſeu plantariarum arbuſcularum M. j. & iterum bulliat bullitione vna, aut altera. De colato recipe ℥. xiij vel xv. In quibus diſſolue caſiæ fiſtularis, mellis violati, ſacchari rubri, ana ʒ. vj. vel ℥. j. oliui veteris puri ℥. iij. vel iiij. ſalis triti ʒ. ij. Miſce, & fiat clyſtere.

6 A principio item ferè ad ſeptimum vſque diem vel vltra vtatur diæta ſubtili. Maſtica

tio

tio fiat magis cum parte ægra, & gargariſmata magis in eadem parte.

7 Rhazes in præſenti capite iubet patientes poni in loco obſcuro, vt humores maneant quieti, ne currant ad neruos. Etenim ſi in lucido ponerentur, & ad neruos deferrentur, maius nocumentum fieret.

8 Idem Rhazes vult, ꝙ teneant in ore nucē muſcatā, ad exiccandum, loco cuius vti poſſumus zingibere condito, vel acoro cōdito.

9 Item vtatur melle anacardino, quod prouocat febrem, propter nimiam calidatem ſuam: tamē in hoc agito cautè, commodius adminiſtrare poſſes gargariſma Rhazianū. Reci. Sinapis ℥.j. vel ß. Bulliant in ℔.j. aquę, ad conſumptionē medietatis, deinde coletur, colaturæ adde ſyrupi acidi ſimplicis ℥. iij. Fiat gargariſmus.

Minoratiuum & Digeſtiuum.

Recipe Pilularum, fœtidarum, cocciarum, ana ℈.j. Reformentur pilulæ v. cum ſyrupo de ſtœchade. Exhibeātur ſero poſt duas horas à cœna. Deinde digeratur materia in hunc modum. Recipe Syrupi de ſtœchade cum ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana vnciam ß. aquarum betonicæ, iuæ, abſinthii, ana ℥.j. Miſce, aromatizetur cum modico nucis muſcatæ, vt ſuprà in paralyſi, & exhibeatur calidè in aurora,

poſtea

poſtea dormiat ad lubitum.

Syrupus magiſtralis.

℞.Radicũ acori,nucis muſcatæ,zingiberis,ana ℥.ij.ß.maioranę ℥.j.ſtœchadis Ara. tantundẽ. Cõtundãtur parũ, bulliãt in ℔.j. aquæ,vſque ad conſumptionẽ tertię partis. Deinde colatura cũ melle bulliat iterum,& fiat ſyrupus arte:de quo recipe ℥.j.ß.Et diſſoluatur in aquis ſaluiæ,betonicę,abſinthij, ana ℥.j.Et fiat ſyrupus ſecũdũ artẽ.Detur vt alij Facta digeſtione , detur hæc medicina ſolutiua in forma pilularũ.℞.Pilularũ fœtidarũ,cochiarũ,ana ʒ.ß. pulueris nucis muſcatæ ℈.ß.miſce cũ ſyrupo ſtœchadite,reformẽtur pilulę nu.7.Exhibeantur ante diem, per duas horas. Poſtea per ſex horas detur lauatiuũ tale.℞.Aquæ mellis, factæ ſecundum artem , vnc. vj. ſacchari rubei vnc.ß. Miſce,propinetur iſte potus calidus.

Ad idẽ in forma potabili,& eſt ſolutiuum lene.

℞.Florum boraginis,bugloſſæ.M.ß.paſſularũ enucleatarũ,liquiritiæ raſæ,ana ℥.ß. ſebeſtẽ viij. iuiubarum x. ſtœchadis Arab. iue maioranæ,ana ʒ.j.vel j.ß.radicũ acori, nucis muſcatę,ana ʒ.ß.Fiat decoctio in ß.q. aquę ad cõſumptionem medietatis.De colato recipe q ß. Ad diſſoluẽdum ſequentia recipe diacatholici ℥ ß. electuarij de dactylis ℥.j.ß. eleſcoph ʒ. j. Indi maioris ℈.ij.ß.

Miſce

Miſce,fiat potus, edulcetur cum ʒ.ß.rhodo melitis, & exhauriatur calidus ante diē per horam, pòſt fiat idem lauatiuum, vt ſuprà cum pilulis. Deinde facta euacuatione,fiat talis inunctio, circa ſpondyles colli, & faciem tortam.

Inunctio.

Recipe Nucis muſcatæ ʒ.j. radicum acori tantundem, thuris ʒ.ß.maioranæ ſcrupu. ij.Contundātur, & infundantur in v. vnciis vini albi pleni,& bulliant vſque ad conſumptionem vini,deinde colentur.Colaturæ,& ceræ recipe q.ß.fiat inunctio,qua inungantur ſpondyles,vt dictum eſt.

Gargariſmus ad idem.

Recipe Zingiberis, nucis muſcatæ,radicū acori ſinapis maſtiches ana ℥.ij.Bulliant in ℔.j.aquę,ad excoctionē dimidij,deinde co laturæ adde ſyrupi acetoſi ſimplicis vnc. ij. Miſce.Ad idē remedium approbatū in forma epithematis,Recipe modicum aquæ vitæ,vel ardentis,& parum calefiat:ponantur quatuor,vel quinque guttæ circa ſpondyles colli.Exiccat mirabiliter, valet in hoc caſu, quādo quis nō poteſt mouere collum ſine dolore, manè cùm ſurgit è lecto.Valet etiā ſubſequēs miſtura,quando retinetur in ore caſtaneæ quantitas cubitum eundo,vt Recipe Acori conditi cum melle ℥.j.Ponatur de

illa

illa radice pauculum in ore, quando quis vadit dormitum, & retineat in ore, aliqualiter maſticando.

Sub alia forma, ad idem.

Reci. Mithridatici optimi, diacori, diamoſchi dulcis, ana ℥ ß. Fiat miſtura, vtatur vtſuprà. Valet ſæpe etiam, inſpicere ſpeculum chalybeatum. Vltimum remedium, aliis non iuuantibus, eſt cauterium circa ſpondyles colli, ex cauterio actuali argenteo, vel aureo, yel ex potentiali, ſicuti cum veſicatoriis & cantharidibus.

De Spaſmo, Cap. X.

Definitio.

Gal. li. Defi. medic.

SPaſmus eſt neruorum rigor, ſeu contractio, quæ nonnunquam mortē inducit. Hunc morbum Galenus conuulſionē appellat. Fit autem circa neruos, & muſculos, ſine noſtra voluntate, aliquando partem quampiam, aliquando etiam totum corpus diſtringens, ac contrahens.

Cauſæ & ſigna. Cauſæ primitiuæ.

NIMIA frigiditas, vel caliditas, vel ſiccitas, morſus venenoſorū, punctura, vel inciſio, nimius labor, fluxus ſanguinis à vulnere, vel profluuium alui, nimius concubitus, caſus, præcipitatio, timor, ſuſtentatio, vel compreſsio. Alia ſigna patent ex relatione patient

tientis,& aſtantium.

Cauſæ antecedentes.

Immodica caliditas,& ſiccitas corporum, humor frigidus,vel viſcoſus,melãcholicus, ſanguineus, apoſtema.Signa cõſtant ex ſuperioribus,& infrà in ſynãche,ſynanchicus. ſignum pleuritis,cuius ſignũ,anhelitus multùm conſtrictus, febris non multùm intenſa,vel fortis:phrenitis ſignum : Incipit cum tumore, & multitudine palpitationis,cũ ſtridore dentiũ,& pòſt torquetur oculus,& ceru:x,ſiue collũ.nimius ſenſus oris ſtomachi, & ſi cariginoſa,vel æruginoſa fuerit in eo:Signũ præcedens, vomitus,& dolor,pũctura, & mordicatio in ipſo , febris, vermes , matrix, veſica,quorũ ſigna infrà patent. Fit aliquando ſpaſmus de repletione,præcedente febre diſſoluente humorem in corpore plethorico:& tunc nõ eſt prȩſumendum quòd ex inanitione,niſi febris per lõgum tempus durauerit , fumi qualitatis malæ , reſoluti à vermibus,vel à corruptione eorũ,dolor vehemens,propter humorũ calidorum mordicationem,vel in neruis,vel lacertis exiſtẽtem,ac pungentem.Frigus vehemens,quod conſtringat neruum, & lacertum,& ipſum inſpiſſat, & cõtrahit verſus ſuam originem, punctura ſcorpionis , vel alterius venenoſi animalis.iſta quatuor poſſunt cauſare ſpa-

ſmum. quando eſt de repletione, nec eſt dicendũ quòd ſit ex inanitione. Spaſmus proportionatus ad materiam, fit ex materia humida, implente neruos, idque repletione. De inanitione verò fit à ſiccitate cõſumẽte humiditates naturales, ſubſtãtificas, in neruis exiſtentes. Spaſmus verò ſubitò ſuperueniens fit à plenitudine: & tunc membrũ nõ imbibit citò oleum, cũ quo vngitur: niſi ſuperuenerit illi caliditas propinqui temporis. Et ſi eſt ex inanitione, præceſſerunt aliquæ ęgritudines, ad quod ſequitur aliquod gen* euacuationis, per ſe, vel ex medicina, vt helleboro, euphorbio, & ſimilibus. Spaſmati pulſus eſt debilis, durus. Vrina habet diuerſitatem, ſecundũ varietatem cauſarum, aliquando remiſſa, quando à frigiditate, vel aſcenſu vaporum, vt in phrenitide, aliquãdo multùm intenſa, vt cùm eſt cum febre.

Aphoriſticæ prænotiones.

1 FEBREM conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionem. 26. 2.

2 Qui à conuulſione, vel diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur 57. 4.

3 In acutis febribus conuulſiones, & circũ viſcera dolores fortes malum. 69. 4. 79. 4.

4 In febribus ſpiritus offendens, malum. Conuulſionem enim ſignificat. 67. 4.

5 Con

5 Conuulſio ex helleboro, lethalis eſt. 2. 5.15.

6 In ſauciis, aut ex vulnere, mortalis. 2.5.

7 Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus, aut conuulſio ſuperueniens, malum 3.5.

8 Ex ſuperflua purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniens malum. 4. 5. Et ea, quæ poſt nimiam inanitionem ſuperuernit.

9 Si temulentus, aut inebriatus aliquis repentè obmutuerit cõuulſus moritur, niſi febre corripiatur, aut vbi ad horã peruenerit, qua ſoluitur crapula, vt vocem recuperet, aut facultatem recipiat loquendi 5.5.

10 Quicunque à diſtentione prehendũtur, intra quartum diem intereunt. Si tamen hos dies euaſerint, conualeſcent. 6.5.5.7.

11 Frigidum inimicum oſsibus, dentibus, neruis, cerebro. ſpinali medullæ, calidum è diuerſo vtile. 18.5.

12 A profluuio ſanguinis deſipientia, vel conuulſio, malum. 9.7.

13 In ileo vomito ſingultus, ſpaſmus & amentia, malum. 10.7.

14 Ab æſtibus fortibus conuulſio, aut diſtẽtio, malum. 13.7.

15 In vigilia, ſpaſmus, aut inſania, malum. 10.7.

16 Ex medicamenti violenta portione, cõuulſio lethalis. 23.7.

17 Mulieri vtero gerẽti ſi tenſio ſuperuene rit, mortifera eſt, vel facit aborſum. 27. 7.

18 Spaſmus fit ex plenitudine, aut euacuatione: ita & ſingultus. 59. 6.

19 In vulneribus fortibus, ſpaſmus, aut tetanus, malum. 13. 7.

20 In febre ex ſomnis timores, aut ſpaſmi, malum. 66. 4.

21 A ſpaſmo, & tetano febris ſuboriens, ſoluit ægritudinem. 57. 4.

Cura.

SPASMI cura, eadem ferè quę paralyſis, niſi quòd in ſpaſmo mollificatiua iungãtur exiccatiuis, cùm materia eius ſit multũ craſſa, vt: Recipe pinguedinis vulpinæ, vel lupinæ, cum pinguedine carũ, quæ ſingulariter valent in iſto caſu. In paralyſi verò ſimiliter conueniunt reſoluentia, & exiccatiua: cùm materia eius ſit ſubtilis, imbibita in poris neruorum. Canones dicti in paralyſi, hic etiam obſeruabũtur. Sacculus refertus ſale torrefacto mirabiliter exiccat neruos ſpaſmaticos, ſi calidus loco applicetur, & origini neruorum. Quod Leonellus ſæpiſsime expertus eſt in tetanicis obſtipis & opiſthotonicis, qui habuerũt collum incuruatum, & obliquum, quod magnificè confortat, & eſt ſolenne mitigatorium doloris, quẽ neruorum

uorū rigor infert. Valet idem quoq; in para lyſi. Leonellus vidit ſæpenumero, ꝙ iuuenes ſpamati de inanitione in pyelo, communi oleo pleno balneati per duas horas, multum iuuamēti ſenſerint: quia tam qualificatiuè, quàm ſubſtantificè humectantur ex oleo. Iterando tamen ſępe, ſi neceſſe fuerit. Leonellus cū cæteris collegiatis doctoribus parauit balneum in ſpaſmate de inanitione ſic: Recipe caput caſtratinū, cum pedibus, ſiue trunculis, & inteſtinis, & ordeum q.v. Ferueſiant ſimul in ſ.q. aquæ, fundantur in lutrum, cui inſideat æger, & optimè cōfert. Omnia enim quæ impinguant, & humectant, in hoc caſu proficua ſunt.

Curatus eſt quidam ſpaſmaticus iſto lauacro. Recipe florum nenupharis, violarū, foliorum lactucæ, curcurbitæ, ana q.v. Fiat decoctio in vaſe magno, vel aheno, cum ſ. q. aquæ, in qua lauetur patiens.

Additiones propriæ.

Fricatio facta ex decocto pyrethri radicū, in œnelæo elixatarum, confert alcuzet, ſeu ſpaſmo in cruribus, aut aliis membris.

Mirabile remedium aduerſus ſpaſmū cuiuſdam presbyteri nomine Arnolphi Empiriatri.

℞. Succi malorum ſylueſtrium q. v. Fiat vnctio cū eo calido, ad ſpinam, & loca ſpa-

ſmatica. Aqua cardui benedicti tam potu, quàm illitu adminiſtrata certiſsimum ſpaſmi propulſatorium eſt.

Vnguentum ad idem.

℞. Daphnelæi, olei iuniperini, axungiæ vrſinæ, ceruinæ, medullæ equinæ, ana ℥.ß. Miſce: fiat vnguentum, quo calidè infricando liniantur loca conuulſa. Ad idem ſummè valet balſamum artificiale, cap. de Paralyſi inter annexa pharmaca comprehenſum.

De Epilepſia, *Cap.* XI.

Definitio.

EPilepſia, ſiue morbus comitalis eſt detentio mẽtis, ſicut cùm quis mente, intellectúque capitur, atque ipſis ſenſoriis organis, quibus caſus repentin⁹ accidit, & ſpuma ab ore profluit. *Cauſæ primitiuæ.*

Caliditas, algor, ſiccitas, ſatietas nauſeatiua, indigeſtio, vita otioſa, exercitium poſt repletionẽ, cibi vaporoſi comeſtio, & odor apii, carui vſti, & hepatis hirci, & galbanum. Signa ex relatu patientis, Auditio magnorũ ſonorum, & vocum terribilium, tonitruum, ſortia animi accidentia, vt timor panicus, imaginatio, coitus ſuperfluus, punctura venenoſi animalis. *Cauſæ antecedentes.*

Sanguis craſſus, viſcoſus, multus, cuius ſigna: Plethora, color rubeus, ſalt⁹, ſeu pulſus plenus

plenus, vrina incenſa, rubicunda. Phlegmatis ſigna: Complexio phlegmatica, in paroxyſmo ſpuma multa, viſcida, alba, aliquādo ſpiſſa, in fundo ſimilis vitro liquefacto, & aliæ notæ phlegmatis. Si ſunt à phlegmate ſalſo, ſunt remiſsiora ſigna. Melācholiæ naturalis ſigna: Quies, & paucitas ſermonis, cum riſu, & quaſi cū mania miſtim. Melancholiæ per aduſtionē cholerę ſigna, intemperiæ, mania, multa locutio, inquietudo, nō ſpumat. Melancholiæ per aduſtionem ſanguinis ſigna: Pulſus plenus, vndoſus, color rubeus, riſus ante caſum, & poſt Choleræ ſigna: Breuitas paroxyſmi, pauca ſpuma, ſub tilis, & quaſi crocea. Membra communicātia materiam. Stomachus. Signa: Dolor, aggrauatio, pūctura, ſiue mordicatio, & quaſi tremor in orificio ſtomachi, maximè tēpore famis, in hora paroxyſmi titillatio, tremor cordis, clamat ante acceſsionē, præcedit dolor capitis vehemēs, & in fine ſequitur nauſea & reiectio. Humor autē cognoſcitur ex ſignis appropriatis. Si autē humor peccat nō quātitate, ſed qualitate, tūc magis accidit ſtomacho vacuo, myrach, oxyregmia, acetoſa eructatio, inflatio ī vētre, & hy pochōdriis, aliquādo vomit⁹ cibi nō chylati, & indigeſti. Veſica, excit⁹ vrinæ, renes, & va rmatica, gonorrhœa, vel ſeminis effu-

ſio, inteſtina, egeſtio, matrix retinens menſtrua, cacochymia, diſcoloratio, dolor in loco, cum retentione menſiũ, grauitas matricis, in ſe continens corruptum. ſplen: Dolor lateris ſiniſtri. hepar: Dolor dextri lateris, mẽbra ſuperficialia. ſiue extrema, manus, pedes, ſentit vaporem eleuari ab illo membro ad caput, qui inducit tenebroſitatem in viſu, & auditu, ante caſum.

Cauſæ coniunctæ, ſigna.

Ventoſitas craſſa, vel vaporoſitates poſt paroxyſmum, & ante ſentiunt grauitatem in capite, & quaſi tinnitum, extenſionem, turbationem, & paroxyſmũ, & ſpaſmi ſunt parui, vermes, fluor ſaliuæ, & exitus vermium, hoc ſignificant. Epilepſia ſemper eſt à materia, & nunquam à qualitate pura, vt inquit Auicennas.

Aphoriſmi.

EPILEPTICORVM iuuenibus mutationes ętatũ, tẽporum, & locorum euitare faciũt. 46. 2. Quibus epilepſiæ ante iuuentutem naſcuntur, mutationem habẽt. Quibus verò à xxv. annis fiunt, plerunque commoriuntur. 8. 5. Quantò epilepſia plus frequenter paroxyſmos habet, & [illegible] rant, faciliùs curatur: & quant[illegible] cidũt, & multũ durant, tardiùs [illegible]

licet,ſi paroxyſmi ſunt frequentes,& longi, tunc eſt mala valde,quia adeſt multa materia peſsimæ qualitatis, multùm viſcoſa, & craſſa. Mulieri prægnanti ſi ſuperuenerit epilepſia,euacuato fœtu,ſuper fluitate menſtruali curatur.Epilepſia veniẽs pueris propter malũ regimen, vel nimiam humiditatã,ſi bene gubernetur, niſi ſit hæreditarius morbus,curari poteſt.Si epilepticus fiat febricitans,chronicè maximè, quartana ſoluit epilepſiã.Morphęa ſuperueniẽs in capite epileptici, ſignũ eſt curationis. Et pueris ſi ſuperuenerit ſcabies cùm magnis cruſtis, ſecuri ſunt ab epilepſia, vel ſi ſuperuenerit eis pruritus, ſanũ. Et ſi epilepſia eſt aliqua, eſt nõ proportionata ad materiã,vt quę ꝓuenerit à materia venenoſa effumãte ad cerebrum:tamẽ nulla dicitur eſſe ab inanitione, quoniam cerebrum eſt tãtum humidũ, vt poſsibile ſit humiditatem ſuam ſubſtantificam adeò exiccari,vt oppilatio inde cauſetur. Auerrois iiij.Colliget vult quòd cauſa immediata epilepſiæ ſit vapor,& nõ materia,quia citò aduenit,& citò recedit.Gentilis,& alii dicunt quòd ſit vapor,nihilò minus poteſt eſſe materia,ſedvt plurimùm eſt vapor,qui oppilat.Diuerſificatur hæc ægri-
...em craſsi humo-
...non ſolùm ex hu-

 more

more oppilāte ventriculos, hęc oritur ægritudo, verùm etiam à vapore, & ventoſitate aſcendēte ad cerebrum, reſoluta ab aliquo humore corporis extraneo, & horribili. Auenzoar Theiſir libro j. tract. 9. capite 7. In euacuando ab aliquo membro, primò reſpiciendum eſt ad membrū, deinde ad medicinas euacuatiuas materiei, in illo mēbro.

In hac ægritudine, eodem modo procedendum eſt cum phlebotomia, quo progredi conſuetum eſt in phrenetide, vt dictū eſt. Leonellus habebat ſenē in cura, à cuius digito aſcendebat vapor ad cerebrum, vnde ille incidebat in epilepſiam. Curauit eū fortiter ligando digitum ſuprà iuncturam. Et ſi adhuc aſcendebat materia, fortius vinciēdo etiam ante locum, vt dolor ille materiā attraheret, vnde ille ſemper accubando in aliqua ſede dormiuit, vt materia minus ſurſumvergeret, & euaporaret ad cerebrū, & ita euaſit. Aliqui pulueriſant cātharides, & imponunt fermento, & aceto, faciúntque pilam, quam ſuperponunt loco, à quo materia exoritur, & ſic veſicant, vt materia inde defluat. Turtur facit ad augmentum cerebri, vt Auerrois tertio Colliget inquit.

* * *

Præſagia comitialis morbi.

QVANDO materia epilepſiæ eſt in ſubſtãtia cerebri, ſiue velaminibus ſpiritus deterior, in panniculis eſt leuior. Quúmq; ſit debilis ex malo regimine, facit fortiorem & durabiliorem ipſam. Epilepſia à melancholia, eſt fortior, & deterior. De cholera eſt modica, & rara. Paroxyſmus epilepſiæ ſanguineæ nõ multùm durat, phlegmatica diu durat, iuxta conditionem phlegmatis, à quo fit: vaporoſa, fortior aliis. De generatione ſpumæ, Gal. 43. Aphoriſmorum particula 2.

Cura.

QVANDO eſt in paroxyſmo, excitetur ab ipſo, cũ diuerſionibus fortibus, ita quòd ſecunda ſit fortior prima, ſpatularum ſcilicet, deſcendẽdo per brachia, & dorſum, vſq; ad crura. Fiant ligaturæ fortes circa adiutoria brachiorum & coxarum. Apponantur ventoſæ cum ſcarificatione circa ſpatulas & nates. Vocetur alta voce, ſtringantur nares, & aures, torqueãtur digiti, & præcipuè minores. In principio non competunt euacuationes, ſicut in apoplexia, cùm paroxyſmus eius ſit febris.

Excitatorium applicamentum in epilepſia.

Detur ad expergefaciendum pyrethrum, & ſi ſternutauerit epilepticus, (auxiliante

Deo)

Deo) euadet. Recipe Rutam M.j vel pluſculum. Et primò ponatur in tegulam ſuper ignem, & calefiat, & poſtquã calefacta eſt, aſpergatur acetoforti, deinde ſuperponatur ruta in bona quantitate, quæ malaxetur bene ſuper tegulam, deinde illa ruta ponatur circa, vel ſuper collũ, & pectus & infirmum totũ. Nam hoc eſt expertum ad expergefaciendum ęgrotantem à paroxyſmo apoplexiæ, & epilepſiæ. Cura epilepſiæ tempore quo non adeſt paroxyſmus actualiter. Quando venit à percuſsione in capite, propter quam cranium cõprimitur verſus cerebrũ, & oppilat ventriculos, tunc cura eſt, vt trahatur cranium ſuperius cum ventoſis, vel ingenio chirurgico. Quando autem fit à punctura acus, vel ferri, aut alterius rei in membro, tunc oportet aperire puncturam cum ferro, & extrahere virulentiam, quæ ſuper neruum eſt. Deinde ponatur ſuper neruum oleum roſatum cum ſulphure. Siquidem neruum confortat, & materiam extrahit. Quòd ſi accidat dolor vehemẽs, Recipe oleum roſatum, & ponantur in eo lumbrici terreſtres, deinde bulliant in tali oleo, poſtea inungatur locus percuſſus. Si fit à morſu animalis venenoſi, adfigantur cucurbitulę cum ſcapellatione ſupra locum demorſum, vt inde extrahatur venenum.

Aliud

Aliud.

Vel Recipe animal quodpiam,ſicut gallinam,velpullum,aut pipionem,columbámve,& ſcindatur per dorſum, & ponatur ſup locum morſus calidum. Nam ſua caliditate trahit virus ad ſe.

Vel ſic.

Accipiatur gallus,vel ornis, deplumetur circa anum , & ponatur anus ſupra locum morſionis.Nam attrahit etiã ad ſe. In hoc caſu conueniunt Mithridaticum , & Theriaca.Et fiat epithema circa cor.

Epithema cordiale calorificum expertum.

Recipe Aquarum meliſſæ,bugloſſæ,ana ℥.iiij.caryophyilorũ electorum , xyloaloes boni & odori,corticum citri, nucis muſcatæ , ana ℥. ß. ſeminum maioranæ , baſilici, ana ℈ j. croci. ℈ ß. Terantur omnia,& miſceantur,agitãdo bene in ampulla,& quando erit neceſſe petiam duplam lini infunde, & facta expreſsione tepidam applica regioni cordis.

Aliud eiuſdem ſortis.

Recipe Succi meliſſæ,& bugloſſæ,factis primò reſidentiis , ana ℥. iij. maceris , ligni aloes , nucis muſcatæ , ana ℈. ij.croci ℈. ß. moſchi,ambræ,ana gran.j.Pulueranda pul uerentur, dein miſcendo , & infundendo petiam (vt ſuprà) fiat applicatio.

Si

Si adeſſet nimia caliditas, adhibeatur eiuſmodi epithema.

Recipe Sublimationis roſarum, endiuię, ana ℥.ij. ſandalorum rubeorum minutiſsimè puluerator um ʒ.j. coralliorum rubeorũ ℈.j. croci, camphoræ, ana gra.iij. vel iiij. Miſce omnia agitando in ampulla, cũctis pulurabilibus priùs in tenuiſsimũ puluerẽ redactis: & facta expreſsiõe applicetur cordi.

Aliud fortius ad idem.

℞. Extillationis nenupharis, roſarũ acedulæ, ana ℥ iij. ſandalorum rubeorũ, coralliorum item rubeorum, ſeminis acetoſæ, ana ʒ. aceti ʒ ij. cãphoræ gra.iiij. Miſce omnia pulueriſando, & agitando in dioptra, ſeu vaſculo hyalino, deinde madefac linteolum in eo, & exprime, & loco cordis applica. Et quia epilepſia ſæpius dependet à materia phlegmatica, & præcipuè quũ eſt per eſſentiam in capite, ideo ponatur eius cura. Et primò detur hoc ſequens digeſtiuum.

Digeſtio materiæ epilepſiæ.

℞. Syrupi ſtœchaditis, oxymelitis ſcillitici, ana ℥ ß mellis roſati colati ℥. ß. aquarum betonicæ, ſaluiæ, abſinthij, ana ℥. j. Miſce cũ modico nucis muſcatæ, aromatiza. Detur per quinq; dies, vel ſex, donec apparuerit digeſtio in vrina. Deinde ſequẽti mane ab aſſumptione digeſtiui recipiat ante diem

per

per horam hoc ſolutiuum, in forma pilularum vt conuenientius eſt. ℞. Pilularum cocciarum, fœtidarum, ana ʒ. ß. pulueris radicis pæoniæ gra vj Reformentur pilulæ ſeptem cū ſyrupo ſtœchadite, & exhibeātur, illinc ab aſſumptione pharmaci, accipiat lauatiuum confectum ex ſemiſſe hydromelitis, & ſemuncia ſacchari rubri. Et hoc totū exhibeatur, poſt horam ſumat prandium. Si autem mallet in forma potabili, detur ſequens potio, eo modo, & ordine quo pilulę dari ſolent. ℞. Florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana M. ß. ſtœcadis Arab. maioranæ, ſaluiæ, ana ʒ. j. nucis muſcatæ, radicum acori, ana ʒ. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritię raſæ, ana ʒ ß, Bulliant omnia in ß. q. aquæ fluuialis, ad cōſumptionem medietatis, & colentur. De colato Recipe q. ß. ad diſſoluēdū: diacatholici ʒ. v. electuarij Indi maioris ʒ. j. ß. eleſcoph ℈. iiij. agarici electi ʒ. j. ſalis gemmei, zingiberis, ana grana iiij, agaricus cum ſale gemmeo, & zingibere infundatur per octo horas in oxymelite ſimplici q. ß. Deinde fiat fortis expreſsio agarici, quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus, qui dulcoretur cum modico mellis roſati colati, detur vt ſuprà.

Diuerſio.

Deinde diuertatur materia à capite trahend

hendo ad inferiora cum fricationibus, ligaturis vehementibus, ventoſis, clyſteribus, de quibus ſuprà facta eſt mentio, in hoc,& etiam cap.de paralyſi.

Eradicatio.

Conſequenter eradicetur à capite materia,quæ eſt cauſa coniuncta,ſcilicet cũ gargariſmis ſuperiùs ordinatis,& commemoratis in præallegato cap.de paralyſi,& cum eo,cuius meminit Rhazes in hoc capite,cũ ſternutatoriis, caputpurgiis, & maſticatoriis. Nam hæc omnia euacuant, extirpántque materiam propriam,& diuertunt à capite. Vnum tamen magis efficax eſt, vt fiat veſicatorium ſupra caput,vt detrahatur materia à capite,& cerebro ad cutim,vnde fiat hoc linimentum.Recipe Piperis,ſinapis.pyrethri,ana ℥.ij.Pulueretur ſubtiliter,&cum melle anacardino, quod ſatis eſt, fiat linimentũ,quod capiti raſo adponatur. In hoc caſu comperit etiam cauterium actuale circa commiſſuram coronalem, vel potẽtiale, vt ex cantharidibus pulueratis,abſciſsis capitellis,& alis cũ fermẽto, & aceto permiſtis.Correctio accidentiũ,vt ſyncopis,vide capite proprio,&c. Quapropter ea diſquirẽda,quæ propriis dicũtur locis.Diætam noſti,qualiter ſit ꝓcedendũ.de hoc lege Cordonium,Sauonorolam,Gradẽſem,Montagnanam,

gnanam,& alios his compares.

Electuarium bonum, & approbatum in epilepſia, & apoplexia.

Recipe herbæ paralyticæ q. v. Cõminuatur inciſim,& piſtetur,deinde bulliat in ß.q. mellis,& adde puluerẽ iſtum:videlicet,Recipe Piperis,pyrethri,acori,añ ℥.j ß.Miſce pulueres cũ prædicta herba,& fiat electuarium arte. Poteſt addi de conſerua glycyſidis. De quo debet ſumi ante cibũ mane, & ſero ad magnitudinem caſtaneæ.

Additiones.

EXPVLSIS fęcibus alui p clyſteria,vel glãdes ſaponaceas, aut melleas, ſupaſperſo eſulæ puluiſculo,tandẽ detur huius aq; vitalis cochlear cũ ſcrupulo vno, aut altero theriaces optimæ. Recipe Foliorũ & florum ſaluię minoris ʒ xij.rutę ʒ j.florũ lauendulæ ʒ. ij.nucis odoratæ,caryophyllorũ,zingiberis, cinnamomi electi,anà ʒ j.ſpicæ nardi,caſtorij,añ.ʒ.j.granorũ paradiſeorũ,quæ melicetà quidã vocitãt,ʒ j olei laurei ʒ.j.corticum malorum citrorũ ℥ iij.Contundãtur omnia bene,& ponantur in mẽſura vna ß.vini albi optimi,& ſigilla bene in bocia tenaciter clauſa, & dimittatur per quatriduũ in putrefactione poſt deſtilla lẽto igne. Ad præſeruãdũ vtiles ſunt iſtæ pilulæ. Doſis earũ à ℈.bi-

nis,vſq; ad iij.ſub noctem Poteſt etiam his vti epilepticus iam denuò mentis compos factus. Recipe Hieræ picræ Galenicæ ℈. vj. epithymi ℈. x. lapidis Cyanei ritè præparati ℈. vj. ſcãmonij, colocynthidis, hellebori nigri, ſpicæ, ana ℈. ij. Tempera cum melle, ſed melius cum oxymelite ſcillitico. Huc pertinet appendicula, ſeu prophylax Manardiana ca. de apoploxia ſuperiùs deſcripta. Collibet inſuper curam puerilis epilepſiæ adiicere, quam mihi præſtantiſsimus medicus, ac præceptor meus do. Hieronymus Eugubius Patauinus practicus inſignis admodũ beneuolè communicauit.

Cura epilepſiæ in pueris experta per do. Eugubium.

PVERI, ſi ſint in ea ætate conſtituti, qua poſsint ferre purgationes, exhibeatur eis per aliquot dies iſte ſypurus. Recipe ſyrupi de ſucco roſarũ, de ſtœchade ſimplicis. ana ℥. ß. aquarũ abſinthij, betonicæ, ana ℥. j. Miſce, capiat de ſero, binis à cœna horis. Si verò eſſet egritudo vitio ſtomachi, ſumatur in mane. Poſtea euacuetur cũ his globulis catharticis. ℞. Pilularũ alœphãginarũ, pilularũ de hiera cũ agarico. ana ℈. j. fiãt pilulæ tres cũ aqua betonicæ. Deglutiat ſingula. ĩ integras per duas horas poſt cœnã. Demũ ord-

ordinetur ægro ſequens electuariũ. Recipe Mithridatici electi ℥. j ß. rodoſacchari ℥. j. diamoſchi dulcis ℥. ß. ſeminũ pæoniæ pulueratorũ ʒ. j. ß. Miſce cũ ſyrupo de corticibus citrorũ q. ß. vel ſi nõ ſit ille ſyrupus, miſceatur cũ rhodomelite colato. Doſis fabacea quãtitas, de nocte cũ itur cubitũ omni tertio die. Si verò puer ſit adhuc lactens, rectificetur lac matris eius vel nutricis, cũ bonis cibariis, & parcè vtatur vino, imò abſtineat temeto totaliter, vitet omnia legumina & agrumina. Puero verò detur de hoc electuario ſępius per nos experto. ℞. Antidoti Mithridatici electi vnc. ß. nucis muſcatæ ℈. j. granorũ pæonię tenuiſsimè tritorũ, & cribellatorũ ℈. ß. Miſce cũ modico mellis roſacei colati. Et ponatur de eo in ore pueri ad magnitudinẽ cicerculi, poſtea ſtatim admoueatur puer vberibus, vel ponat̃ papilla in ore eius, vt ſimul cum lacte deglutiat ipſum. Super caput verò, ſcilicet ſuper cõmiſſura coronali ponat̃ de iſto puluere. ℞. Coralliorum rubeorum, roſarum rubearum, myrtillorũ, ana ʒ j. nucis muſcatæ ʒ ß. ſeminum pæoniæ ℈ iiij. Miſce, fiat puluis ſubtiliſsimus, & renouetur ſuper caput, ſingulo tertio die. ſed ſemper quãdo ponit ſecundũ, remoueat primum, & ſit parũ pro vice propter ætatis hebetudinem, ac teneritatem.

De incubo, Cap. XII.

Definitio.

Syllanus. Aegineta lib. iij. cap. xv.

INcubus eſt ægritudo, vel phantaſma corpus aggrauans, motũ & loquelam impediens. Hæc affectio Græcis ephialtes, Latinis incubo dicitur, quam aliqui à phãtaſia, qua patientes afficiuntur, nonnulli à ſuffocãdo, quòd ægrotantes præfocet nomẽ duxiſſe autumant. Oppilatio minor facit incubon, maior epilepſiam, adhuc maior, ſeu maxima iſtarum apoplexiam.

Phlebotomia.

Quãdo dicit Rhazes, quòd debemus phlebotomare primo ſaphenam, intelligitur ſi ſit repletio totius corporis, vel retentio ſanguinis mẽſtrui, vel hæmorrhoidalis. Sin minus, primò fiat ſectio venæ baſilicæ, dein frontalis. Eadem cura ephalticorũ, quæ & epilepticorum. Quæcunque enim ij interdiu, & vigilia, eadem noctu, & per quietem alij patiuntur, cóque recurrẽdum ad locum citatum ſuprà.

Præſagia.

Aegin. lib. j. cap. xv.

1 Vix ſobriè diætatus incubo vexatur, adſtipulante Paulo, crapula, & iugi ſtomachi cruditate vexatos potiſsmiè, ſic affici.

2 Item vix ſine nouella, aut antiqua repletione quiſquam, vel aliquis ſuperatur.

3 Haud

3 Haud facile ſuper aliquod latus dextrum vel ſiniſtrum dormientibus incubo requieſcit aliàs ingruit.

4 Sæpe incubum incurrentes, parati ſunt ad capitis ægritudines, ſenſum & motũ vel iſtorum alterutrum auferentibus, ob id procliues ſunt ad lethargum, apoplexiam, epilepſiam, paralyſin, ſpaſmum, vertiginem, & mortem ſubitaneam: imò aliqui reperiũtur in lecto mortui ex hac ægritudine.

5 Si incubus venerit inter ſomnum, & vigiliam, deterior eſt: ſi ſuperuenerit ſudor, tunc deterius.

Additiones.

SI ADSIT plenitudo, expedit primùm ferire venã cõgruã iſta affectione poſſeſſo, hinc purgationibus vniuerſum laborantis corpus euacuare: hiſce nimirũ catharticis, quæ in cap. Caduci morbi ſunt enumerata.

De Melancholia, Cap. XIII.

Definitio.

MElancholia paſsio rationi officiens, cum cordis difficultate, & cum nutricatione eorum, quibus maximè veſci delectantur. Gignitur autem ſine febre, huic obnoxiis, multa bilis, eadémque nigra, ſtomachum lædit, adeò vt vomitus ſequatur. Hæc à Celſo bilis atra nominatur. Gal. lib. De med. Celſ. lib. ij. cap. j.

more oppilãte ventriculos, hęc oritur ægritudo, verùm etiam à vapore, & ventoſitate aſcendẽte ad cerebrum, reſoluta ab aliquo humore corporis extraneo, & horribili. Auenzoar Theiſir libro j tract. 9. capite 7. In euacuando ab aliquo membro, primò reſpiciendum eſt ad membrũ, deinde ad medicinas euacuatiuas materiei, in illo mẽbro.

In hac ægritudine, eodem modo procedendum eſt cum phlebotomia, quo progredi conſuetum eſt in phrenetide, vt dictũ eſt. Leonellus habebat ſenẽ in cura, à cuius digito aſcendebat vapor ad cerebrum, vnde ille incidebat in epilepſiam. Curauit cũ fortiter ligando digitum ſuprà iuncturam Et ſi adhuc aſcendebat materia, fortius vinciẽdo etiam ante locum, vt dolor ille materiá attraheret, vnde ille ſemper accubando in aliqua ſede dormiuit, vt materia minus ſurſumvergeret, & euaporaret ad cerebrũ, & ita euaſit. Aliqui puluerıſant cãtharides, & imponunt fermento, & aceto, faciúntque pilam, quam ſuperponunt loco, à quo materia exoritur, & ſic veſicant, vt materia inde defluat. Turtur facit ad augmentum cerebri, vt Auerrois tertio Colliget inquit.

* * *

Præſagia comitialis morbi.

QVANDO materia epilepſiæ eſt in ſubſtãtia cerebri, ſiue velaminibus ſpiritus deterior, in panniculis eſt leuior. Quúmq; ſit debilis ex malo regimine, facit fortiorem & durabiliorem ipſam. Epilepſia à melancholia, eſt fortior, & deterior. De cholera eſt modica, & rara. Paroxyſmus epilepſiæ ſanguineæ nõ multùm durat, phlegmatica diu durat, iuxta conditionem phlegmatis, à quo fit: vaporoſa, fortior aliis. De generatione ſpumæ, Gal. 43. Aphoriſmorum particula 2.

Cura.

QVANDO eſt in paroxyſmo, excitetur ab ipſo, cũ diuerſionibus fortibus, ita quòd ſecunda ſit fortior prima, ſpatularum ſcilicet, deſcendẽdo per brachia, & dorſum, vſq; ad crura. Fiant ligaturæ fortes circa adiutoria brachiorum & coxarum. Apponantur ventoſæ cum ſcarificatione circa ſpatulas & nates. Vocetur alta voce, ſtringantur nares, & aures, torqueãtur digiti, & præcipuè minores. In principio non competunt euacuationes, ſicut in apoplexia, cùm paroxyſmus eius ſit febris.

Excitatorium applicamentum in epilepſia.

Detur ad expergefaciendum pyrethrum, & ſi ſternutauerit epilepticus, (auxiliante Deo)

Deo) euadet. Recipe Rutam M.j vel pluſculum. Et primò ponatur in tegulam ſuper ignem, & calefiat, & poſtquã calefacta eſt, aſpergatur acetoforti, deinde ſuperponatur ruta in bona quantitate, quæ malaxetur bene ſuper tegulam, deinde illa ruta ponatur circa, vel ſuper collũ, & pectus & infirmum totũ. Nam hoc eſt expertum ad expergefaciendum ægrotantem à paroxyſmo apoplexiæ, & epilepſiæ. Cura epilepſiæ, tempore quo non adeſt paroxyſmus actualiter. Quando venit à percuſsione in capite, propter quam cranium cõprimitur verſus cerebrũ, & oppilat ventriculos, tunc cura eſt, vt trahatur cranium ſuperius cum ventoſis, vel ingenio chirurgico. Quando autem fit à punctura acus, vel ferri, aut alterius rei in membro, tunc oportet aperire puncturam cum ferro, & extrahere virulentiam, quæ ſuper neruum eſt. Deinde ponatur ſuper neruum oleum roſatum cum ſulphure. Siquidem neruum confortat, & materiam extrahit. Quòd ſi accidat dolor vehemẽs, Recipe oleum roſatum, & ponantur in eo lumbrici terreſtres, deinde bulliant in tali oleo, poſtea inungatur locus percuſſus. Si fit à morſu animalis venenoſi, adfigantur cucurbitulæ cum ſcapellatione ſupra locum demorſum, vt inde extrahatur venenum.

Aliud

Aliud.

Vel Recipe animal quodpiam,ſicut gallinam, velpullum,aut pipionem,columbámve, & ſcindatur per dorſum, & ponatur ſup locum morſus calidum. Nam ſua caliditate trahit virus ad ſe.

Vel ſic.

Accipiatur gallus,vel ornis, deplumetur circa anum , & ponatur anus ſupra locum morſionis.Nam attrahit etiã ad ſe. In hoc caſu conueniunt Mithridaticum , & Theriaca.Et fiat epithema circa cor.

Epithema cordiale calorificum expertum.

Recipe Aquarum meliſſæ,bugloſſæ,ana ℥.iiij.caryophyllorũ electorum , xyloaloes boni & odori,corticum citri, nucis muſcatæ , ana ʒ.ß. ſeminum maioranæ , baſilici, ana ℈ j. croci. ℈ß. Terantur omnia, & miſceantur,agitãdo bene in ampulla,& quando erit neceſſe petiam duplam lini infunde, & facta expreſsione tepidam applica regioni cordis.

Aliud eiuſdem ſortis.

Recipe Succi meliſſæ,& bugloſſæ,factis primò reſidentiis , ana ʒ. iij.maceris , ligni aloes , nucis muſcatæ , ana ℈. ij.croci ℈.ß. moſchi,ambræ,ana gran.j.Pulueranda puluerentur, dein miſcendo , & infundendo petiam (vt ſuprà) fiat applicatio.

Si

Si adeſſet nimia caliditas, adhibeatur eiuſmodi epithema.

Recipe Sublimationis roſarum, endiuiæ, ana ℥.ij. ſandalorum rubeorum minutiſsimè puluerato:um ʒ.j. coralliorum rubeorũ ℈.j. croci, camphoræ, ana gra.iij. vel iiij. Miſce omnia agitando in ampulla, cũctis puluerabilibus priùs in tenuiſsimũ puluerẽ redactis: & facta expreſsiõe applicetur cordi.

Aliud fortius ad idem.

℞. Extillationis nenupharis, roſarũ acedulæ, ana ℥ iij. ſandalorum rubeorũ, coralliorum item rubeorum, ſeminis acetoſæ, ana ʒ. aceti ʒ ij. cãphoræ gra.iiij. Miſce omnia pulueriſando, & agitando in dioptra, ſeu vaſculo hyalino, deinde madefac linteolum in eo, & exprime, & loco cordis applica. Et quia epilepſia ſæpius dependet à materia phlegmatica, & præcipuè quũ eſt per eſſentiam in capite, ideo ponatur eius cura. Et primò detur hoc ſequens digeſtiuum.

Digeſtio materiæ epilepſiæ.

℞. Syrupi ſtœchaditis, oxymelitis ſcilliticí, ana ℥.ß mellis roſati colati ℥.ß. aquarum betonicæ, ſaluiæ, abſinthij, ana ℥. j. Miſce cũ modico nucis muſcatæ, aromatiza. Detur per quinq; dies, vel ſex, donec apparuerit digeſtio in vrina. Deinde ſequẽti mane ab aſſumptione digeſtiui recipiat ante diem

per

per horam hoc ſolutiuum, in forma pilularum vt conuenientius eſt. ℞. Pilularum cocciarum, fœtidarum, ana ℥. ß. pulueris radicis pæoniæ gra vj Reformentur pilulæ ſeptem cũ ſyrupo ſtœchadite, & exhibeãtur, illinc ab aſſumptione pharmaci, accipiat lauatiuum confectum ex ſemiſſe hydromelitis, & ſemuncia ſacchari rubei. Et hoc totũ exhibeatur, poſt horam ſumat prandium. Si autem mallet in forma potabili, detur ſequens potio, eo modo, & ordine quo pilulę dari ſolent. ℞. Florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana M. ß. ſtœcadis Arab. maioranæ, ſaluiæ, ana ℥. j. nucis muſcatæ, radicum acori, ana ℥. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritię raſæ, ana ℥ ß, Bulliant omnia in ß. q. aquæ fluuialis, ad cõſumptionem medietatis, & colentur. De colato Recipe q. ß. ad diſſoluẽdũ: diacatholici ℥. v. electuarij Indi maioris ℥. j. ß. eleſcoph ℈. iiij. agarici electi ℥. j. ſalis gemmei, zingiberis, ana grana iiij, agaricus cum ſale gemmeo, & zingibere infundatur per octo horas in oxymelite ſimplici q. ß. Deinde fiat fortis expreſsio agarici, quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus, qui dulcoretur cum modico mellis roſati colati, detur vt ſuprà.

Diuerſio.

Deinde diuertatur materia à capite trahend

hendo ad inferiora cum fricationibus, ligaturis vehementibus, ventoſis, clyſteribus, de quibus ſuprà facta eſt mentio, in hoc,& etiam cap.de paralyſi.

Eradicatio.

Conſequenter eradicetur à capite materia,quæ eſt cauſa coniuncta,ſcilicet cũ gargariſmis ſuperiùs ordinatis,& commemoratis in præallegato cap.de paralyſi,& cum eo,cuius meminit Rhazes in hoc capite,cũ ſternutatoriis, caputpurgiis, & maſticatoriis. Nam hæc omnia euacuant, extirpántque materiam propriam,& diuertunt à capite. Vnum tamen magis efficax eſt, vt fiat veſicatorium ſupra caput,vt detrahatur materia à capite,& cerebro ad cutim,vnde fiat hoc linimentum.Recipe Piperis,ſinapis.pyrethri,ana ℥.ij.Puluerẽtur ſubtiliter,&cum melle anacardino, quod ſatis eſt, fiat linimentũ,quod capiti raſo adponatur. In hoc caſu comperit etiam cauterium actuale circa commiſſuram coronalem, vel potẽtiale, vt ex cantharidibus pulueratis,abſciſsis capitellis,& alis cũ fermẽto, & aceto permiſtis.Correctio accidentiũ,vt ſyncopis,vide capite proprio.&c. Quapropter ea diſquirẽda,quæ propriis dicũtur locis.Diætam noſti,qualiter ſit ꝓcedendũ.de hoc lege Cordonium,Sauonorolam,Gradẽſem,Montagnanam,

gnanam,& alios his compares.

Electuarium bonum, & approbatum in epilepſia,& apoplexia.

Recipe herbæ paralyticæ q. v. Cõminuatur inciſim,& piſtetur,deinde bulliat in ß.q. mellis,& adde puluerẽ iſtum:videlicet,Recipe Piperis,pyrethri, acori, añ ℥.j ß. Miſce pulueres cũ prædicta herba,& fiat electuarium arte. Poteſt addi de conſerua glycyſidis. De quo debet ſumi ante cibũ mane, & ſero ad magnitudinem caſtaneæ.

Additiones.

EXPVLSIS fęcibus alui p clyſteria,vel glãdes ſaponaceas, aut melleas, ſupaſperſo eſulæ puluiſculo,tandẽ detur huius aq; vitalis cochlear cũ ſcrupulo vno, aut altero theriaces optimæ. Recipe Foliorũ & florum ſaluię minoris ℥ xij.rutę ℥ j.florũ lauendulæ ℥. ij.nucis odoratæ,caryophyllorũ,zingiberis, cinnamomi electi,ana ℥ j.ſpicæ nardi,caſtorij,añ.℥.j.granorũ paradiſeorũ,quæ melicetta quidã vocitãt,℥ j olei laurei ℥.j.corticum malorum citrorũ ℥ iij.Contundãtur omnia bene,& ponantur in mẽſura vna ß.vini albi optimi,& ſigillabenei i bocia tenaciter clauſa,& dimittatur per quatriduũ in putrefactione poſt deſtilla lẽto igne. Ad præſeruãdũ vtiles ſunt iſtæ pilulæ. Doſis earũ à ℈.bi-

nis,vſq; ad iij.ſub noctem Poteſt etiam his vti epilepticus iam denuò mentis compos factus. Recipe Hieræ picræ Galenicæ ℈.vj. epithymi ℈.x.lapidis Cyanei ritè præparati ℈.vj. ſcãmonij,colocynthidis, hellebori nigri,ſpicæ,ana ℈.ij Tempera cum melle,ſed melius cum oxymelite ſcillitico. Huc pertinet appendicula,ſeu prophylax Manardiana ca.de apoploxia ſuperiùs deſcripta.Collibet inſuper curam puerilis epilepſiæ adiicere,quam mihi præſtantiſsimus medicus, ac præceptor meus do. Hieronymus Eugubius Patauinus practicus inſignis admodũ beneuolè communicauit.

Cura epilepſiæ in pueris experta per do. Eugubium.

PVERI,ſi ſint in ea ætate conſtituti,qua poſsint ferre purgationes, exhibeatur eis per aliquot dies iſte ſypurus. Recipe ſyrupi de ſucco roſarũ,de ſtœchade ſimplicis.ana ℥.ß.aquarũ abſinthij,betonicæ,ana ℥.j. Miſce,capiat de ſero,binis à cœna horis.Si verò eſſet egritudo vitio ſtomachi,ſumatur in mane Poſtea euacuetur cũ his globulis cathartícis. ℞. Pilularũ alœphãginarũ, pilularũ de hiera cũ agarico.ana ℈.j.fiãt pilulæ tres cũ aqua betonicæ. Deglutiat ſingula. ĩ integras per duas horas poſt cœnã . Demũ

ord-

ordinetur ægro ſequens electuariũ. Recipe Mithridatici electi ℥. j ß. rodoſacchari ℥. j. diamoſchi dulcis ℥. ß. ſeminũ pæoniæ pul ueratorũ ʒ. j. ß. Miſce cũ ſyrupo de corticibus citrorũ q. ß. vel ſi nõ ſit ille ſyrupus, miſceatur cũ rhodomelite colato. Doſis fabacea quãtitas, de nocte cũ itur cubitũ omni tertio die. Si verò puer ſit adhuc lactens, rectificetur lac matris eius vel nutricis, cũ bonis cibariis, & parcè vtatur vino, imò abſtineat temeto totaliter, vitet omnia legumina & agrumina. Puero verò detur de hoc electuario ſępius per nos experto. ℞. Antidoti Mithridatici electi vnc. ß. nucis muſcatæ ℈. j. granorũ pæonię tenuiſsimè tritorũ, & cribellatorũ ℈. ß. Miſce cũ modico mellis roſacei colati. Et ponatur de eo in ore pueri ad magnitudinẽ cicerculi, poſtea ſtatim admoueatur puer vberibus, vel ponat̃ papilla in ore eius, vt ſimul cum lacte deglutiat ipſum. Super caput verò, ſcilicet ſuper cõmiſſura coronali ponat̃ de iſto puluere. ℞. Coralliorum rubeorum, roſarum rubearum, myrtillorũ, ana ʒ j. nucis muſcatæ ʒ ß. ſeminum pæoniæ ℈ iiij. Miſce, fiat puluis ſubtiliſsimus, & renouetur ſuper caput, ſingulo tertio die. ſed ſemper quãdo ponit ſecundũ, remoueat primum, & ſit parũ pro vice propter ætatis hebetudinem, ac teneritatem.

De incubo, Cap. XII.

Definitio.

Syllanus. Aegineta lib. iij. cap. xv.

INcubus eſt ægritudo, vel phantaſma corpus aggrauans, motũ & loquelam impediens. Hæc affectio Græcis ephialtes, Latinis incubo dicitur, quam aliqui à phãtaſia, qua patientes afficiuntur, nonnulli à ſuffocãdo, quòd ægrotantes præfocet nomẽ duxiſſe autumant. Oppilatio minor facit incubon, maior epilepſiam, adhuc maior, ſeu maxima iſtarum apoplexiam.

Phlebotomia.

Quãdo dicit Rhazes, quòd debemus phlebotomare primo ſaphenam, intelligitur ſi ſit repletio totius corporis, vel retentio ſanguinis mẽſtrui, vel hæmorrhoidalis. Sin minus, primò fiat ſectio venæ baſilicæ, dein frontalis. Eadem cura ephalticorũ, quæ & epilepticorum. Quæcunque enim ij interdiu, & vigilia, eadem noctu, & per quietem alij patiuntur, eóque recurrẽdum ad locum citatum ſuprà.

Præſagia.

Aegin. lib. j. cap. xv.

1 Vix ſobriè diætatus incubo vexatur, adſtipulante Paulo, crapula, & iugi ſtomachi cruditate vexatos potiſsmiè, ſic affici.

2 Item vix ſine nouella, aut antiqua repletione quiſquam, vel aliquis ſuperatur.

3 Haud

3 Haud facile ſuper aliquod latus dextrum vel ſiniſtrum dormientibus incubo requieſcit aliàs ingruit.

4 Sæpe incubum incurrentes, parati ſunt ad capitis ægritudines, ſenſum & motū vel iſtorum alterutrum auferentibus, ob id procliues ſunt ad lethargum, apoplexiam, epilepſiam, paralyſin, ſpaſmum, vertiginem, & mortem ſubitaneam: imò aliqui reperiūtur in lecto mortui ex hac ægritudine.

5 Si incubus venerit inter ſomnum, & vigiliam, deterior eſt: ſi ſuperuenerit ſudor, tunc deterius.

Additiones.

SI ADSIT plenitudo, expedit primùm ferire venā cōgruā iſta affectione poſſeſſo, hinc purgationibus vniuerſum laborantis corpus euacuare: hiſce nimirū catharticis, quæ in cap. Caduci morbi ſunt enumerata.

De Melancholia, Cap. XIII.

Definitio.

MElancholia paſsio rationi officiens, cum cordis difficultate, & cum nutricatione eorum, quibus maximè veſci delectantur. Gignitur autem ſine febre, huic obnoxiis, multa bilis, eadémque nigra, ſtomachum lædit, adeò vt vomitus ſequatur. Hæc à Celſo bilis atra nominatur.

Gal. lib. De med.

Celſ. lib. ij. cap. j.

Cauſæ primitiuæ.

AER frigidus(aliàs calidus)& ſiccus,exercitium forte,balneum exiccans, cibi,& potus atrabiliarij,ſeu melancholiam generantes,corrupta digeſtio,vel diſpepſia,vigilia ſuperflua,timor,mœſtitudo,&c.

Cauſæ antecedentes.

HVMOR materialis,vel ex aduſtione melãcholiæ.Signa:Triſtitia magna,ſolicitudo, vigilia,timor, malæ cogitationes cũ ploratu,vix etiã mouetur.Humor melacholicus, ex aduſtione ſanguinis,ſignũ eſt,riſus gaudium,pauca triſtitia, venæ oculorũ rubeæ. Humor melãcholicus,ex aduſtione phlegmatis,ſigna:Pigritia,quies,ſomneitas,pauca caliditas.Ex melãcholica dyſcraſia,cerebri ſiccitas,ſigna,capitis leuitas,aliàs grauitas,& dolor capitis continuus,ſitis, vigilia, paucitas ſuperfluitatũ in oculis,& naribus. Humor melãcholic⁹ ex aduſtione cholerę, ſigna: Rixa,ſaltus, agitatio,læſio,dæmonũ aſpectus terribilis, grauitas, ſomnolentia, multitudo ſuperfluitatũ,paucitas ſitis,&huiuſmodi.Aliquãdo dolor capitis continuus, cerebri humiditas , aſsiqua cogitatio, frequens aſpectus ad rẽ vnã,& ad terrã,amor ſolitudinis,nigredo oculorum,&quandoq; ægritudines præcedentes.Signa ex relatione

ne:Cōplexio cordis melancholica, tremor, paſsio cardiaca, retentio hæmorrhoidum, vel menſtruorum. Humor melācholicus in ſtomacho, ſigna: Dolor ſtomachi nauſea, ventoſitas multa in eo, & huiuſmodi. Hepatis nimia caliditas, vel debilitas, ſignum: Dolor in latere dextro, ſplenis debilitas, aut aliud, ſi durities, dolor, grauedo in eo, multitudo appetitus, parua digeſtio, rugitus, inflatio ſplenis: Signa melancholiæ, mirachialis grauitas in eo, & attractio ſurſum, nauſea continua, dolor, aut inflatio hypochondriorum, malitia animæ corrupta, eructatio acida, ſputum humidum, rugitus, exitus ventoſitati, inflatio, & dolor in ſtomacho, & inter ſpatulas, donec digeſtio compleatur. Vomitus cholericus, & phlegmaticus acetoſus, congelans dētes, egeſtio cholerica, & pituitoſa, alleuiatio poſt digeſtionem. Aliquando apoſtema in mirach, & item tremor.

Aphoriſmi.

1 Si timor, & puſillanimitas multum tempus habent perficit melancholicum huiuſmodi habentem. 24.6.

2 In melancholicis ægritudinibus periculoſæ eruptiones, apoplexiam, aut ſpaſmum, aut cæcitatem ſignificāt, aut maniam. 56.6.

3 Melancholicis,& nephreticis,hæmorrhoi des innatæ,bonum.11.6.
4 Melãcholicis verò vehemẽtius inferius, eadem ratione contraria apponentes.9.4.
5 Melancholia propriè de ea cauſa eſt,quę fit melancholia naturali,vel aduſta, in qua non remanet veſtigium caloris, & aduſtionis,aut ab aduſtione ſanguinis, vel phlegmatis,aut à phlegmate congelato, quoniã partes ſubtiles reſoluuntur:& remanẽt craſſæ materiæ melancholicæ.
6 Quòd ſi remaneat caliditas adurens, & aduſtio, eſt non propriè dicta melancholia, & eſt mania. Ea autem quæ eſt per communitatẽ totius, vt eſt in febre,aut alicuius particularis membri, vt ſplenis, vaſorum ſeminalium,&c.& vt plurimũ cordis.imò rarò, aut nunquam fit abſq; cõmunitate cordis.
7 Quomodo poteſt eſſe riſus in melancholia, quam ipſam ſequi ſolet triſtitia, ploratus.&c.De hoc vide Gentilem, qui duplicẽ ponit riſum, verum ſcilicet & fictum.
8 Quando humores inuicem commiſcentur,accidentia etiam ipſorum commiſcentur ad inuicem, vt in commiſtione humoris melancholici,& ſanguinei,triſtitia,ſolicitudo,luctus eorum,cũ lætitia, riſu,&c. commiſcẽtur. Aphor.21.lib.6.& 23.li.eodem. & 53.eodem.lib.Hipp.

Præſ

Præſagia.

MELANCHOLIA in principio eſt facilis curæ, poſt confirmationem difficilis.

2 Quando eis accidit caſus appetitus, eſt malum.

3 Cùm accidunt in corporibus eorum hulcera, mors.

4 Quæ accidit in fine febris, aut per aduſtionem, & exiccationem humoris, eſt pernicioſa.

Extant adhuc aliqua ſigna, prioribus adnectēda, adeóq; ante aphoriſmos inſerēda.

Signa melācholiæ à toto corpore: Nigredo faciei, macies, multitudo pilorum, retentio menſtrui ſanguinis, hæmorrhöidarum, anteceſsio febrium, retētio ſuperfluitatum ſtomachi, & ſplenis.

Cauſa coniuncta.

MALA complexio cerebri frigida, & ſicca, naturalis & innaturalis.

Notio.

ELECTVARIVM lætificās, dandum in melancholia per aduſtionem ſanguinis, & phlegmatis, vel quæ eſt ex melācholia naturali, in aliis ſcilicet, quæ per aduſtionē cholera non idem, quoniam calefactorium eſt, ea propter non debet tūc exhiberi, niſi cum

frigidis,& humidis, veluti cũ ſaccharo violaceo, vel conſeruis refrigerãtibus,puta boraginis, aut bugloſſæ. Arculanus recipit paſſulas,ſed non placet Leonello.

Minoratio.

DETVR ſequens minoratiuũ in aurora, vel circiter conticinium. Recipe medullæ caſiæ fiſtularis, electæ,& recenter extractæ,diaprunis non ſolutiui,ana vnc.ß.cõfectionis Hamech drach.ij.Miſce cum decocto bilem atram purgante,& digerente (vt infrà) fiat potus.

Decoctio eſt talis.

Recipe florum boraginis & bugloſſæ, ana vnc.ß. paſſularum enucleatarum, corticum rad. capparorum & tamariſci, ſcolopendrij,polypodij,ana drach ij.ſeminis aniſi,fœniculi,cuſcutæ,ana drach.iij.fiat decoctia in iiij.℔. aquæ ſaliẽtis,vel fluuialis limpidi ad excoctionẽ dimidij.Coletur,& clarificetur arte. Circa phlebotomiam melancholicorum,quando Rhazes dicit quòd ſanguine exiſtẽte ſubtili,debemus eum reſtringere ſubitò: intellige ſi talis non fuerit in ſuperficie,& craſſus in profundo,ſed quod craſſus priùs exiuerit, & ſubtilis ſequitur. Foramẽ etiã eius debet eſſe maiuſculũ, ne ſubtilis exeat,& craſſus ſeu denſus maneat.

Guliel

Gulielmus Placentinus refert phleboto miam in melancholia non conferre, quia ſanguis, cùm ſit calidus & humidus, contrarietur melancholiæ, quæ eſt frigida & ſicca, quare potiùs augebit morbum. Verùm, ſi conferre debet, dicit feriendam eſſe ſaphenam, quia accidit humoribus, ſicut in vino, in quo ſemper craſſæ partes, & turbide ſubſident in vaſe propter grauitatem, vnde ipſum euacuando, clarificando euacuamus illas partes à fundo: ſic eſt etiam de melācholia, quę propter grauitatem ſuam, & craſsitiem facilè deſcendit. Quare commodè euacuatur per ſaphenam, vt in mulieribus, quia ſanguis melancholicus per menſtrua purgatur, quare maximè conuenit eorum prouocatio. Similiter in fluxu hæmorrhoidali. In his enim, in quibus ſolitus eſt fluere, competit. Vide Hippocratē ſexta particula Aphoriſ. 21. Inſanientibus ſi varices aut hęmorrhoidę ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit. Si humor peccans ſit ſanguis, vel ei admiſtus, primò fiat phlebotomia minoratiua. Auicēnas in cap. proprio, Serapio in breuiario, Galenus de locis affectis libro 3. capite ſexto. Incipias autem iuxta modum dictum ſuperiùs in capit. de cura phrenitidis, tandem veniendo ad phlebotomiam venæ frontis.

Digeſtio.

Deinde da hanc potionem digeſtiuã. Recipe decoctionis communis vnc.v.(vt infrà)cui adde foliorum ſenæ,epithymi,ana drach.j.Fiat decoctio ſecundum artem.De colato recipe quincuncem, vt dictũ eſt, vel q ſ ad diſſoluendũ,diaſenæ ſolutiui drach. j.confectionisHamech.drach.j.ſ.electuarii de ſucco roſarum,drach.j.Miſce fiat potus horis aliquot ante primam lucem exhauriendus.

Decoctio communis.

Recipe florum cordialium,ana pugil.iij. hordei ℥ iiij. prunorum Damaſcenorũ nu. xij.liquiritiæ mundæ,tamarindorum,paſſu larum enucleatarum,ana ℥.ſ. ſeminũ aniſi, fœniculi,ana ʒ.iij.aquæ fontanæ ℔.iiij.Bul liant lento igne, vſque ad conſumptionem medietatis. Coletur, & reſeruetur vſui neceſſario.

Digeſtiuum in melancholia genita per aduſtionem phlegmatis.

Recipe Syrupi Sabor regis, mellis roſati colati,ſyrupi de fumoterræ,ana vnc.ſ.aqua rum bugloſſæ,boraginis, violarũ, ana vnc. j.Miſce.

Aliud ad idem.

Recipe Syrupi de epithymo,rhodomelitis colati, oxymelitis ſimplicis, ana ℥.j.vel

ſ.aqua

℞. aquarum ſupradictarum ſeſcunciam, vel quadra item. miſce, Exhibeatur vt alii.

Euacuatio.

INCHOANDVM à leuioribus, maximè ſi materia ſit melancholica Namcum materia ſit craſſa, & difficilis euacuationis, agitaretur, & cõmoueretur multum à forti medicina. Et hæc eſt ſententia Auicennæ, ca. proprio. iubet ergo ibidem à principio euacuãdum cum apozemate epithymi, facta in ſero caprino. Nec multa, nec ſubita facienda eſt euacuatio, ſed per interualla, habêns tẽperiem, vt natura per euacuationem nõ aggrauetur, ſed releuetur potius: vnde talis euacuatio, ſubitaria ſcilicet & immodica, vna vice in tali materia taliter operatur, ſicut impetus flammæ, quæ reſoluit ſubtile, & prętergreditur craſſum. Ideo per interuallũ aggrediẽda euacuatio, ita quòd qualibet hebdomada aliquid euacuetur de humore melancholico. In continua cura procedẽdum eſt cum cordialibus, & cõfortantibus cor. Medicinæ ſolutiuę trahunt ad latus incolumitatis. Idcirco Auicennas vetat exhiberi veratrũ à principio: ꝙ ſi detur, dandũ erit cautè, & cũ timore. Lapis lazuli, & Armenus dẽtur ſecurè, pręſertim ſi ſint præparati. Medicinæ ſolutiuæ miſtæ cũ leniuis cõuenientiores ſunt ad euacuandũ materiã melã-

chol

cholicã (præcipuè pręſente febre) ſi dẽtur in forma liquida, quã * ſolida. Auerroys in libro Colliget inſcripto ponit potionem, qua patientem melancholiã myrachiã refocillauit. propinauit illi ad bibendũ aquã roſatã, cũ ſucco pomorũ, & aquã mẽthęcũ modica quãtitate pulueris ſandalorũ, & maſtiches. Ad hãc intẽtionem faciũt vltimũ ac penultimũ caput Auicẽnę, de viribus cordis, videlicet de differẽtibus modis lętificãdi, & roborandi cor, repertis in medicinis. Et de medicamentis ſolutiuis ægritudinũ cordis: inibi enim adducũtur optima cholagoga, adeóq; cordialia aduerſus atræ bilis dominatũ, ac mœſtificam dyſcraſiam præſentanea. Veniendo igitur ad curam melãcholię ex aduſtione cholerę, proeuacuatione detur iſta ſequens medicina, quæ eſt in forma potabili.

* Aliàs non ſolida, quia tales materiæ ſunt ſiccæ.

Auerroys potio in melancholia myrachia.

Auicennas lib. de viribus cordis.

Potus laxatiuus melancholiæ ex aduſtione choleræ.

Recipe Florum boraginis, bugloſſæ, violarum, ana M. ß. paſſularũ enucleatarũ, liquiritiæ inciſim ſectæ, roſarũ, ana ℥ ß. ſebeſten nu. viij. iuiubarum ; x. epithymi, folliculorũ ſenæ ana drach. ij. ſeminis lactucæ drach. j. ß. Fiat decoctio in ß. q. aquę ad cõſumptionem medietatis. decolato recipe quod ſatis eſt ad eliquandum ſubſequẽtia ſolutiua, videlicet: Diaſenæ Rhaſes, & Nicolai, ana ℥. j.

ß. con

ʒ.cõfectionis Hamech,electuarii Indi maioris. de ſucco roſarum ,diaprunis ſolutiui, benedictæ laxatiuæ, aã ʒ.j. Fiat potus.dulcoretur cum ℥. j.vel ß. ſyrupi violati. Alius codex habebat diaſenæ Rhazianæ ℥. ß. omiſsis electuario roſato,diaprunis, & benedicta. Si autem in forma pilulari vis exhibere. Recipe pilularũ aggregatiuarũ, pilul.de lapide Cyaneo, de fumaria,ana ℈ j.diagridii g̃ ij. Fiant pilulæ vij. vel ix. cum ſyrupo violato . Poſtea quinis ab aſſumptione earum horis, detur lauatiuum,ex aquæ hordei, & brodii pullini non ſaliti, ana ſemuncia,& ſacchari rubri tantundem paratum.

Solutiuum in melancholia generata ex aduſtione phlegmatis.

℞.Decocti communis,abſque prunis,cui adde polypodii,epithymi, folliculorũ ſenæ, ana ʒ j.ſtœchadis Arab. ʒ j ß.vel vnc.ß veratri nigri ʒ ß.In alio codice legitur ℥ ß.De qua decoctione reci q.ß. ad diſſoluendum diacatholici ʒ v.diaphœnici ʒ j ß.electuarii Indi maioris ʒ j. ℈ j.agarici electi ʒ j. ſalis gemmei , zingiberis,ana grana iiij. Agaricus cum ſale gemmeo infundatur in oxymelite ſimplici q.ß. pro ſui imbibitione per ſeptem horas. Deinde fiat fortis expreſsio agarici, quæ cum reliquis diſſoluatur , & fiat potus. Cui adde ſyrupi pomacei

cei vnciam ß. Et exhibeatur vt ſuprà. Si vis dare in forma pilularum, Recipe pilularũ cocciarum, Indarum, de lapide lazuli, ana ℈. j. diagridii gra. ij. Fiant pilulæ nu. vij. cum ſyrupo ſtœchadite.

Diuerſio.

FACTA euacuatione diuertatur materia à capite primùm, cũ diuerſionibus ſine euacuatione, vt cum fricationibus fortibus trahendo à ſuperioribus ad inferiora, cum ligaturis brachiorum circa adiutoria, & coxas, cũ ventoſis abſq; ſcarificatione, in ſpatulis & natibus, & cũ lotionibus circa extrema, deinde diuertatur materia euacuando cum ſequẽti medicina, & eſt clyſtere. Recipe chamomillæ, meliloti, pulegii, calamenthi, epithymi, ana M. ß. carthami infuſi ℥ j aniſorũ, fœniculi, ana ʒ ß. Fiat decoctio. Cuius recipe ℥. xv. vel (vt alius codex ponit) ℔. j. ℥. iij Cum quibus diſſolue ſacchari rubri ℥. j. hierę picræ, hieralogodij ana ℥ ß. caſiæ bonæ tantundem, ſalis communis ʒ. ij. olei chamæmelini ℥. ij. vel. iij. vitellum vnius oui. Miſce, fiat clyſtere. Poteſt diuerti materia, & cum appropriatis, necnon eradicantibus ipſam à capite, vt cum caputpurgiis, maſticatoriis, ſternutamẽtis, de quibus dictum eſt in cap. de epilepſia.

Cor

Correctio accidentium.

Vnum eſt accidẽs, quod plus verendũ eſt in tali ęgritudine, videlicet ſomni difficultas ſeũ catochos. Vnde ſummopere curãdum, vt æger dormiat. Hinc Auicennas, quantũ potes (inquit) adlabora, vt mẽte lapſi, ad capeſſendam requiem proritentur, non opiatis quidem fortibus, ſed anodynis ſomnum leniter conciliantibus. Primò ergo fiant lotiones circa extrema, cum aqua ſequẽti. Recipe Corticũ papaueris albi, iuſquiami, radicum mandragoræ, florum boraginis, violarum, nenupharis, ana M *ß*. Bulliãt omnia in *ß*. q aquæ fluminis, ad conſumptionẽ tertiæ partis. Fiat lotio in ea aqua tepida circa extrema, à genibus, & cubitis trahendo ad infra. quando vult ire cubitum. Deinde fiat hæc inunctio, cum qua inungantur pulſus manuum, pedum & temporũ. Recipe olei nenupharini, violacei, myracopi, populnei, ana ℥ *ß*. opii g̃ iij. croci g̃. vj. Puluerentur, & cum exiguo ceræ fiat vnctio. Quòd ſi nõ dormierit hoc facto: fiat iſta potio. Recipe ſyrupi papauerini ℥. j. vel j *ß*. aquæ lactucæ ℥: ij. Miſce. Exhibeatur ſero poſt cibum per duas horas. Si adhuc ſomnus nõ obrepſerit detur ℥. j. vel j. *ß*. requiei Nicolaini, vel recipe Philonii Romani ʒ. j vini boni q *ß*. fiat hauſtus. Aegro ne ſic etiam ſoporato detur

pilularũ de cynogloſſa ſomnificarum. j. vel (vt aliud exemplar habet) gr. iiij. aut viij. in pōdere. Quæ ordinantur à Meſuco in ſuo Antidotario: harũ diuerſas deſcriptiones reperies ſuprà, cap. de Phreneſi. Valēt eædem quoq; in omni genere catarrhi, vnde illis & nomen inditum eſt, inducunt ſoporem placidum, ſi modò rectè pręparentur. Author Philonii, puta Valeſcus de Tharanta dictus, ſcribit ſe curaſſe quēdā catochicũ, qui denis dieb⁹ vigilauit, hoc pacto: Feci (inquit) duo naſalia de bombyce, in opio diſſoluto in lacte muliebri, & impoſui vtrique foramini narium, & eadem nocte ſopitus placidè, & eodem mane ſanitati reſtitutus eſt.

Valeſcus li. 1. cap. 13.

Puluis ſeu pilulæ ſecundum Valeſcum.

Valeſcus li. 1. cap. 13.

Inquit Valeſcus, cũ magna ſolennitate, & reuerētia, Accipiatur puluis ſequens, quem ego ſæpiſsimè expertus ſum: & omnes vtētęs eo, cũ Dei miſericordia conſecuti ſunt ſanitatem mentis & corporis. Et eſt medicina Haly, ab eodē deſcripta lib. v. ſuæ practicæ, cap. de medela melāncholię ex atra bile prouenientis. Deſcriptio verò talis eſt ſecũdum Haly mentem: Recipe hierę picrę, epithymi, añ. ℥. iiij. lapidis lazuli, agarici electi, añ. ℥. ij. ſcāmonii ℨ. j. caryophyllorũ gr. xx. Tere omnia diligenter, & ſubtiliſsimè cribra, & cũ ſyrupo cydonite, vel citromalino diſtēpe

Haly. libr 5. cap. 13.

ra. Doſis ab exagio j. vſq; ad ℨ.ij. omni ſeptimana ſemel. Quoniã (inquit Haly) paſsioni huic ꝓdeſt, nec oportet ab hoc recedere. ſæpe namq; illud probaui. De quo latiùs ita ſcribit præcitat⁹ Valeſcus Tharãteus. Et eſto (inquiẽs) quòd aliȩ medicinȩ nõ valeãt, iſta valet nutu Dei miſericordis. Et eſt medicina coronata, quæ ſecretiſsimè teneatur, & amplectetur: vt humanus intellectus, quaſi deperditus cũ hac medicina reſtauretur. Leonellus hanc exhibuit in forma pulueris hebdomadatim. Doſis patet ſuperiùs.

Adiectitia pharmaca.

DIGESTA materia melãcholica cũ ſyrupo de epithymo, bugloſſa, & fumoterrȩ, adiectis aquis boraginis, bugloſſȩ. & violarũ q ß. Dentur iſtæ pilulæ, quib⁹ ego vtor peculiariter pro melagogo. ℞. Pilularũ Indarũ, de lapide cyaneo, de quinq; generib⁹ myrobalanorũ, añ. ℈. j. Cum diaſena reformẽtur pilulȩ. Aliqñ addo diagridii gr. j. vſq; ad iij.

Aliæ ad idem expertæ.

℞. Hieræ picræ, epithymi, ana partes xvi. polypodii, ſtœchadis Arab. agarici, ana partem ß pulpæ colocynthidis quartam partis vnius, ſcammonii, bdellii, ſalis armoniaci, ana gr. iij. vel v.

Aliæ cæteris præſtantiores.

Recipe ſpecierũ hieræ, ſtœchadis, epithymi, ana ℨ. ß. lapidũ lazuli & Armeni ablutorum, agarici, pulpę coloċcynthidis ſalis Armoniaci, añ quartam partem ℨ j. xyloaloes, maſtiches, mẽthæ, ſingulorũ gr. v. hellebori nigri gr. ij ß. vel iij. ſcamnonii gr. iiij Cũ ſyrupo de fumoterrę fiant pilulę. Doſis à ℈. binis ad ſummum iij. Cõmendat Arnoldus Nououillanus vinum Cirſionites, quod nimirũ humores melãcholicos aduſtos educat per vrinã & rectificet cerebrum infectũ fumoſitate melancholiæ. Cuius talis eſt cõfectio: Radix bugloſſæ bene mũdata maceretur in vino bono, donec vinum ſapore, & virtute eius bene imbuatur, & aſsiduetur illius potatio. Auicennas ponit zulapiũ bugloſſatum compoſitum ex foliis meliſſæ & bugloſſæ, cũ aqua roſacea quod ſatis eſt ſimul artificialiter inferuefactis, & colatis. Efficacior eſt ſubſequẽs deſtillatio, quã expertus ſum in omnibus morbis melãcholicis, in palpitatione cordis, diſcraſiis ſtomachi & capitis. Reci. Florũ anthos, boraginis, radicũ bugloſſæ ana ℨ. iiij. croci ℨ. j. miuæ cydoniorum trientem, vini albi meraci limpidi bene defęcati, & optimi ℔. ij. Miſce, & ſitent ſimul infuſa, priùs bene piſtata, per diem naturalem, deinde mittãtur in fimo per ſemimẽſem, in vaſe vitreo bene clauſo, dein de-

ſtill

ſtillētur per alambicū, duabus vel tribus vicibus. Seruetur in cōditorio hyalino, vel potius argētea lagenula. Doſis ℥. j. Fiat emplaſtrū ex ſemine papaueris, & iuſquiami albi, & lacte muliebri, ſuper frontem, & intra nares liniatur. Ego expert⁹ ſum in melancholico maniaco, necnō omni dolore & diſcraſia caput reſpiciēte trochiſcos illos eſſe probatos, ſi inſtar linimenti adhibeantur. Recipe Croci, opii, myrrhæ, iuſquiami albi, corticum radicis mādragoræ, ana ℈. j. vel pluſculum. Cōficiantur cum ſucco lactucæ, & fiāt trochiſci, & re poſtulante diſſoluatur cum aqua lactucæ, ſeu lacte muliebri, vel oui albugine, aut aqua nenupharis, & applicetur.

De Catarrho, Cap. XIIII.

Definitio.

DEſtillatio morb⁹ eſt quādo humor de ſtillat ex capite cū nocumēto, quę Gręcè (teſte Celſo) cataſtagmos dicitur, ſecūdū nonnullos catarrhus, coryza, branchus: ſed cōmuni vocabulo Græci coryzas, ſæpe etiā catarrhū dicunt: quæ vulgaris iam eſt omni grauedini nariū appellatio. Galenus ſic definit: Catarrhus eſt humorum multorū ex palati concauo defluxus frequēs per nares velut excrementū ſuperfluitatū, ſpiritúſq; excretus vocem reddat. Defertur autem ea Celſus. Gal. li. defi. medic.

fluxio à cerebro, & capite, interdum ad os, nares, fauces, gurgulionem, in adenas, aſperam arteriam, pulmonem, thoracem, & vẽtriculum, vnde plerunque variæ deriuantur noxæ, videlicet raucitas, angina, tuſsis, antiades, vuula, pariſtmia.

Cauſæ primitiuæ.

FRIGIDITAS, vel caliditas extrinſeca, cibi vaporoſi, odor rerum calidarum, & frigidarum, coitus, ſomnus ſuperfluus, exercitium forte, quies vel repletio nimia.

Antecedentes cauſæ.

Mala complexio cerebri frigida, vel calida, humor, & vapor calidus vel frigidus in cerebro, vel ſtomacho exiſtentes, vel à ſtomacho vel aliunde aſcendẽtes. Signa ex ſuperioribus patent, & ex relatione patientis.

Coniunctæ cauſæ.

Humor actu fluẽs, catarrhus ſubtilis, ſæpe eſt calidus, craſſus, frigidus, licet poſsit eſſe etiam calidus. Dicitur autẽ craſſus, non ſimpliciter, ſed reſpectu ſubtilis: quia minus ſubtilis. Si enim eſſet ſimpliciter craſſus, nõ poſſet per tam anguſtas vias, & tam ſtrictas poroſitates deſcendere ad inferiora.

Aphoriſmi.

1 CATARRHVS cũ febre citiùs curatur.

2 Deſtillationes in ventrem ſuperiorem

ſupp

ſuppurantur intra viginti dies.

3 Branchi, & coryzæ in valde ſenibus non maturantur.

4 Si verò æſtas ſicca, & borealis fuerit, autumnus verò pluuioſus, & auſtrinus, capitis dolores in hyeme, tuſſe, branchi, & coryzæ fiunt.

Præſagia.

1 SAEPE incurrentes catarrhum, à periculo non ſunt omnino tuti, ſed variis obnoxij ægritudinibus.

2 Omnem ferè catarrhum ſequitur tuſsis.

Cuius complexio cerebri eſt frigida, corde, vel hepate calido citiùs incurrũt catarrhum, & ediuerſo. Subita aëris mutatio ſæpe eſt cauſa catarrhi. Rheumatici, ſplenetici non fiũt. Catarrhus cum capitis dolore, eſt difficilis curæ. Si cum catarrho ſentitur punctura, in maxillis, vel lateribus, ſignificant, quòd materia fluat ad illum locum.

Aphor. Hippocr.

40. lib. 2. 14. lib. 3. 12. lib. 3. 31. lib. 3. 24. lib. 5.

Alij Aphoriſmi ſuperioribus annectendi.

1. Raucedines, & grauedines in decrepitis coctiones non admittunt. 80.

2 Frigida, qualis nix, & glacies pectori inimica, tuſſes mouẽt, & deſtillationes. 24.

Diæta.

Aer non ſit nimis frigidus, quia debilitando digeſtionē cerebri, cauſat catarrhū. Nec etiam ſit nimium calidus, quia reſoluit, & facit deſcenſum. Non ſit nebuloſus, ventoſus, pluuioſus, ventus meridionalis diſſoluens, & replens capita, ac borealis reſtringens, & exprimens eſt vitandus. Habitatio ſit intra duo ſolaria, cuius feneſtræ ſint verſus Orientem, & Meridiem.

De cibo, & potu regula.

Quantum ad victum attinet, ſeruāda erit temperantia, parcè comedat: præſertim ſero, & in cœna, imò cœnam aliquando omittat, fugiat repletionē nauſeatiuam. Carnes ſint digeſtibiles, & euchymæ, quales ſunt caſtratinæ, vitulinæ, leporinæ, híſq; ſimiles, quarum nutrimentum tendat ad ſiccum, vtpote, pulli, phaſides, perdices, turtures, ortyges, &c. Abſtineat ab aquaticis, vt ſunt anates, propter earum humiditatē. Panis ſit ex farina ſana, frumenti ex ſana meſſè collecti, & ſit ex ſimila, facilis digeſtionis, trium dierum, & non plurium. Potus in calido catarrho conuenit, aqua ſacchari, & hordei: in frigido, hydromeli, pro mulſis, &c. Sint abſtemij, vel ſi nequeāt temeto prorſus abſtinere,

nere,largiter vinum temperetur. Vitent ſomnum diurnum, & de nocte non multùm dormiant,ſed excubent. Sopor his & merũ à repletione nocet. Vnde vulgò dictitatur: Ieiunent,vigilent,ſitiant,qui rheumata curant. Quies moderata conuenit eis,quia in quiete maturãtur catarrhi,præcipuè ab initio. Vide Auicennam,ſternutatio principaliter non conuenit,quia multum agit humores,quietè non motu maturandos.

Digeſtio.

In materia calida,ſubtili,detur hoc digeſtiuum. Recipe Syrupi violati, papauerini, ana ℥.vj. aquarum violarum, nenupharis, ana ℥.j. vel. j.ß. Miſce, ſumat antelucano tempore.

In materia calida craſſa detur hoc digeſtiuum.

Recipe Syrupi violati,oxymelitis ſimplicis,ana ℥ vj.aquarum violarum, capilli veneris,endiuiæ,ana vnc.j.Miſce. Propinetur vt ſuprà.

Digeſtiuum in materia frigida craſſa.

Recipe Syrupi hyſſopitis, rhodomelitis colati,oxymelitis ſimplicis,ana ℥.ß.aquarũ betonicæ,hyſſopi,lupulorũ,ana ℥ j. In alio exemplari legebatur,aquæ decoctionis thuris, foliorum cupreſsi ℥.j.ß. Miſce,vtatur modo prædicto.

In materia frigida, tenui, & aquoſa, digeſtiuum.

℞. Syrupi ſtœchaditis vnc. *j*. mellis roſati colati vnc. *ß*. aquę elixationis thuris, maſtiches, foliorum cypariſsi, ana vnc. j *ß*. Miſce.

Euacuatio.

Si materia ſit miſta ſanguini, & cum hoc catarrhus ſit calidus, in corpore calido, repleto multo cruore, aut ſi materia repat ad pulmonem, vel pectus, faciēs hulcus in pulmone, vel pleureſin, vel ſit cum febre, tūc ſecanda erit vena cōmunis, vel cephalica, detrahendo quicuncem, ſeu ſemiſſem ſanguinis. Si autem materia non ſit ſanguinea, euacuetur per pharmaca. Exempli gratia: In materia calida poteſt exhiberi talis medicina potabilis. Recipe paſſularum enucleatarum, liquiritię raſæ, ana ℥. *ß*. ſebeſtē, num. vii*j*. iuiubarum x. violarum ſiccarum ʒ. iij. Bulliant omnia in *ß*. q. aquæ, ad cōſumptionē medietatis. Colati Recipe q *ß*. ad diſſoluendum, caſiæ pinguis medulloſæ nouiter extractæ vnc. j mannæ electæ ℥. *ß*. electuarij de ſucco roſarum ʒ. j. Miſce, fiat potus qui exhibeatur ante lucis ortū per horam. Si velis dare in forma deglutibili, da ſubſcripta catapotia. Recipe pilularū aurearū Nicolai ℈. i*j*. agarici trochiſcati ℈. j. Fiant pilulæ

læ num. vij, cum ſyrupo violato. Quinque pòſt horis ſumat lauatiuum calidè, factum ex ſemiſſe aquæ ptiſanæ, & ſemũcia ſaccha ri rubri, vel tabarzeth. Materia exiſtẽte ge lida, craſſa, & phlegmatica detur potui primum eiuſmodi ſyrupus. Recipe hyſſopi, capilli Veneris, ſtœchadis Arab. ana. M. ß. vel vnc. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥. ß. caricarum num. iiij. vel vj. vel viij. ſebeſtẽ ix. Fiat decoctio in ß. q. aquę, de qua recipe quod ſatis ſit ad eliquãdũ. Diacatholici ℥. v. diaphœnici ℥. iij. Miſce, fiat po tio dulcorata cum melle roſato colato, & exhibeatur vt alij. Si lubet præbere pilulas, recipe pilularũ cocciarũ ℈. j. ß. trochiſcorũ de agarico ℈. j. gra. v. Fiãt pilulæ nu. vij. cũ ſyrupo hyſſopite, & offerantur ea hora, qua ſumpſit mędicinam ſolutiuam potabilẽ ſuprà deſcriptam. Et poſtea propinetur lauatiuum ex aqua mellis, & ſaccharo cõfectũ.

Diuerſio.

FIANT diuerſiones cõuenientes, à toto diuertentes, item frictiones, ligaturæ, circa adiutoria brachiorum, & coxarum, ventoſę in ſpatulis, & natibus, balnea circa extrema crura, & brachia, & hoc iuxta qualitatum conſtitutionem. Diuerſiones propriè à cere bro ſunt caputpurgia, gargariſmi, maſticatoria,

toria, veſicatoria, ſiue cauterizantia. Et iſtæ duæ diuerſiones non ſunt faciēdæ, niſi digeſta, & pro parte euacuata materia. Nam ſi fuerit ab initio, eſſet occaſio & cauſa maioris fluxus catarrhi. Caputpurgium in materia frigida ad diuertendũ eam, & attrahendum per nares, & prohibendo ne delabatur ad palatum, pectus, & pulmonem. Recipe Thuris, maſtiches, ſtyracis ſiccæ, ana ʒ.j. Bulliant in ß.q. aquæ, vel vini, ſeu poſcæ, & aliàs melius melle. Et deinde trahatur per nares.

In materia calida caputpurgium.

Recipe Aquæ hordei trientem, extillationis florum hyacinthi ſeſcunciam, ſucci blitis ℥.j ſacchari candi pulueratı ʒ.j.ß. Fiat caputpurgium, & trahatur per nares.

Aliud in materia frigida.

Recipe Sublimationis amarici quadrantem, ſucci eiuſdem ſeſcunciam, ſucci bliti ℥.j. nigellæ pulueratæ ʒ.j. Miſce, fiat gargariſma, vt materia purgetur à parte nobili ad ignobilem, ad hoc accõmoda eſt decoctio zingiberis, pyrethri, ſynapis, piperis, coſti. Nam trahunt materiam à cerebro ad os, vt indidem fiat excretio. Item ad ſiſtēdum catarrhũ valet gargariſma factum ex aqua roſacea, violacea, cũ ſyrupo myrteo vel roſato. Ad incidēdum materiã craſſam, viſco-

ſam,

ſam, & ad abſtergendū, quæ deſcendit, materiam ne figatur in gutture, & pariat ſynāchen, valet iſte gargariſmus, qui fit ex aqua mellis, vel hordei, cum oxymelite ſimplici & ſcillitico. Item ad alterandū ſolùm, & vt materia (ſi calida ſit) infrigidetur, fiat gargariſatio ex camphora, & aqua roſacea.

Notio.

Sunt autem ſuſpecta gargariſmata, quoniam quum timetur ne materia regurgitet, aut repat ad pulmonē, vel pectus, vt in paratis, hoc eſt, qui ꝓcliues ſunt ad phthiſim. Item quando catarrhus eſt acutus, mordicatiuus: quia periculum eſt, ne materia illa acuta agitetur, & petat pectus. Itē cùm timemus de præfocatione, & materia eſt multa, ſubtilis, & acuta. In catarrho calido, & ſubtili quando materia nō poteſt bene comprehendi, propter ſubtilitatem, fiant gargariſmata ex aqua decoctionis roſarum, corticum papaueris albi, baccarum myrti ſeu myrtillorum, balauſtiorum.

Gargariſma in catarrho calido diuerſiuum.

Recipe Aquæ roſaceæ, myrtidani, ana ℥. iij. lohoch papauerini vnc. j. Miſce, fiat gargariſma.

Aliud in frigido catarrho.

Recipe Zingiberis, pyrethri, caryophyllorum, ana ʒ. j. Bulliant in ß. q. aquæ ad cō-

ſump

ſumptionem tertiæ partis, deinde fiat gargariſma. Maſticatoria dimittãtur, q̃a timor eſt, ne materia vergat ad loca nobilia, & præfocet. diuerſio cũ veſicis in cute capitis, vel cauteriis, ad chirurgos pertinet. Quę tamẽ hoc modo fieri poteſt. Abradatur totũ caput, & fricetur circa cõmiſſuram coronalem fortiter cum cepe ſcillitica, & ſale bene trito. Vel fiat emplaſtrũ ex ſinapi & aceto. Dimittatur, donec fiant veſicæ circa caput: quibus factis, aperiantur & ſuper ipſas iam apertas ponatur folium caulinum emollitum ſub cineribus, cum axungia porcina, vt remaneant apertæ. Vel fiat hoc potentiale cauterium, quo nos peculiariter vtimur. Recipe cantharidum abſciſsis capitulis, & alis, puluerararum ℥. j. ß. Miſce cum fermẽto, & modico aceti fortiſsimi, fiant formulæ rotundę, ponantur in caput & bene ſtringantur, & ſic maneant, donec locus veſicetur, & hoc fit in termino x. vel xij. horarum.

Prohibitio fluxus catarrhalis.

Deſtillatio non eſt ſiſtenda, niſi periculũ ſit de ſtrãgulatione. Inquit enim Meſueus, eſſe quoſdam, qui in primo volũt coercere catarrhũ, & tales ſunt cauſa maioris aggregationis, in capite, vnde poſtea diſſolutus ille fluor, & vehemẽtius fluit, & ſubitò iugulum petit. Proin tutius eſt in hoc caſu vti regim

gimine diuerſiuo,cum fricationibus,ligatu ris,& aliis,quę licet agitent materiam motam,mouent tamen ad exteriora.

Gargariſmus in calida cauſa, ſiſtens catarrhum.

℞.Roſarum rubearum, corticum papaueris albi,myrtorum, balauſtiorum, ana ℥ j.Bulliant in ß.q.aquæ ad conſumptionem tertiæ partis,deinde colẽtur, colaturæ adde ſyrupi myrtei ſextantẽ camphoræ g̃ iiij.boli Armeni ℈.j.Miſce,fiat gargariſma.Caueatur autem magna cõmotio gargariſando.

Suffumigium ad idem in calida cauſa.

℞ Seminis lini, infuſi in aceto per diẽ & noctem q.v.Deinde torrefiat,pòſt ponatur ſuper prunas, & fiat ſuffitio, ſeu fumatio. Ad idem valet ſandaracha infuſa in aceto, & fumigium de ſtyrace calamita poſita ſuper carbones.Item ſi ponatur acetum ſuper laterem,ſeu lapidem ignitum.Succus ceparum miſtus cum puluere ſampſuchi, & parum zingiberis,naribus inſufflatus, eſt bonum caputpurgium. Puluis etiam maioranæ cum momento zingiberis,&pyrethri inſtar caputpurgij adminiſtratus,pituitã per nares agit. Idem facit puluis rutæ,cum pyrethro naribus impoſitus.Vel miſceatur puluis ſinapis,cum zingibere,&naribus apponatur. Valet ad idem puluis cardamomi,

cum.

cum puluere cubebarum,cum grano j,con diſi,ſeu veratri naribus inſperſus

Optimum caputpurgium & magiſtrale.

Recipe Pulueris florum vel foliorum ſpiculæ,florum anthos,ſeminis baſilici odoratioris,& nigellæ,ana ℥.j.pyrethri, zingiberis,ana ℥ ß. Decoquantur in aqua ſaluiæ q. ß.Colatum attrahatur naribus.Eſt idem in catarrho, & frigido capitis dolore, epithema bonum.

Formulæ catarrhum nimis fluentem cohibẽtes.

Recipe Amyli(alius codex habet, aniſi) ℥.ij.ſeminũ lactucæ,papaueris albi,ana ℥.j. tragacanthi, (aliàs,diatragacanthi) gummi Arabici,ana ℥.ß.boli Armeni ℈.j.Puluerentur ſubtiliter,cum mucilagine pſyllij,&cydoniorum:fiant pilulæ, quæ retineantur in ore. Item teneantur in ore,videlicet,diatragãcanthumfrigorificum,diacodion,lohoch papauerinum, trochiſci pectorales, pilulæ bechicæ. Odoret aquam roſaceã, cum camphora. Vel fiat pomũ olfactoriũ hoc modo.

Odoramentum.

Odoramentum in calido catarrho.

Recipe Sandalorũ albi,& rubri,ana ℥.ij. ſandali citrini ℥.j.roſarum rubearum, corticum papaueris albi,ana ℥.ij. corallorum rubeorum ℈.j.Omnia redigantur in puluerem,& cum aqua roſacea ſpargãtur & manibusmalaxentur in aqua roſarum.Deinde

(Aliàscydoniorum drach j)

cum

cum tragacantho, & gummi Arabico diſſol uantur, & formetur pomũ arte. Quæ tranſ glutiuntur in catarrho calido, ſunt pilulæ Alkaiber, ſiue de cynogloſſa, deuoretur vna ex eis, quæ ſit octo granorũ in ſero. Ca tarrhum reſtringit, & iucunditer ſoporat.

Gargariſmus in catarrho frigido ſiſtendo validus.

Recipe thuris, maſtiches, gallarum, cupreſsi, foliorum eiuſdem arbuſculæ, ſingulorum ℥ j. Contundantur, & bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. Deinde colentur: colaturæ adde ſyrupi ſtœchaditis ſemunciam. Fiat gargariſmus.

Suffumigium.

Itẽ recipe nigellæ in aceto poſitæ, & poſtea exiccatę, & pulueratę: Ponatur ſuper prunas, & fiat ſuffumigium. Similiter ligetur in petia puluis ſeminis nigellæ, & odoret. Itẽ fiat ſuffumigatio cũ thurę, maſtiche, ſãdaracha, ſtyrace, & ſimilib⁹. Teneãtur in ore grana maſtiches, ſpica, & aliquid ſtyracis ſiccę. Itẽ ſero trãſglutiat g̃. 2. 3. vel 4. de maſtiche.

Additamenta.

EXPERTVS ego ſum in diſtillatione quatuor remedia, primũ eſt purgatio cum hiera in hũc modum compoſita. Hauſtus laxatiuus in catarrho.

Recipe hieræ picræ compoſitæ ℨ. iij. ele-

ctuarij Indi, diacatholici, ana ℥ j. ß. diaphœnici ℥. j. cū aquis betonicę, & maioranę, ana q. ß. fiat hauſtulus, ſecundum, in forma ſuffimenti, & odoramenti ſic.

2 Recipe ſtyracis calamitæ, caryophyllorum aromaticorum, nucum cupreſsi, nucis muſcatæ, maſtiches, thuris, ambræ, ladani, ana g̃. iij. vel iiij. vel ſi lubet plus. Addito exiguo ligni aloes, & moſchi fini, fiat pomiformis maſſula, de qua poteſt modicū conijci ſuper cadētes prunas, & ſic fumus recipi per os, & nares. Tertium eſt ſyrupus, catarrhoſis omnibus (præcedente ſcilicet antedicta euacuatione, vel præſumptis pilulis aureis, cocciíſve doſi drach. j. ſub noctem) perquam vtilis.

3 Recipe liquiritiæ, & ſucci eius, ana vnc. ij. gummi Arabici, tragachanti, ana vnc. ß. dactylorum pinguium nume. vij. Ficuū item pinguium & radicū enulæ, ana vnc. iij. hyſſopi, liguſtici ana quartam partem M. j. papaueris albi vnc. j. ſacchari taberzeth. ℔. ij. Fiat ſyrupus ſecundum artem. Doſis, ſextans, cū aqua decoctionis coriandri, vel ſucco granatorum. Quartum remedium eſt ptarmicum, quod per excitatam ſternutationem, fortiter colatorij oppilationem aperit, ſicque pituitam elicit.

4 Recipe ſeminis vrticæ partes quatuor, hellebori

hellebori candidi partem vnam.Conterantur ſimul ſubtiliſsimè, & de hoc puluiſculo pauxillulũ naribus imponatur. Melioris odoris gratia addatur ℥.j. aut alterũ cãphoræ tenuiter friati. Reſtat adhuc prophylacem,quam mihi do.Hieronymus Eugubius p̃ceptor olim meus in meipſo aſthmatico facto ex catarrho ad pectus,periculũ faciẽs,fideliter impertiit,coronidis inſtar adſuere,quę ad verbũ ſic ſonat.In primis iniũgatur ægrotãti debitũ regimen in ſex rebus nõ naturalibus,& potiſsimùm in aere,& in cibo,& potu.Dę aere igitur eſt ſummopere ſibi cauendum ab aura valde frigida,& maximè flãte Borea,q vẽtus pectori eſt inimicus,vt patet ex duobus Aphoriſmis tertiæ particulæ ſcilicet.Quotidianæ verò cõſtitutiones,boreales, &c.Et alter: Auſtrini flatus grauant auditũ &c.Experiẽtia quoque ipſa hoc euidẽter docet.In cibo autem &potu, abſtineat ab omnibus vaporoſis, & catarrhũ multiplicãtibus,ſicut ſunt caules,legumina,agrumina,aromata,vinum potens,& alia id genus. Fugiat quoq; omnia acetoſa, & acria, tanquã gladium venenatũ exertũ, caſeum antiquum, & paſtilia non reſpiciat, vitet etiã crapulã, quantum fieri poteſt,frixa nulla comedat , imò nec ſtet in loco, vbi frixio fit,fugiat inſuper puluerẽ, & fumum,

oua ſorbilia, ſcilicet vitelli, ſunt ipſi conducibiles. Piſces quoque ſaxatiles elixi, & bonæ carnes elixatæ, & vinum album dulce, non fumoſum, bene lymphatum. In ferculis bonum eſt far, & farina amyli, rapa, & bleta.

De medicinalibus dirigatur materia cum his digeſtiuis. Recipe ſyrupi de liquiritia, de hyſſopo, ana drach. v. oxymellis ſimplicis vnc. ſemis. aquarum capilli Veneris, ſcabioſæ, vngulæ caballinæ, ana vnc. j. Miſce, capiat nouem vel decem diebus in aurora, & dormiat ad placitum. Poſt quos ſyrupos ſi fuerit in hyeme, purgetur cum his pilulis.

Recipe pilularum cocciarum, de agarico Meſuei, ana ſcrup. ij. Fiant pilulæ num. v. cũ aqua ſcabioſæ. Capiat circa mediã noctem, & dormiat ad lubitum. Si verò fuerit æſtas, vel ver, purgetur cum iſta medicina ℞. Electuarij de ſebeſten ſimplici ℥ vj. electuarij dia ſebeſten ſolutiui drach iij agarici pręparati dra. j. Diſſoluantur cum decoctione pectorali, fiat potio, capiat per horã ante dié, vel in aurora, & dormiat per horã. Qua purgatione facta, ordinetur ſibi hoc electuariũ.

Recipe penidiarum. vnc. ij. diatragacanthi vnc. j lohoch ſani, & ſtrobilites, vel pinei, añ vnc. j. ß. diairis drac. x. Miſce cum ſyrupo hyſſopite. q. ß. Capiat lambẽdo ſingulis horis. Item fiat ſibi inunctio pro pectore

talis,

talis. Recipe olei amygdalini amari, olei liliorũ alborũ, œſypi humidi, ana vnc. ß. Miſce, vngatur pectus mane & ſero ante cibũ.

Item ſumat ſingulis menſibus ſemel aut bis de pilulis de agrico Meſuei, drac. j. pro vice, fiãt pilulæ tres, vel quinque cum aqua ſcabioſæ, capiat circa mediã noctem. Conſiderandũ tamẽ hic eſt, quòd ſi materia fuerit calida, quæ facit aſthma, quod tamen rarò eſt, digeſtiua debent eſſe talia. ℞. Syrupi violati, de liquiritia, ziziphini, vel iuiubini, ana ℥. v. aquarum violarum, capilli Veneris, ana ℥. j. ß. Miſce, capiat calidũ in aurora, & dormiat ad lubitũ. Purgatio verò fiat cũ caſſia, & agarico, vt paulò antè dictũ eſt, & capiat in bolo: quod ſi bolũ non poteſt accipere, diſſoluãtur cum decoctione pectorali.

De Ophthalmia, *Cap.* XV.

Definitio.

OPhthalmia eſt ægritudo oculorũ, quã Celſus, & alij lippitudinem appellant. Gal. lib. def. Med. Oculorũ autẽ morbi ſunt (Galeno referẽte in li. Medicarũ definitionũ) phlegmone, fluxus, exulceratio. De quibus vide lati' ibidẽ.

Cauſæ efficiẽtes primitiuæ ſunt extrinſecæ à ſex rebus nõ naturalibus, & ſibi annexis ſumptæ, necnon aliis indebitè occurrentibus. De his lege Sillanum. & Gordonium.

Signa humoris peccantis.

SANGVIS, pulſatio temporũ, multa lippitudo palpebras claudẽs in ſomno, nõ multùm lacrymantur, &c. Cholera: Ardor, & pũctura. Dolor cõbuſtiuus, lacrymæ exeũt liquidæ, adurentes, & quandoq; non exeũt, lippitudo parua, oculorũ clauſio in ſomno, quandoq; lachrymæ vlcerãt, aliquãdo intẽſus pruritus. Phlegma, grauitas, caliditas parua, & rubedo, aliquãdo lippitudo multa, alba poſt ſomnum, aliquando augetur coniunctiua ſuper oculis nigredine. Melancholia. Deſiccatio lacrymarũ, poſt ſomnum nõ conglutinantur palpebræ, &c. Ventoſitas, dolor extenſiuus ſine grauitate, nõ currũt, nec oboriuntur lacrymæ, non eſt lippitudo. in ſomno, ægritudo eſt longior, &c.

Signa membrorum communicantium.

Stomacho: Dolor ſtomachi, nauſea, reiectio, turbatio ſtomachi, panniculi cranium cooperientes, à quo oritur coniunctiua tumefacti, inflatio in palpebra, dolor & pulſatio in fronte, dolor in capitis commiſſura. Cerebrum, & panniculi orti à cerebro, & dura, & pia matre, ex quibus oritur ſclyrotica, & ſecundina, nunc dicta ſunt remiſſiora, ſed adeſt pruritus in naſo, & palpebris ſternutatio, & certè dolor affixus ſentitur

titur,aliàs inferius inſertus, ſcilicet intra oculum, & cerebrum. Animaduertendum quòd ophthalmia veniens in pueris periculoſior eſt cæteris paribus,quantum ad gradum ægritudinis quàm in prouectis. Porrò quæ venit à velaminibus intrinſecis, & ab ipſo cerebro orta, deterior eſt illa,quæ venit à panniculo cranium cooperiẽte Habẽtes oculos eminẽtiores ad extra,habẽt maiorem,& fortiorem ophthalmiã, quàm lucini. Quanto magis lacrymæ currunt, & in ſe habent mordicationem, & acuitatem maiorem,tãtò citiùs reducitur ophthalmia ad ſtatum. Si cum lippitudine, parua apparẽt grana,ſunt mala,quia maturationis tarditatem præſagiunt. Canon.

Minoratio.

Circa cauſam antecedentẽ facta ophthalmia primò materia minoretur phlebotomia cõpetenti ab initio,& hoc in omni ſpecie,ſecũdum cõmunem opinionẽ, ſed ante phlebotomiam præcedat lenitio ventris,cũ clyſteri lenitiuo,in hunc modum cõpoſito.

Recipe iuiubarum,ſebeſten,cuiuſque faſciculum j. violarum ſiccarum ℥ iiij.caunearum num.x.althææ,furfurum, ana quantũ neceſſe fuerit,in panno ligatorum. Ego recipio cuiuſque ſemimanipulum. Coquantur in iij. ℔. aquæ, donec ad tertiam redeant, Clyſtere bonum Haly. lib.x.c.xvij.

excolabis ab ea trientẽ, & addes bliti triti & expreſsi libræ quadrãtem, olei ſeſamini recentis vnc.ij ß.Fortitérque percutiens,tepidè hoc clyſterizabis. Fiat igitur venæ ſectio in principio ſtante virtute, repletione, de parte oppoſita ex cephalica, & detrahatur triens, vel quincunx ſanguinis, & ſi ſit ſanguis valde tenuis, incraſſetur dando in potu ſyrupum violaceum, vel papauerinũ cum aqua nenupharis vel de endiuia, q. ß. Miſce. Quòd ſi cum ſanguine peccat cholera adhuc fiat phlebotomia,vt dictum eſt, parciùs tamẽ emittendo ſanguinem,& detur tale minoratiuum. Recipe diaprunis non ſolutiui,caſiæ electæ nouiter extractæ, ſucci roſarum,ana vnc.ß. Miſce, cum decoctione purgante, & digerente choleram(vt infrà)fiat potio. Cui addatur ſyrupi violati ſemuncia.

Decoctio purgans,& digerens choleram.

Recipe prunorum Damaſcenorum nu. xij.tamarindorum vnc.ß. florum violarum drac.ij.quatuor ſeminum communium frigidorum excorticatorum vnc.j ß. Fiat decoctio in iij.vel iiij.℔.aquæ fluuialis,vel potiùs fontanæ, vſque ad cõſumptionem medietatis, & reſeruetur ad vſum. Si phlegma peccat, nihilominus phlebotometur, non tanta,ſed minori quantitate.

Aliud

Aliud digeſtiuum choleræ.

Recipe ſyrupi papauerini, violacei, añ. ℥ vj. aquarũ violarũ, nenupharis, endiuiæ, ana vnc. j. Miſce, detur antelucano tempore.

Aliud digeſtiuum choleræ.

Recipe ſyrupi de endiuia, ſyrupi violati, ana ℥. vj. aquarũ violarũ, nenupharis, endiuiæ, ana vnc. j. Miſce, vtatur vt ſuprà.

Digeſtio phlegmatis.

Recipe mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana drac. vj. aquarum endiuiæ, cichorij, fœniculi, ana vnc. j. Miſce, propinetur horis matutinis.

Euacuatio.

DEINDE euacuetur cholera cũ euacuatione potiùs leniẽte, quàm ſoluẽte, vtputa, recipiẽdo myrobalanorũ citrinorũ ℥ ß. prunorum num. x. tamarindorũ ℥ ß. violarum ſiccarũ M. ß. Fiat decoctio in ß. q. aquæ, ad cõſumptionẽ medietatis. Deinde recipe decoctionis iſtius q. ß. ad diſſoluẽdũ, caſiæ optimæ pinguis ℥. j. & drach. ij. vel tantũdem mannæ. Cui adde ſucci roſarum drach. j. ß. Et ſi volumus quòd ſit eradicatiuum, adde electuarij ſucci roſarum drach. j. ß. fiat vt alij potus. Materia phlegmatica euacuetur cum pilulis aureis Nicolai, vel cocciis. dando videlicet ſcrup. binos, vel drach. j.

Diuerſio.

DIVERSIO, ſiue euacuatio incipit à parte oppoſita, (alius codex habet,à parte propinqua, ſed cum euacuatione incipit à longinqua parte.) Fit aliquando diuerſio cum perforatione cutis, in poſteriori parte capitis,ex oppoſito oculorum,& ponitur in loco perforato cera, vel(vt in alio exemplari legitur)ſeta,quæ trahitur hincinde,vt materia effluat,& hoc miro modo iuuat,quod expertus eſt Leonellus,cuius ego ſum oculatus teſtis.

Prohibitio fluxus.

Linimẽtum ad prohibendum fluxum ad oculos. Recipe boli Armeni,ſanguinis draconis,acaciæ,roſarum rubearum,balauſtiorum,ana drach j.albuminis oui.q.ß. ad iſta incorporanda, deinde diſſoluantur cum roſarum aqua,& aceto,quod ſatis eſt,fiat linimentum circa frontem, & tempora. Item vinũ diſſolutionis maſtiches, & olibani,cũ albore ouali miſcendo,& temporibus applicando, mirè valet aduerſus humores fluentes ad oculos,& dentes:item contra dolorẽ temporum, qui fit ex fumoſitate aſcendẽte à ſtomacho ad caput. Item alio modo intercipitur fluxus, ſcindendo videlicet arteriam,& venam lacrymalem,& temporalẽ.

euacuat enim ex loco (inquit Auicennas) & confert ei, ſcilicet ophthalmico, ſi ſit humiditas multa ibidē: qualiter aūt arteria ſcindatur, docet iamiā allegatus author, tertia ſen primi tractatus, cap. 9. Et illuc recurrat chirurgus, hanc inciſionem aggreſſurus.

Auicēnas li 3. fen 3. trac 4. c. 24.
Idem lib. 3. fen 3. tracta. 1. capit. 9.

Repercuſsio.

INTENTIO alia eſt circa apoſtemata, & cauſam coniunctā. Primò igitur ſi eſt à materia calida, reprimatur cum rebus infrigidantibus, & ſtypticantibus: ſed repercuſsiua ſua duas habent conditiones. Prima eſt, ne infrigident infrigidatione nimia, quia cōgelarent oculum, & viſum auferrent. Secunda eſt, quòd confortent oculum In calida itaq; cauſa repercuſsiuum ſimplex eſt aqua roſacea, albumen oui, vel lac muliebre. Compoſitum repercuſsiuū tale eſt, vt hic ſequitur.

℞. Aquę roſaceę. ℥ iiij. albuminis oui bene cōquaſſati ℥ j. lactis muliebris ʒ ij. aliàs ℥ ij. De iſto liquore infundatur in oculo circa angulū lacrymalem. Vel ſic: Recipe de coto ad quantitatē orbitæ oculi, & infundēdo in dicto liquore, & poſtea liga ſuper oculū.

Repercuſsiuum, & anodynum.

Recipe mucilaginis pſyllii, tragacāthi, cydoniorū, ana ℥ j. lactis muliebris ℥ ij. albumen oui vnius, aquæ roſarum ℥ iij. Miſce omnia

omnia, & infundãtur petiæ in ea mixtione & applicentur. Et ad maiorem doloris ſedationẽ potes addere aquæ papaueris ſextantem: vel ſi non ſufficit, adde opii g̃. ij. vel iij. Sed non niſi vrgente maxima neceſsitate, ne congeles oculum.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe poma num. iij. Decoquantur ſub cineribus, quó ad ſint bene cocta, deinde recipe pulpã, & cum vitellis ouorum nu. iij. & modico oleo roſaceo, fiat emplaſtrũ, quod ponatur ſuper oculũ: ſedat enim dolorẽ, & oculũ confortat mirabiliter. In augmẽto autem apoſtematis competũt repercuſsiua, & reſolutiua, vnde fiat tale collyrium. Recipe aquæ roſarum, verbenæ, ana vnc. ij. mucilaginis fœnigræci, althææ, cydoniorũ, ana ℥ j Miſce, fiat collyrium arte. Item ad idem lac mulieris puellam lactantis ſolũ competit. In ſtatu autem vltra principium, plus competũt reſolutiua, ſicut fomẽtatio ex chamęmelo, anetho, & meliloto, ana bulliendo in aquæ q. ß. Valet ad idem aqua roſarũ, cum aqua fœniculi, vel euſraſiæ, & lacte muliebri, ana Miſce, pro collyrio. In declinatione competunt pura reſolutiua.

Cura ophthalmiæ frigidæ, quantum ad localia, Fomentatio.

℞. Roſarum rubearum, foliorum myrti, cham

chamęmeli, ana M.j. Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis. Deinde recipe ſpongiã paruam, quæ in dicta decoctione expreſſa, ſuper oculum ponatur, & non ſit multùm calida, ſed tepida, deinde remoueatur, & ponatur in decoctione, & hoc fiat ter vel quater.

In augmento fiat collyrium tale.

Recipe mucilaginis fœnigræci, gummi Arabici, ana ℥ j. ß. aliàs j. ℈ ſarcocollę nutritæ in lacte mulieris, aloes, ana ℈ j. vel ʒ j. Puluerifentur, & miſceantur cum prædictis mucilaginibus. Omnia diſſoluãtur in aqua roſarum, & fœniculi, ana ℥ j. ß. Bulliant vna bullitione, & fiat collyrium arte, quod oculis applicetur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe meliloti, chamemæli, roſarum rubearum, foliorum cupreſsi, ana M. ß. farinæ fœnigræci, & althææ, ana ℥ ß. Subtiliter puluerentur herbæ, & cum mucilagine pſyllii, & lacte muliebri q ß. Fiat emplaſtrũ, quod eſt conueniens in fine augmẽti, & ſtatus. In decremento, vel declinatione fiat hoc balneum & fomentatio. Recipe chamæmeli, meliloti, anethi, ſeminis lini, fœnigræci, ana M. j. vel ſemis. Contundãtur craſſo modo, pro fomentatione, & cum ſpongia fomentetur oculus, vt ſuprà dictum eſt.

Adiect.

Adiectitiæ medelæ.

ANTE omnia ſumantur hæ pilulæ ſub noctem, ſingulatim deuorando. Sume pilularum lucis aggregatiuarum, de hiera cõpoſita, ſingulorum ſcrupu. j. cum aqua fœniculi reformentur pilulæ nu. vij. vel ix. Poſſunt acui (ſi res poſtulat) cum gra. ij. vel iij. diagridii. De phlebotomia affatim tractauit Leonellus, quare ſuperuacaneũ foret de ea fuſius agere.

Collyrium expertum, quo ego vtor in calida dyſcraſia lippitudinis.

Recipe mucilaginis pſyllii, & ſeminũ cydoniorum, & tragacanthi, factæ cum aqua roſacea, dextantem, vel minus. Et cum albugine ouali fortiter agitetur, & addatur lactis muliebris, quadrans, ſiue triens, & fiat collyrium. Si velimus ſomnũ inducere ægroto, fiant iſtæ mucilagines cum aqua decoctionis papaueris albi & erit mirabile.

Repercutit materiam innoxiè, dolorem ſedat, & ſomnum placidum accerſit. Ego hoc epithematis inſtar adhibeo in cephalea, & bene facit. Quòd ſi vehementia doloris inſtet, & vrgeat, adiicio prædictis opii gr. iij. vel pluſculum, ceruiſiæ ablutæ, & mundatæ, ſucci coriandri, añ. parum. Miſce, fiat collyrium arte.

Hum

Humidæ lippitudinis cura expertiſsima.

Repreſsiuum pituitæ, & lacrymarum ad oculos fluitantiũ, & epiphoras. Recipe croci partem j. farinæ candidæ quàm tenuiſsimę partes ij. Excipiãtur oui albo donec mellis craſsitudinem habeat, quod in linteolũ illinitum fronti adglutinetur: vt compreſsis venis, tẽporalibus ſcilicet, & frontalibus, pituitæ impetum cohibeat, ſi crocus nõ eſt in prõptu, thure ſuccedaneo pariter vti poterimus. Linteolo etiam an goſsipio excipiatur, nihil intereſt. Nocturnũ epithema, pituita & lacrymas oculorum reprimẽs, oculóſq; glutinari prohibens, éſtq; anodynum expertũ.

Candidi panis interiorem partem ex vino, vel aqua roſarum ſylueſtriũ ſubactam, oculis ſuperimponito. Magis autem anodynum & indolorium fit, ſi pares vini, & alboris oui, necnon ſucci cicutæ, vel ſolatri, aut iuſquiami portiones admiſceas.

Emplaſtrum piperatum expertum in gelida intemperie odontalgiæ, & ophthalmiæ.

Recipe pollinis thuris, lomenti, ſeu farinę fabaceæ ex fabis torrefactis, melanopiperis pulti, ana lotonem ß. Miſce, cum albumine recentium ouorum, q. ß. fiat emplaſtrum liquidiuſculum. Extendatur ſuper aluta, & ſuperponatur.

Aphor

Aphoriſmi.

1 Si hyēs ſqualida, & Aquilonia fuerit, Ver pluuioſū, auſtraléq;, febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines. li. 3. Aph. 11.

2 Si autūnus Aquilonius ſit, & ſiccus, viris natura humidis, & mulieribus proderit: reliquis accident lippitudines, &c. lib. 3. Aph. 15.

3 Bruma exiſtente auſtrina, & nimboſa, Vere autem ſicco, & Boreali, xerophthalmiæ fiunt. 3. 13.

De debilitate viſus, Cap. XVI.

Definitio.

Gal. li. defi. medic.

EST viſiònis defectus, cùm acies ipſius obtuitus externè, vel internè læditur. Ea (inquam) conſpectus hebetudo, atq; offenſio multifariam ſeſe extendit. Porrò de communioribus oculorum vitiis agit Galenus in libr. definitionum Medicarum perpulchrè. Hūc ſuadeo, pie lector, citato loco ſtudioſè peruoluas.

Aphoriſmi.

1 Cōſtitutiones verò quotidianæ Auſtrinæ vertigines faciunt in oculis. 3. 17.

2 Dolores oculorū, meri potio, aut pyriæ, aut lauacra, aut phlebotomia, denique aut pharmacum ſoluit. 6. 31. & 7. 47.

3 Attendere autem oportet, & iudicia oculorū, & ſomnia. ſi enim quid albi appareat,

commi

commiſsis palpebris, non ex diarrhœa exiſtente, aut pharmaci potatione, malum eſt ſignum, & mortale valde.

Cauſæ primogeniæ.

Videlicet caſus, ictus, percuſsio, fumus, ignis, ventus, ſplẽdor nimius Solis, & fulguris, ſeu coruſcationis, vigiliæ inſuetæ, nimiæ ve, aër frigidus, turbidus, vſus opiatorũ, velut opium, mãdragoræ, hyoſcyami, vel cicutæ ſuccus oculis indecẽter inditus, item feſtuca, puluis, calx, viſio minutarum rerũ, vt apicum literarum, & phlebotomia nimia, item dimiſsio venæ ſectionis cõſuetæ: ſigna autem harũ cauſarum cognoſcuntur ex relatione patientis. Antecedentium cauſarum ſigna reperies in ſecundo Techni Galeni, & in Auicenna fen ſecunda tertii. Sunt autem antecedentes cauſæ mala complexio materialis, vel ſine materia, ſecundo Techni. 2. 3. Cerebrum, aliqui ſenſus, vt auditus, præcipuè olfactus ſunt diminuti, humiditas ſuperflua cerebri, expulſio ſuperfluitatũ cerebri ad oculos, vaporoſa, & copioſa diæta, mucꝰ narium, repletio capitis, craſsities faciei, incõſueta ſiccitas, actualis febris, vel fluxus vẽtris, vel fames, vel aliæ ægritudines præceſſerunt, habitatio ſicca, facies macra, vſus vaporoſorum, & craſſorum, ſomnus poſt cibũ

immediatè,dormitio calceatis pedibus,coitus ſuperfluus, paſsiones capitis, oppilatio nerui optici,cuius ſignum, oculi nihil mali habere videntur,cicatrix, vel macula patet ad viſum. Spiritus animalis ſi eſt multus,& clarus,vt æther,remotiſsimè videbit & perfectè ſecernet(aliàs diſcernet)Galenus pri. mode Accidente,& morbo.Si autẽ paucus, & clarus, propinqua bene videbit, longinqua autem nõ.Si multus,& craſſus,videbit longinqua, non tamẽ ea ſecernet.Si craſſus & paucus,nec videbit longinqua,nec ea ſecernet,nec propinqua videbit.

Præſagia.

1 DEBILITAS viſus,vel ablatio(aliàs obnubilatio)eius veniens cum cicatricibus,eſt incurabilis.

2 Debilitas,viſus accidens poſt euacuationem,vel ægritudines, & famem, vel coitũ, & ſimilia,reſtaurato corpore,viſus etiam vigoratur.

3 Senes natura cadunt in viſus debilitatem.

4 Gutta ſerena dicitur, quãdo quis nihil videt,apparet tamen aliis ꝙ videat,quoniam oculos habet claros,in quibꝰ nihil apparet. Et fit hęc ablatio propter neruorũ opticorũ oppilationẽ,& alias cauſas: de quibus Auicenna tertia tertii fen tractatu 4.cap.2.

Min

Minoratio.

INDEBILITATI viſus ab humore phlegmatico,per communitatem, in capite, & à ſtomacho minoratiuum. Recipe pilularum cocciarum, pilularum de hiera Nicolai,ana ℈ j.& grana v.(aliàs omittuntur grana v.)cum ſyrupo de ſtœchade,fiant pilulæ v. Dentur poſt cœnam, per quatuor horas.

A materia phlegmatica per oppilationem nerui optici.

Recipe pilularum de hiera ſimplici, agarici trochiſcati, ana ʒ ſemis. Fiant pilulæ v. cum ſyrupo de ſtœchade, denter ſero poſt cœnam.

Digeſtio.

DIGESTIO materiæ ſi eſt ab humiditate. Recipe ſyrupi ſtœchaditis, mellis roſati colati,oxymelitis ſimplicis,ana ℥ ß.aquarū betonicæ,rutæ,abſinthii,ana ℥ j.Miſce,detur ante diem per horam, reiteretur quinque vel ſex vicibus.

Digeſtiuum in oppilatione nerui optici.

Recipe mellis roſati colati,ſyrupi ſtœchaditis,oxymelitis ſimplicis,ana vnc.ß.aquarum betonicæ,fœniculi, eufraſię,ana vnc.j. Miſce,datur vt alii.

Eradicatio.

FACTA digeſtione in proueniente ab humiditate, detur iſta medicina eradicatiua, in forma pilularum. Recipe pilularum cocciarum, pilularum hieræ Nicolai, pilularum lucis, añ. ℈ j. b. p. Fiant pilulæ viij. cum ſyrupo ſtœchadite: dẽtur facta euacuatione, per ſex horas: detur lauatiuum ex brodio non ſalito, cum ſaccharo rubeo.

In forma potabili.

Si autem patiens mallet in forma potabili, fiat ſic: Recipe florum boraginis, bugloſſæ, violarum, ana manip. ſemis, paſſularum enucleatarum, liquiritiæ, ana vnc ß. ſtœchadis Arabicæ, radicis acori, an. drach. j. eufraſiæ ʒ j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis. De colatura recipe q. ß. ad diſſoluendum, diacatholiconis drac. v. diaſenæ, aliàs diaphœniconis, drach. ij. electuarij Indi maioris, eleſcoph, añ. ſcrupu. ij. Miſce, fiat potus.

In oppilatione nerui optici eradicatiuum.

Recipe pilularum cocciarum ʒ j. Fiant pilulæ vij. dentur mane. Vbi ægritudo non remouetur, addatur ſupra ſcripto ſyrupo in digeſtione, oxymelitis ſcillitici: & pilulis iſtis adde pilulas fœtidas.

Diuer

Diuerſio.

IN prouenientc ab humiditate, fiant fricationes à coxis,& brachiis,materias trahẽtes & vapores ad interiora,ne repant ad caput, & oculos,& deorſum ligaturæ fiant,& ponantur ventoſæ in dorſo,& vt depónatur materia à capite,fiat maſticatorium,ex maſtiche,paſſulis,& pipere. Caputpurgium, & ſternutatoria non cõueniunt, quia trahunt materiã verſus oculos. In oppilatione etiam diuertatur materia à neruo optico cum maſticatoriis,& gargariſmus,& trahatur materia ad os,& expuatur,non autem cũ caputpurgiis,quia trahunt materias ad nares.

Si autem iſta non conferrent, fiat cauterium ſupra commiſſuram coronalem. vt attrahatur materia, & fiat in poſteriori cerebro,in nucha,vbi cõiungitur collum capiti, & ſupra os baſilare. Deinde ſumatur hoc electuariũ. Recipe diacori ℥ j. diambræ ℥ ß. Miſce. Supra commiſſuram coronalem fiat ſacculus. Recipe betonicæ,maioranæ,ſtœchadis Arabicæ, radicis acori, pulegij,ana manip. ß. Pulueriſetur incraſſando, & fiat ſacculus,qui applicetur.

Confortatio.

PRO confortatione ſtomachi, & capitis, ne generetur materia phlegmatica,fiat ele-

ctuarium pro ſtomacho. Recipe cinnamomi electi ℥ j. & ℈ j. caryophyllorũ, ligni aloes, macis, ana ℥ ß. zingiberis ℈ ß. aniſorũ ℈ j. Pulueriżentur ſubtiliter, & cum ſaccharo taberzeth diſſoluto in aqua abſinthij, fiat cõfectio ſolida in rotulis, quarum quælibet ponderet ℥ iij. De quibus recipe vnam ante prandium, per quatuor horas.

Inungatur ſtomachus ſic.

Recipe olei de ſpica, maſtiche, abſinthio, an. ℥ ß. cinnamomi electi, ligni aloes, galangæ, coralliorũ rubeorũ, coriandrorum præparatorum, ana ℈ j. Pulueriżentur ſubtiliter & cum modico ceræ fiat vnguentum.

Electuarium confortans cerebrum, & ſtomachum, & extremitates in cauſa phlegmatica.

Recipe diacori ℥ j. ß. diamoſchi dulcis, diambræ, ana ℨ ij. Miſce, de hoc recipiat, quãdo vadit dormitum, ad quantitatem caſtaneæ. Pro confortatione oculi fiat hoc electuarium, quod laudat Bauerius. Recipe electuarij Humayn, in deſcriptiõe Meſuci, capite de ægritudinibus oculorum, circa principium, vnciam vnam ſemis, aromatici roſati, ſacchari roſati, ana vnciam ſemis. De iſto accipiat mane, & ſero ante cibum, ad quantitatem caſtaneæ.

Collyrium confortans oculos, reſoluens humiditates, & clarificans viſum.

℞. Aquarũ rutæ, eufraſiæ, betonicæ, ana ℥ j. ß. tutię præparatę ʒ j. ſarcocollę nutritæ in lacte mulieris ℈ j. caryophyllorũ pręparatorum, aloes hepatici, ana ℈ j. coralliorũ rubeorum ℈ ß. Puluerizentur ſubtiliter, & cũ pręd ictis aquis bulliant vna ebullitione, & fiat collyrium. De quo ponantur in oculis duę vel tres guttæ, pro vice. Si autem debilitas viſus prouenerit à nimia ſiccitate, & inanitione, fiat hoc electuarium reſtauratiuum. Recipe amygdalarum dulciũ, fiſticorum, ana ʒ ij. pinearum præparatarũ ʒ ij. ſeminis papaueris albi, endiuiæ, ana ʒ ß. pulparũ ſebeſten, penidiarũ, ana ℥ ß. diabuglosſati, diaboraginati, ana ℥ ß. ſpecierum aromatici roſati ʒ j. carnium pulparum caponum, aut perdicum, ʒ iij. penidij cum ſeminibus (aliàs ſpeciebus) piſtentur bene, & incidantur bene in mortario, deinde addantur electuariũ, & ſpecies, & de nouo piſtentur, carnes verò ſubtiliſsimè piſtentur, incidantur, & prædictis addantur: & cũ ſaccharo tabarzeth diſſoluto in brodio carniũ illarũ q ß. addito prædictis rebus fiat electuarium. De quo recipiatur cochlear vnum mane, ante cibum per quinque horas. Ad remouendam pelliculam oculorum, accipiatur

tur ouum recens,vel eodem die natum, & aſſetur,& ſuperponatur.

Additamenta propria.

HEBETVDINI viſus medetur aqua violarum,pulegij,florum plantaginis,latifoliç, conſolidæ mediæ,rutæ eufraſiæ,maioranç, roſarum,valerianæ, oculos frequenter his eluendo. Ego luſcium quendam curaui ſola illinitione ſucci chelidonij. Item irroratione aquæ calchæ ceruleç,& florum ſambuci. Ad idem valet collyrium paratum ex puluere thutiæ pręparatç,& lapide calaminari,miſtum cum ß.q.aquæ fœniculi.

Experimentum proprium.

Sumatur hydroteis,id eſt,lacrymalis ſucci de vite alba ß. menſura, imponendo de carabe cãdido quantitatem iuglãdis, & inſoletur per quinque dies, vel per integrum octiduũ,de quo parũ ĩſtiletur oculis. Idẽ fieri poteſt cũ aqua florũ anemones,& ſuccino in ea diſſoluto,& prædicto modo vſurpata.

De Catarrhacta & aqua deſcendentę in oculos, Cap. XVII.

Definitio.

CAtarrhacta, eſt catarrhus ex alto defluens,aliàs ſuffuſio dicta,& imaginátur ſe videre res nigras interdiu, eiuſmodi morb

morbo adfecti. Omnis oppilatio aquoſa in oculo, quæ prohibet trāſitū ſpecierum obiectarū ad oculos, apparēs inſpicienti, propriè eſt catarrhacta. Et ſic ſemper erit in partibus ante cryſtalloidē, & nō poſt: quoniam illa non impediret tranſitum ſpecierum ad oculos, & generatur per viam defluxus, vel paulatinę congeſtionis. Quādo autem hæc ægritudo, (& alia, quæ eſt muſcarum) & quibuſcunque aliis miſcetur, imaginatio per eſſentiam in oculo fuerit, difficulter tunc curatur, vt inquit Rhazes.

1 In principio vocatur imaginatio, quando autem currit, & apparet aliquantulum illa tela dicitur aqua deſcendens.

2 Quādo incipit firmari, tūc dicitur gutta.

3 Quando autem eſt confirmata, vocatur catarrhacta.

Tametſi ponatur cura à Guainerio Placentino, & Valeſco, tamen nemo auſit attētare, niſi priùs diſcipulus fuerit, & magiſtrū frequenter viderit operari, propter periculum nobilis, & delicati mēbri oculi. Quantò animalia ſunt velociora, & calidiora, & ſicciora, tantò eorū fella magis conueniunt in catarrhacta, licet cū magna cautela ſint ponenda. Poſſent enim nimis exiccare, & humores oculi reſoluere, quia à principio leuioribus innitendum.

Remouetur catarrhacta tribus modis.

1 Primò cum acu ferrea, vel plumbea, incuruata, & hoc apud Placentinum, Guidonem, & Arnaldum, quos lege.

2 Secundò cum acu acuminata, incuruata, perforata per longũ, qua impoſita ſupra catarrhactam, attrahit eam in vacuum.

3 Tertiò cauteriſando frontẽ ſupra oculum, ita quòd abſcindatur fluxus, & exiccetur catarrhacta, & corrugetur etiam. Hoc lege apud Guidonem, & iſte modus eſt melior. Pòſt lege Aphoriſmos infrà.

Aphoriſmi.

1 SIQVIDEM hyems ſicca, & Aquilonia fuerit, ver verò pluuioſũ, & auſtrale, neceſſe eſt æſtate lippitudines, quas Græci ophthalmias vocant fieri, Aphor. 11. lib. 2.

2 Si verò hyems auſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit, ver autem ſiccum, & Aquilonium, lippitudines ſiccæ fiunt.

3 Si autumnus Aquilonius, ſiccus, quæ naturã habent humidiorẽ, & mulieribus confert, reliquis verò erunt lippitudines ſiccæ.

4 In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, oculorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.

5 Quotidianæ cõſtitutiones Aquiloniæ quidẽ, oculos mordent, vertiginem faciunt, oculis,

oculis atque corporibus difficulter motum præſtant.

6 Aeſtate,& lippitudines oculorum, &c. lib.3.Aphor.21.

7 In febre non intermittēte,ſi oculus, vel ſupercilium peruertatur, vel non videant, iam debili exiſtente corpore, iam mors eſt proxima,Aphor.49.lib.4.

8 Quicunque in febre, vel in aliis morbis ſpōte lacrymatur,nihil abſurdum. Qui verò non ſponte,abſurdius. Aphor.52. lib.4.

9 Lippientem alui profluuio corripi, bonum.Aphor.17.lib.6.

10 Dolores oculorum meri potio,aut balneum,aut venę ſectio,aut medicamentum epotum ſoluit.Aphor.31.lib.6.

11 Oportet verò conſiderare oculorum in dormientibus ſuſpectiones: nam ſi quid album commiſsis palpebris ſubinſpicietur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potiōe iſtud cōtingat,malū eſt.Aph.52.li.6.

12 Dolores oculorum poſt meri potionem,& aquæ calidæ balneum,venę ſectione curato.Aphor.47.lib.7.

Additamenta propria.

Hic morbus oculorū ſubfuſio à nonnullis nomenclatur, & vulgò catarrhacta. Hæc paracenteſi curatur. Eſt autē παρακένθησις, quæ

quæ manu fit à chirurgis,dum curari aliter morbi nõ poſſunt. Vngitur priùs locus,deinde vel acus,vel hamulus infigitur. Idq́ue paracenteſis dicitur. Item ſi recens eſt malum,nec vſque adeo craſſum, præmiſsis vniuerſalibus, adhiberi poſſunt collyria ad hoc deſeruientia. Quorum aliquot hic ſubnectam paradigmata. *Collyrium.*

℞. Salis Armoniaci ℥ j. aquæ puræ ℥ vj. Tere ſalem,& cõmiſce vnà cum aqua,mouendo vt diſſoluatur ſine igne ad batillum barbitonſorium,& permitte ſic ſtare per noctem,pòſt de mane habebit cutim in ſuperficie, quam abſtrahe, & cola aquam per pannum ſpiſſum. Tunc accipe ℥ j ſacchari candi,tere,& ſolue in eadem aqua,quo ſoluto diſtilla per filtrum toties, vt aqua clareſcat,& remouebit pannos oculorum.

Aliud.

℞. Aquæ deſtillationis, vel decoctionis tormentillæ quartale j. In quo diſſolue fel anguillæ ſeu viperæ aut aſchiæ. Ponatur in vaſe cupreo, & ſuperponatur operculum, æreum,vel cupreum, & deſodiatur in fimo calenti,ſtet inibi per triduum, pòſt effodiatur,& oculis inſtilletur. Ad idẽ valet aqua, vel ſuccus chelidonij,ſi irroretur.

Aliud.

Recipe carabæ magnitudinem duorum

eruil

cruiliorum, & ſuperfundatur aqua elambicationis florum anemones, quæ irroretur.

Aliud.

Aqua item deſtillationis ziniar, chalcanthi, thuciæ, aſthmatis vitri, zegytis daphnidum, & camphoræ, extirpat omnem catarrhactam, & viſus obfuſcationem.

Puluis ad idem.

℞. Aſthma vitri ʒ j. Igniatur in tudicula ferrea, & extinguatur cum vino, pòſt teratur, & oculis parum ex hoc puluiſculo inſpergatur mane, & ſero.

Aqua vitalis, præter alias virtutes, oculis pretioſa valde.

℞. Zingiberis, cinnamomi, caryophyllorum, nucis muſcatæ, granorũ paradiſi, ana. ℥ ß. foliorum ſaluiæ libram j. cardamomi, cubebarum, maſtiches, galangæ, roriſmarini, maioranæ, lauandulæ, meliſſę, betonicę, ana ʒ. ij. Infunde omnia pulueriſata, & bene cõtrita, in vino optimo, libras nouem. Vel in vino deſtillato, in vaſe vitreo, & vinũ ſupernatet, per decẽ dies, fiat deſtillatio. Iſtius deſtillationis binæ, ſeu ternæ guttæ catarrhactaroſis luminibus infuſæ in hoc caſu certiſsimũ præſtãt auxiliũ, nec adeò excruciat & mordicat hęc inſtillatio, ſicuti alia collyria, ex metallicis, & minerariis reb⁹ cõfecta. Quòd ſi ex prędictis collyriis acrioribus.

tibus,oculorum exhulceratio,& vehemens. dolor commoueretur,compeſci poterit his medelis Recipe luteum oui recens nati j.& micę panis parum.Item lactis muliebris q. ß.Miſceantur,& incorporentur,& applicetur oculis ad modū emplaſtri. De hac rė vi de latiùs Marcum Gatinariū capite ꝓprio.

De Otalgia & aurium apoſtemate, Cap. XVIII.

AVrium dolorē Græci otalgian vocāt. Secus aures naſcuntur aliquādo apoſtemata,Græco vocabulo parotides dicta.

Aphoriſmi.

1 QVIBVS bilioſæ deiectiones ſuperueniente ſurditate ceſſant,& quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus,ceſ ſat.Aphor.28.lib.4.

2 In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus,vel caſus,vel ſupercilium peruer tatur vel nō videat,vel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horū euenerit,mors proxima eſt.Aphor.49.lib.4.

3 Quibus in febri aures obſurduerunt, ſanguis è naribus fluens, aut aluus turbata morbum ſoluit.Aphor.60.lib. 4.

Cōplexio auris & materia (aliàs natura) frigida, & ſicca. Cōponitur enim ex cartila ginibus, neruo, & pellicula, licet influens

com

complexio ſit calida,propter affluxum mul torum ſpirituum ad aures. Licet nerui defe rentes ſenſum ad aures non vniantur,& arceantur(aliàs terminētur)in medio * tamē vnus ſonus duo ſoni apparet. Sufficit enim iſtos neruos in radice,&origine coire. Vnde vnus tantùm ſonus præſentetur ſenſui cōmuni. In apoſtemate auris calido,(aliàs cu rando)in principio vero. Primò quòd ſi apo ſtema ſit extra aurem, non conueniunt repercuſsiua: quia auris eſt membrū ignobile,ratione cerebri,ſed facere repercuſsionē à membro ignobili ad nobile,vel ab extrinſeco ad intrinſecū, verſus nobile eſt malū. Volunt tame aliqui, quòd Valeſcus authori tate Galeni in megategni particula xiij.referat,quòd repercuſsiua hic competūt, ſed hoc poſt phlebotomiam & purgationem. Secundò aduertēdum,quòd antequam venias ad repercuſsiua, vbi dolor ſit valde fortis,priùs ſeda dolorem. Vnde illud Auicennæ,quarta primi: Cùm ad diuerſum trahere volueris, dolorem priùs ſeda. Hoc enim obſeruato,mēbrū ab apoſtemate & tumore præſeruabitur vlteriori. Tertiò notandum, quòd in nimietate doloris auris non ſolùm frigida debent poni,ſed etiam narco tica, & quæ auribus applicantur, debēt eſſe tepida. Sed narcotica non ſunt frequentan-

*Aliàs non tamen.

da,

da, quia grauitatem auditus operantur.

Cura.

SEDANTIA dolorem calidum,in apoſtemate calido.℞.Albumen oui,lactis mulieris puellam lactantis, ana. Iniiciantur in aurem guttæ aliquæ, & circuncirca aures ponatur petia intuncta iſto liquore. De quo vide Galenum in libris Alimentorum.

Aliud ad idem.

Recipe olei roſatū,aceti,ana ℥.ij.Cōquaſſentur, & miſceantur inuicē, pòſt bulliant ad ſumptionem aceti, dehinc iniiciatur in aurem,& ſimiliter ponatur circa aurem.

Aliud ad idem.

Recipe olei nenupharini,roſacei,ana ℥ *j*. ſucci ſolatri, ſemperuiuæ, ana ℥ *ß*. Miſce, applicetur vt alia.

Aliud fortius,ſi prædicta non contulerint.

Recipe olei de ſemine papaueris ℥ *j.ß*. camphoræ:opij,ana g̃ ij. Pulueriſentur, & cum oleo miſceantur.

Aliud compoſitum ad idem, per modum linimenti.

Recipe olei nenupharini,olei roſati, ana ℥ j.mucilaginis ſeminis pſyllij,cydoniorum, ana drach. vj. lactis mulieris puellam lactantis vnc.j.ſucci (aliàs ſeminis) papaueris, vel ſolatri, ℥ *ß*.Omnia ſimul bene agitentur,

tentur, & aliquid auri iniiciatur, & aliquid circa apponatur. Si vis in forma emplaſtri, adde iſti farinam ordei q.ſ. ad incorporandum.

Aliud emplaſtrum Meſuei.

Recipe lenticulæ aquaticæ M.ij. medullæ panis infuſ. in lacte mulieris vnc.iiij. Piſtetur herba cum medulla panis prædicta, & reduc in formam emplaſtri.

Sedantia doloris frigidi.

VBI autem dolor eſſet à materia frigida, ſedãtia ſunt iſta olea: Oleum de ſpica, ruta, lilio, ſampſucho, coſto, amygdalis amaris. Et quæcunque calida ſcilicet, & ſicca olea, cũ cepis hæc præparari debent hoc modo.

Recipe cepe album, cõcauetur, deinde in concauitate ponatur aliquid oleorum iſtorum, ſuper aures (aliàs cineres) ponatur calidè, & in oleo iſto recipe rutam, & abſinthium in modica quantitate, & parum piperis, bulliat oleum iſtud, & ſic deinde extrahatur, & iniiciatur circa aurem.

Aliud, quod Leonellus expertus eſt.

Recipe panem porcinum, & ſimiliter concaua, ſicut cepe, & pone in ipſo olei coſtini, rutacei, ana vnc.j. pyrethri, coſti, ana ℈ ſ. Pulueriƶetur, & miſce cum dicto oleo, vt ſuprà, & vtere.

Fomentatio ad idem.

Recipe maioranæ, rutæ, menthaſtri, ſtœchadis Arabicæ, chamomillæ, meliloti. ana M. ß. Bulliāt in ß. q. aquæ & vini, ad conſumptionē tertiæ partis, deinde infundatur ſpō gia. q̄ expreſſa ponatur ſup aurē. Item conuenit ponere aurē ſupra vaporē iſtius aquę.

Aliud Leonelli expertum.

Recipe vermium, qui ſunt medij, ſicut media faba, numerō xx. vel circa, fiat bullitio in oleō oliuæ immaturæ, deinde inunge circum circa aurem, & iniiciatur aliquid in aurem. Ad idem valet oleum lumbracinū, eodem modo, quo ſuperiùs vſitatum.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, maiorane, origani, calāmenthi, radicū althææ, ana M ß. Bulliāt omnia in ß. q. aquæ, vſque ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur ſorbæ in mortario. Cui adde ſequentia: Farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ana vnc. j. ß. Similiter bene miſce, & cum oleō amygdalarum amararū & rutæ ß. q. ad impinguandum, & fiat emplaſtrum, calidè auri apponendum, hæc pro doloris ſedatione.

Maturatio apoſtematis calidi.

Recipe farinæ hordei libram ß. rob de ſapa vnc. vj. vel vij. butyri vnc. j. Bulliant omnia ſimul, & reduc ad formam emplaſtri.

Aliud,

Aliud, quo vſus ſum in apoſtemate miſto. ℞. Chamomilæ, meliloti, maluæ, radicis althææ, lilii, ana M.ß. Farinæ fœnigræci, ſeminis lini, ana vnc. j.ß. adipis gallinæ, butyri, ana vnc.ß. Herbæ & radices decoquãtur in aqua, perfecta decoctione, piſtentur, addantur prædictis farinæ, & bene iterum miſce, deinde adeps, & butyrũ liquefiat, & cætera imponantur, quouſque veniat ad formam emplaſtri, quod calidè apponatur ſupra aurem pannus lineus. Hoc emplaſtrum maturat, reſoluit, & ſedat dolorem.

Maturatiuum aliud.

Recipe cepe albũ j. Decoquatur in aqua, perfecta decoctione, deinde cum butyro, in ß.q. aquæ piſtetur, & aliquid auri apponatur. Hoc mirabiliter maturat, & ſedat dolorem. Butyrum enim mirabile eſt in maturatione apoſtematis aurium.

Ruptura apoſtematis.

Maturato apoſtemate, veniendum eſt ad rupturã. Incidatur ergo laureola: vbi autem non apparuerit apoſtema, propter profundationem fiat emplaſtrum ſequens Recipe decoctum cepe, vt ſuprà, piſtetur cum butyro, vt ſuprà, & addatur eidem fermẽtũ, quo fermentatur panis in ß.q. fiat ruptorium. Si aũt non rumpetur, addatur huic emplaſtro aliquid fimi columbini. Poſtquã ruptũ eſt

curetur cura hulcerum, de qua nūc dicetur.

Cura hulceris.

AD hāc valēt medicinę corroſiuę, abſterſiuę, ĩcarnatiuę, cōſolidatiuę, & cicatrizatiuę.
1 Corroſiua, eſt calida, & ſicca in quarto.
2 Abſterſiua, eſt calida in primo, cum ſubſtantia ſubtili.
3 Incarnatiua, eſt ſicca in primo. In actiuis declinat ad temperiem.
4 Conſolidatiua, eſt ſicca in ſecūdo, in actiuis temperata, reſpectu vulnerum.
5 Cicatrizatiua, eſt vt cortex pini.

Hulcera aurium.

In cura hulcerum aurium debes magis exiccatiuis vti, quoniā complexio aurium naturaliter ſicca eſt, quam cuſtodire debemus. Corpori naturaliter ſicco ad humidū lapſo magis ſicca competunt, quàm corpori naturaliter humido lapſo ad humidum: quia ſemper debemus conſeruare complexionem naturalem membri. In apoſtemate aurium ſi dolor fortis fuerit, ſignificat mortē infirmi, ex acuitate eius, ſicut ſuperuenit ei tortura oris propter aurium ſiccitatem, euenientē propter abundantiam vigiliarū, ſubueni ei cū immiſsione in aurē cum oleo de vitellis ouorum, quia incontinenti remouet dolorem, & præparat exitum ſaniei.

Auenz.

Auenzoar Theiſir lib.j. tract.xlj.cap.j. Nunquam multa quantitas auri imponenda, imò niſi gutta vna, aut duæ ad plus, &c.

Additamenta propria aduerſus aurium dolorem.

DISSOLVATVR adeps anſerinus, aut gallinaceus, & adiecto lacte muliebri auribus calidè immittatur.

Aliud.

Fiat fomentatio per embotū, cum decocto piloſellæ, deinde fundatur pix ſoluta ad ignem ſuper coto, & calidè applicetur auri dolenti. Poteſt etiam inſtillari ſuccus ſymphoniacæ tepefactus, cum oleo roſaceo. Si dolor ſit ex calore, iniiciatur auribus rhodinum, cum albumine ouali concretum, vel oleum roſeaceū, cū lacte muliebri, vel cum ſucco cucurbitæ, ſolatri, coriandri, vel oui albo, vel aceto. Ad idē valet oleum muſcelinum, laureū, rutaceū, amygdalinū amarū, violaceū, papauerinū, auellanaceū, & nardinū, item petroleū cū croco, liliaceū quoq;. Oleum roſaceum cum camphora, & lacte muliebri inſtillatū, iam dictis effectu correſpondit. Itē limaciæ frixæ in oleo amygdalino dulci. Oleum nenupharinū, miſtum cū modica aqua ſolani, vel ſine. Item rhodinū, cum aceti momento decoctum, & infuſum.

Denique ſeſamelæõ, ſi non eſt magna calliditas, deinde adeps anatis, aut gallinæ, aut medulla vituli, cum mucilagine fœnigræci, & ſeminis lini. In vltima demum neceſsitate admoueãtur narcotica: nimirum opij exiguum cũ lacte mulieris, caſtorio, & croco. Vel adhibeatur embrocha, cum myracopo populneo, & aliquamento fibrinorum coleorum parata, & guttatim irrorata. In hoc caſu cõpetit œſypi ceratum, auribus illitum vel ſuperimpoſitum.

Emplaſtrum optimum in omni apoſtemate aurium calido, mitigans & maturãs egregiè.

Recipe volatilis molendini ℥.iij. granorũ pini, mucilaginis fœnigræci, lini ana ℥.j. ceruſſæ, lithargyrij, thuris, ana tantundẽ, aceti albi vnc.ß. Conficiantur omnia cũ oleo ſeſamino, aut axungia porcina recẽti. Ponatur tepidè ſuper aurem. Apoſtemate ad maturationem deducto, quę etiam fieri poteſt cum farina triticea, linoſpermate, polline telino, cum pinguedine gallinæ, anatis, radice maluæ, vel althææ, & oleo chamæmelino inſtar cataplaſmatis adhibita, ſic ꝓgrediendum erit: Sanie promanante colluantur aures cũ mulſa tepida, & extergãtur lana molli, & inſtilletur cedria, miſta melle. Item crocus, & aloe reſoluta cum ſapa. Piſſelæon calidè

lidè infuſum, purulẽtis aurib' apprimè con ducit. Itẽ recipe cepe, alliũ, ana num. ij. vel iij. vel vnum magnũ ſolũ. Elixentur, & conterantur cum butyro, & vtere ſuperemplaſtrãdo, valet ad acuta apoſtemata quęlibet.

De angina, ſiue ſynanche,

Cap. XIX.

Definitio.

SYnanche Græcè, angina noſtris dicitur, quæ vulgò perperam ſquinantia vocari ſolet, quod nec Latinum, nec Græcũ puto. Eſt autẽ ſynanche gutturis abſceſſus ſtrangulatiuus, ni tempeſtiuè ſuccurratur. Dicitur eadem & angina, eò quód angat fauces. A multis etiam tonſillæ dicuntur, tametſi quidam differenter eam diſtinguant.

Cauſa.

CAVSAE primitiuæ ſunt calor, frigus: boreas poſt auſtrũ, medicina fortis, & venenoſa, vt veratrũ candidum, proprietas cibi comeſti, vt fungi, qui ſunt anceps cibus, nec eſui mundus. Cauſæ antecedentes, vt multitudo humorum, repletio, humor à capite deſcendẽs, vapor ab inferioribus eleuatus, rheuma, ægritudo præcedẽs, vt febris continua, phreneſis, apoſtema vuulæ. Signa ex humoribus ſumẽda, ſunt iſta: Sanguinis ſigna: pulſus plenus, & vndoſus, conſtrictio

anhelitus, rubedo in lingua. Phlegmatis: multa humiditas in ore,& viſcoſitas, quod ſi eſt corruptum,& putrefactũ, adeſt vapor ſalſus:& ſi nõ, ſaltem apparet in ore inſipiditas,& lõga extractio,ſi eſt viſcoſum. Cholerę: minor cõſtrictio anhelitus, citrinitas in lingua. Melancholiæ:ſapor acetoſus, color cinericius,paulatim accidit.

Aphoriſmi.

1 AVTVMNO magna pars æſtiuorum, atque etiam febres quartanæ,& erroneæ, lienes,aquæ inter cutẽ,tabes, ſtillicidia vrinæ, leuitates inteſtinorum,coxendices,anginæ, anhelationes,voluuli,comitiales,atrę biles, furores. 23.3.

2 Si febricitãti nullo tumore fauciũ, ſtrangulatio accidit ſubitò,lethale eſt. 34.4

3 Si febricitanti collum peruertitur, vt vix deuorare poſsit,ſine vllo colli tumore, mortiferum eſt. 37.4.

4 Qui anginam,aut tolles,euaſerunt, his in pulmonem abſceditur, & intra ſeptimum diem moriuntur: ſi tamen hos dies euaſerint,ſuppurantur.

5 Ab angina detento, ſi tumor & rubor in pectore ſuperuenit, bonũ. Foras enim morbus decedit. 38.6.

6 Si à febre habito tumore non exiſtente, ſuffoc

ſuffocatio de repente naſcitur,vt deglutire non poſsit,mortale.60.7.

Prognoſtica.

Fauces dolētes tenēs(aliàs tenues)cum quadā difficultate ſtrangulantes, velociter exitiū adferunt.Hipp.lib j. Prognoſticorū. Angina hyemalis ſemper eſt phlegmatica.

Cura.

CVRATIO ſynanches fit primò materiam euacuando,quæ ſtat ſub forma cauſæ antecedentis,prohibendo fluxum ipſius,& diuertēdo ne fluat ad locū apoſtematum. Secundò perficitur tantummodo habendo reſpectum ad cauſam coniunctam , & ad ipſum apoſtema Prima igitur intentio inchoanda eſt cum phlebotomia : ſiquidem angina vel pendet à ſanguine ſolo, vel aliis humoribus ſanguini mītis Volūt enim plerique; Medicorum quòd venæ ſectio competat in omni ſpecie ſynāches.De hac re conſule Mattheū Gradenſem,Valeſcum, Gatinarium,& Iſachum,& reliquos,quorum talis eſt vnanimis conſenſus, & opinio, ſi repletio ſit magna,& in toto corpore,& huiuſmodi apoſtema ſynanchicum proueniat ex retentione ſanguinis menſtrui in fœminis, vel hæmorrhoidalis in viris, tunc fiat phlebotomia venæ ſaphenæ, vel cōmunis,

ſed hoc rarò cõtingit. Ideo cõſuetius eſt ꝙ primò fiat ſectio cephalicæ lateris oppoſiti. Facta iſta phlebotomia manè, requiſitis ad hoc conditionibus habitis, videlicet ſi virtus conſtet, ætas permittat, ita vt ſi patiens nec puer ſit, nec capularis, nec prægnans, veſperi fiat phlebotomia venarum ſub lingua. Præter hoc materia faciens anginam debet prohiberi, ne fluat ad locum apoſtematis, vnde teneat in ore ſequens electuarium ad quantitatem caſtaneæ. Recipe lohoch de papauere, diatragacanthi frigidi, aná ℥.j. Miſce. Hoc incraſſando humorẽ, prohibet deſcenſum eius ad guttur.

Pilulæ reſtrictiua fluxus in branchocela, & angina, item in catarrho.

Recipe thuris, maſtiches, ſtyracis calamitæ, glycyrrhizæ, paſſularũ enucleatarũ, tragacãthi, gummi Arabici, ana ʒ.j. Cõficiantur cũ hydromelite. Aliqui prædictis aſſociant ambram, & eſt in hoc caſu multũ conueniens. Aequè conueniũt pilulæ Meſuanæ catarrhales, ſub nomine pilularũ ad omnes morbos catarrhi, ſicubi compoſitioni earũ, ladanum, bolus, & rhodomeli, vel myrtei ſyrupi quidpiã adiiciatur. Doſis ſit vna, eruilis quantitatis, nocte cubitũ eundo. Hoc facto diuertatur etiam materia ipſa, primò cũ clyſteribus leuibus, & cõmunibus, puta ex de-

coctio

coctione herbarũ malacticarũ ℥. xv. ſaccha ri. caſiæ, aã ℥. j. olei violati ℥. iij. ſalis ʒ. ij. Et fiat enema. Pro diuerſione etiam fiant frica tiones à ſpatulis incipiendo & brachiis, trahendo ad inferiora, ponantur vẽtoſæ ad ſpa tulas, & nates. Itẽ fiat ligatura circa adiutoria brachiorũ, & coxarũ, poſt phlebotomiã per diẽ vnam, quia ex phlebotomia ſæpius excitatur cholera. Detur ergo iſta medicina eductiua choleræ. Recipe paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, aã ℥ ß prunorũ Damaſcenorũ num. x. tamarindorũ ℥. ß. iu iubarum, nu. x. Bulliant hæc omnia in ß. q. aquæ ad conſumptionem medietatis. Et de colatura recipe vnc. iij. in quibus diſſolue caſiæ nouiter extractæ ℥. j. ß. Miſce, & fiat potus, qui exhibeatur ante diẽ per horam.

Notio.

Et ſit canon iſte in euacuando, quòd in hoc caſu medicinæ euacuantes exoluendo dimittantur, & hoc eſt quo ad reſpectum cauſæ antecedentis ſynanches, ſcilicet euacuare, prohibere, & diuertere fluxum.

Ad diuertendum peculiariter valet vinũ decoctionis ebuli cum aqua plantaginis, cũ parum pyrethri, & exiguo mellis roſacei, miſcendo in modum gargariſmi adminiſtratum. Prohibet enim rheuma demanare ad pectus & guttur.

Cura

Cura apoſtematis.

Canon.

FACTIS euacuationibus, veniēdum eſt ad cauſam coniunctam, & apoſtema curā-dū. Et quia iſtud apoſtema habet quatuor tempora ſui proceſſus curationis, debet curari in principio & primitus cum repercuſſiuis. In augmēto, cum repercutientibus mixtis reſoluentibus, ita quòd repercuſsiua ſuperent reſolutiua. A medio augmenti vſque ad medium ſtatus, reſoluentia ſuperent repercutiētia. A medio ſtatus, reſolutiua pura cōueniunt, ad inſtantiam vſque decremēti. A principio igitur fiant remedia ſubſcripta. Si à materia calida, fiat hoc gargariſma: Recipe aquæ plantaginis, roſarum, ana ℥ v. ſyrupi myrtei, ſyrupi de malis Punicis, ana ℥. j. ß. Miſce, fiat gargariſmus. Vtatur frequenter gargarizando.

Aliud fortius ad idem.

Hoc eſt repercuſsiuum in cauſa calida ſynanches, quod etiam valet in omni defectu colli, & illius partium. Recipe roſarum rubearum, myrtillorū, ſumachii, cicidum ſiue gallarum, ana ℥ ß. Contundantur parum, & bulliāt in aqua roſacea, & arnogloſsite, ana ℥ v. ad conſumptionem tertiæ partis. Et colaturę adde ſyruporū rhoiteis, roſacei, myr-

tei,

tei, ſingulorum ſeſcunciam. Miſce, pro gargariſmate, & eſt expertũ. Iſtius crebro gargarizatu fauces, tonſillæ, columella, linguaque tumefacta, breui deturgeſcunt.

Inunctio circa guttur, ſtante magna caliditate.

Recipe olei violati ℥ j. ß. Fiat vnctio frequẽs. Intra iſtud tempus detur ſyrupus iſte digeſtiuus, & alteratiuus. Recipe ſyrupi Punicei, roſacei, ana ʒ vj, aquarum plantaginis, endiuiæ; ana ℥ j. ß. Miſce, & exhibeatur.

In augmento anginæ fiat eiuſmodi collutio, ſeu gargariſatio. Recipe roſarũ rubearum, myrtillorum, paſſularũ enucleatarum, ana ʒ ij. Bulliant in aquis endiuiæ, plantaginis, roſarum, ana ℥ iiij. Bulliant (inquam) ad conſumptionem tertiæ partis. Et colaturæ addantur ſyrupi acidi ſimplicis, diamori, ana ℥ j. ß. Et fiat gargariſma.

Gargariſma aliud competens à medio augmenti, ad medium ſtatus.

℞. Paſſularũ enucleatarum ℥ ß. caricarũ pinguium nu. iiij. vel x. roſarũ rubearũ M. ß. aquarũ roſarũ, chamomillæ, ana ℥ v. vel vj. Craſsis rebus inciſim diſſectis bulliãt omnia ad conſumptionem tertię partis. Colaturæ adde medicamẽti de moris ℥ j. ß. oxymelitis ſimplicis ℥ j. ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥. ß. Miſce, fiat vt ſuprà. In ſtatu, quia intendimus reſolutioni tantùm, oportet apponere

int

interius & exterius reſoluentia.

Interius fiat hoc gargariſma.

℞. Chamomillę, meliloti, ſeminis lini, fœnigræci, ana M. ß. paſſularũ enucleatarũ, liquiritię raſæ, añ. ℥ ß. Bulliãt in ß. q. aquę chamomillæ, aquæ roſarum, bugloſſę, videlicet ſingulorũ ℥ iiij. Colaturæ addãtur mellis roſati colati, ſyrupi acidi ſimplicis, ana vnc. j. ß. Miſce, fiat gargariſmus arte. Alius textus ponit cum vnciis denis colati mellis, & ſyrupi prędictorum, ana ſeſcuncia, reducãtur ad formã gargariſmatis. Si verò nõ poſſet fieri reſolutio cum iſtis, & reſoluta eſſet aliqua pars ſubtilis materię, tunc faciendũ erit emplaſtrũ maturatiuũ reſolutiuum, & mitigatiuum doloris quod eſt tale: ℞. Chamomillę, meliloti, anethi, an. M. j. farinę fœnigræci, ſeminis lini, ana ℥ j. farinę hordeaceę ʒ vj. radicum althææ M. ß. maluarũ, foliorũ violarum, ana tantundẽ. Bulliãt omnia (præter farinas) in ß. q. aquę, ad perfectã decoctionẽ, deinde cõtundãtur, & addãtur farinę, & cũ oleo amygdalino dulci, pinguedine gallinacea q. ß. ad impinguandũ, & malaxãdũ, fiat emplaſtrum quod reſoluit, ſi reſolubile eſt, & maturat etiã. Inſuffletur etiam in guttur iſte puluis, qui à proprietate ſolet reſoluere apoſtema ſynanches ℞. Pulueris hirundinis combuſtæ, ſtercoris canis comedentis oſſa,

ana

ana ʒ ß. Fiat puluis, qui inſuffletur in guttur, & locũ apoſtematis, cũ cannula ſubtili, bis vel ter in die. Debet autẽ hoc modo cõburi hirundo. Accipiatur volucris illa, & decolletur, & dimittatur ſanguis exire, poſtea deplumetur, & ſaliatur, deinde ponatur in vaſe vitreato ſtricti orificii, & claudatur os vaſis cum luto: poſt delutationẽ ponatur in furno, & dimittatur ibi quouſq; exiccetur, ita ꝙ poſsit puluerari. Valet ad idem emplaſtrũ maturatiuũ, & reſolutiuum apoſtematis ſquinantici, quod fit ex nido hirundinis, prout Arculanus deſcribit. ℞. Dialthææ ℥ j. ß. mucilaginis ſeminis lini, fœnigreci, an. ʒ ij. medullę caſię fiſtularis, butyri recẽtis non ſaliti, ana ℥ ß. olei amygdalini dulcis ℥ ij. Miſce, fiat vnguẽtũ arte. Poſt applicetur emplaſtrũ infrà ſcriptũ. ℞. radicũ maluauiſci ℥ j ß. Incidãtur, & coquãtur bene (priùs abiecta medulla corticoſa) poſt piſtentur, ita ꝙ in materiã axũgię vertatur. Poſt miſce cũ ea farinæ fœnigręci, lini, anethi, chamomillæ, ana q. ß. fiat emplaſtrũ, quod pręter alios effectus dolorẽ etiã tollit. Ad auginã curandã valet experimentũ Galeni de ſucco nucũ, in vj. tractatu Myamir, tã ſimplex, quã cõpoſitũ. Augubius poſt ſectionẽ venarũ linguæ, vel cephalicæ, exhibuit diamorũ, cũ oxymelite, & ſanatus fuit ſquinãticus in ſpatio qua-

triduano perfectè. Si autem apoſtema venerit iam ad maturationem, & cum prædictis nō rūpatur, oportet ipſum aperire, vt exeat ſanguis. Inſpiciat ergo medicus in ore, & ſi appareat, hoc modo rūpatur. Accipiat vnū lignum ſubtile, rotundum, in cuius extremitate apponat ferrum acutum, cuius longitudo ſit tantæ quātitatis, quantæ eſt medietas digiti, in ore. Deinde ore aperto, ponēdo lignum intra dētes ægroti, ac ſi eſſet frænū, deinde ponat cannulā illam cū ferro ad locū apoſtematis, ac ſcindat: aperto apoſtemate pronus declinet caput inferius ore aperto, vt exeat ſanies. Si autem non poteſt rūpi, quia non appareat viſui, imponat digitū in os, & cū vnguibus rumpat, ſi poteſt. Rupto apoſtemate mūdificetur hoc modo Accipiat aquā mellis, ſecundum artē decoctā, & gargariſset. Demum vlcere mundificato, cōſolidetur cum iſtiuſmodi gargariſmo: Recipe aquæ decoctionis roſarum rubearum, gallarum, myrtillorum, ana ℥ vj. In quibus diſſolue thuris, ſanguinis draconis, ſarcocollæ, an. ʒ j. pilorum leporis combuſtorū, & pulueriſatorū ℈ j. Miſce, & cū prædictis fiat gargariſma, ita quòd leuiter gargariſſet, vt fiat cōſolidatio. Hoc facto, ad alias duas intentiones, ſcilicet ad ſedationem accidētiū & regimen in vita (aliàs victu) recurrendū.

Seda

Sedatio doloris.

SI ERGO fuerit dolor vehemens, ſedetur cũ anodynis, intus & extra. Extra, ſicut eſt oleum chamomillæ, amygdalarum dulcium, & inungatur guttur. Intus, gargariſſet ſyrupum de iuiubis, cum aqua chamo millæ.

Diæta.

QVANDOQVIDEM hæc ægritudo acutiſsima eſt, indiget diętа ſubtili ſeu tenui. In principio comedat panem coctũ in aqua vſque ad quartum diem. Et bibat aquã cũ vino granatorum, & vſque ad ſeptimum diem teneat diætam tenuiſsimam. Caueat ab aëre nebuloſo, & frigido.

Notio.

Nota vbi apoſtema curatur per viam ſup purationis, quòd in augmento, & ſtatu cũ repercuſsiuis admiſcere debemus lenitiua, & non reſolutiua.

Additiones propriæ.

EXTERIVS applicetur ventoſa ſub mẽ to. Fomentetur locus cum ſpongia, in calidũ oleum chamæmelinũ ſubinde demiſſa.

Gargariſmus.

Item gargariſſet ægrotus cum decocto nepetæ, thymi, abſinthii, hyſſopi, furfurum, & ficuum aridarum.

Potus.

Fungus ſambucinus in vino coctus & potatus, præſenti remedio eſt, præcedente, & ſubſequente ſuffitu de olibano.

Emplaſtrum.

Beyſſerus Angelipolitanus practicus olim celeberrimus curauit ſynanchen cum vſto panno nouo, cum oleo linino, incorporato in forma cataplaſmatis adhibito, exhibens interim ſyrupum de ſcabioſa, ſingulis diebus triunciariam menſuram, ſiue doſim.

Gargariſmus ad idem expertus, poſt vniuerſalia.

Recipe gallarum, balauſtiorũ, myrtillorum, ſumachii, roſarũ rubearum ℥ j. ß. cyperi, acori, pyrethri, ana ʒ j. Contundantur, & bulliant in libra vna vini rubri, ad conſumptionẽ quartę partis. In colato diſſoluatur aluminis vſti ℈ j. diamori ℥ ij Fiat gargariſma. Cataplaſmetur collũ cum emplaſtro infrà ſcripto calidè: Recipe ſtercoris anſerini, mellis, ana q. v. Coquantur in vino vſque ad ipſius vini excoctionẽ, & fiat emplaſtrũ.

Ad idem valet puluis iſte.

Recipe albi Græci, camphoræ, aluminis ſaccharini, pulueris vuulariæ, ana ℈ vel ʒ j. cum oxymelite ſcillitico: fiat miſtura, quæ diſſoluatur in aquis ſcolopendrii, lyguſtici, prunellę, ana q. ß. Et fiat collutio. Equidem

in

in omni defectu faucium vtor ſubſequenti puluere. Si cauſa calida eſt,cum aqua roſacea: ſin frigida, cum vino meraco per modum gargariſmi. Recipe macropiperis,leucozingiberis,an. drac.ij.melicetorum drac. j.radicum pyrethri,aluminis deuſti,ana drachmam ſemis, hippogloſsi grana xij. albi Græci drach. ij. Miſce, fiat puluis tenuiſsimus.Item valet emplaſtrum de nido hirundinum, ſcilicet: Recipe interiorem partem nidi,vnà cum plumis,& tota ſubſtantia ſundi. Teratur, & cum melle, & axungia porcina q.ſ. fiat emplaſtrum. Efficacius redditur ſi adieceris albi Græci lotonem.j.farinę fœnigræci,lotones ij.pulueris chamomillæ, radicis althææ,ana manip. j. Fiat emplaſtrum arte.

Cura Ortholphi medici quondam inſignis, cuius tam ſimplicium,quàm compoſitorum pharmacorum practicus liber tranſcriptus mihi eſt.

Diuerſio.

PRIMO diuertatur, & minoretur materia clyſteribus vel minoratiuo, ex electuario de caſia, diaprunis ſolutiuo,& medicamine de carthamo, per modum potionis cum aqua muiſa facto.

Phlebotomia.

Item cum venæ ſectione, vel ſub lingua, vel ex cephalica, pòſt adhibeatur ſubſequẽs emplaſtrum calidum.

Emplaſtrum.

Recipe foliorũ ſambuci, braſsicæ rubræ, ana M.j. Piſtentur, & addito cochleari vno mellis, & butyri, fiat emplaſtrum. Item fiat frictio diuerſiua, deorſum trahendo mate riam Pòſt fiat vnctio frequẽs cum dialthęa. Poſtremò bibat aquam deſtillationis moro rum, in qua album Græcum ſit maceratũ.

Vel detur iſta decoctio.

Recipe liquiritiæ, paſſularum, ana, lotones ij. palmularũ pinguium, nu. vj. ſebeſtẽ, nu. x. mororum ℨ j. tamarindorum ℥ ß. florum caſię fiſtularis ℨ. ij. ſacchari conditi ℥ j. ß. Fiat decoctio ſecundum artem. Valet potu, & gargarizatu.

De Tuſſi, *Cap.* xx.

Definitio.

TVssis ex frigore, vel pituita, in pulmonem deſcẽdente gignitur, exiccando, & exaſperando tracheam gutturis, cannam pulmonis, & partes pectoris. Quandoq; accidit à caliditate diſſoluente materias ſuperfluas in cerebro.

Cura tuſſis calidæ.

CVRA tuſsis à materia calida, ſubtili, deſcendente à capite. Primò minoretur materia ſic.

Minoratiuum in forma boli.

Recipe caſiæ optimæ pinguis ℥ x. Fiat bolus cum ſaccharo, & exhibeatur ſero poſt cœnam per duas horas: poſt digeratur materia ſecundum hunc modum.

Digeſtiuum.

Recipe ſyrupi violati, iuiubini, ana ℥ vj. aquarum violarum, vngulæ caballinæ, ana ℥ j. ß. Miſce, poſt aſſumptionem digeſtiui, accipiat hanc medicinam potabilem.

Potio cathartica in tuſsi calida.

Recipe paſſularũ enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. ſebeſten nu. x. violarum ſiccatum manip. ß. Bulliant omnia in ß. q. aquæ ad cõſumptionẽ medietatis, deinde coletur, & de colatura recipe q ß. ad diſſoluẽdũ, caſiæ nouiter extractæ ℥ x. ſed pro diuitibus mãnæ ℥ j. ß. Et dulcoretur, & fiat pot⁹. Cui adde, ſyrupi violati ℥ ß. Et exhibeatur antè diẽ per horã calidus. Et poſtea dormiat per horã, poſt aſſumptionẽ prædictæ potionis.

Electuarium pro tuſsi catharrali calida.

Recipe lohoch de papauere, diacodii, añ. ℥ vj. Miſce, & accipiatur de iſto ad quãtita-

tem caſtaneæ, lambendo dimittat, vt ſuprà. Formulæ ad idem, & tuſsim, & catarrhum calidum, & ſunt optimæ, quibus vtor peculiariter. Recipe amyli ʒ iij. amygdalarum dulcium excorticatarum, & exiccatarũ ʒ ij. tragacanthi, gummi Arabici, ana ʒ j. ſeminis papaueris albi, lactucæ, añ. ℈ ij. ſucci liquiritiæ ʒ ß. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo diſſoluto in aqua fœniculi, (aliàs tuſsilaginis, aut bechii. In alio codice omittuntur aquæ) fiat confectio ſolida in rotulis, quarum quælibet ſit drachmatum trium, & teneat in ore ſæpe de iſta confectione dicta.

Catapotia.

Ad idem valent pilulæ bechicæ, & teneat vnam in ore ſæpe, quę fiant in forma lupini.

Ad idem decoctio pectoralis.

Recipe florum violarum, nenupharis, ana M. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ʒ ß. radicum vngulæ caballinæ ʒ j. hordei ſubacti, vel excorticati, M ß. iuiubarum decem. Fiat decoctio, & edulcetur cũ ſaccharo q. ſ. & exhibeatur parũ pro vice. Vbi autẽ tuſsis perſeuerauerit, & multùm infeſtaret propter materiam ſubtilem, à capite deſcendentem, detur ſerò quando vadit dormitum vna ex his pilulis, quę authoritate Alexandri ſunt ex ſecretis artis, vt inquit

quit Meſueus, & ego vſus ſum. Recipe pilularum de cynogloſſa ℈ j. g̃ iiij. fiant pilulæ num. iij. Et detur vna ex iſtis, quando it cubitum, interpolatis diebus.

Diæta in tuſsi, à cauſa frigida.

REGIMEN vitæ in hac diſpoſitione eſt, vt caueat aërem valde calidum, cibaria omnia calida, & euaporantia ad caput, vinũ dimittat, bibat aquam ſaccharatam. Cura tuſſis pendẽtis à materia craſſa, phlegmatica.

Minoratiuum.

Recipe pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. agarici trochiſcati ℈ j. Reformentur pilulæ numero v. cum ſyrupo de hyſſopo.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi de hyſſopo, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana ℥ ß aquarũ hyſſopi, capilli Veneris, ſcabioſæ, ana ℥ j. Miſce, & exhibeatur in ſex vel ſeptem vicibus.

Medicina eradicatiua in forma pilularum.

Recipe pilularum cocciarum ℈ ij agarici trochiſcati ℈ j. g̃ v. Reformentur pilulæ nu. v. cum ſyrupo de hyſſopo, & exhibeantur ante diem per duas horas. Poſtea per quinque horas accipiat lauatiuum ſeques.

Recipe aquæ mellis factæ ſecundum artem ℥ vj. ſacchari rubei ℥ ß. Miſce.

Medicina eradicatiua in forma potabili, ad idem.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, capilli Veneris, ana M. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. caricarum nu. iiij. ſebeſten num. viij. hyſſopi, ſcabioſæ, ana ʒ j. radicum ireos ʒ. ß. Fiat decoctio in ß. q. aquę fontanæ, vel fluuialis, ad conſumptionem medietatis, deinde colentur. & de colatura accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, agarici electi ℈ iij. ſalis gemmæ g̃ ij. (nocet pectori ſal gemmæ) zingiberis g̃ vj. electuarij de caſia ʒ vj. alias v. diaphœniconis ʒ ij. aliàs ℈ ij. electuarij Indi maioris ℈ iiij. agaricus, cum ſale gemmeo, & zingibere infundantur in oxymelite ſimplici q. ß. pro ſui imbibitione, per octo horas, deinde fiat fortis expreſsio agarici, & cũ reliquis diſſoluatur in decoctione ſuperiùs ſcripta, q. ß. Et fiat potus, qui edulcetur cum ℥ ß. ſyrupi de liquiritia, & exhibeatur eo modo quo pilulæ, ſcilicet eradicatiuæ, vt ſuprà.

Electuarium pectoris mundificatiuum.

Recipe lohoch de pino, ſanum, & expertum, ana ℥ j. De hoc ſæpe lambendo ſumat ad quantitatem caſtaneæ.

Ad idem decoctio, & eſt egregium bechicum pro tuſsientibus.

Recipe capilli Veneris, hyſſopi, ſcabioſæ, ana

ana M.ß.radicum ireos,enulæ, ana ℨ ß.dactylorum,caricarum pinguium, ana nu.iij. paſſularũ, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. Bulliant in ß.q.aquæ, ad conſumptionem medietatis.Et de colatura accipiatur ſæpe ℥ j.in die. Serò quando vadit dormitum accipiat ℥ iij. Et manè in loco ſyrupi capiat ℥ v. & ſit calida decoctio iſta.

Vnctio ad idem.

Recipe olei liliorum,amygdalarum dulcium,anethini,ana ℥ ß.pinguedinis gallinę, anatis,butyri recẽtis, ana ℨ ij.œſypi humidæ ℨ j.pinguedines diſſoluãtur, & cũ prædictis oleis,& modico ceræ,fiat linimẽtum. Si autẽ materia phlegmatica fuerit ſubtilis, & aquoſa,deſcendens à capite, vt plurimũ fit,vel vſu venit, detur primò minoratiuũ.

Minoratio.

Recipe pilularum aurearum Nicolai, agarici trochiſcati, ana ℨ ß. Fiant pilulæ nu. v.cum ſyrupo de liquiritia. Exhibeantur poſt cœnam,per duas horas.

Digeſtiuum id idem.

℞ Mellis roſati colati, ſyrupi de liquiritia, ana ℨ vj. aquarum decoctionis thuris, maſtiches,nucũ coniferæ arboris,id eſt cupreſsi.Miſce,& fiat potus.Vel ſic ordinetur.

Aliud digeſtiuum.

℞. Syrupi de liquiritia, mellis roſati co

lati,ana ℨ vj.aquarum capilli veneris,beto-
nicæ, vngulæ caballinæ, ana ℥ j. Miſce,capiat horis matutinis.

Eradicatiuum ad idem,

Recipe pilularum de hiera Nicolai ℈ ij. agarici trochiſcati ℈ j.b.p.Miſce cum ſyrupo de liquiritia,fiant pilulæ nume.v. & exhibeantur vt ſuprà.

Cura tußis ſiccæ,à mala complexione calida,& ſicca,pectoris,& pulmonis, vt in febribus vrentibus.

Pro digeſtiuo ſumat hunc ſyrupum. ℞. ſyrupi violati ℥ j.ß.aquarum violarum,nenupharis,ana ℥ j.ß.Miſce.

Aliud ad idem.

Recipe ſeminis papaueris albi, lactucæ, maluæ,iuiubarum, ana ℨ j. Contundantur parum,& bulliant in aqua violarum,nenupharis,ana ℥ vj.ad cónſumptionem tertiæ partis De iſto apozemate accipiat ℥ v. manè,& ſit tepidum.

Vnctio circa pectus,& thoracem.

Recipe olei violacei, cucurbitini.(aliàs olei ſeminis cucurbitæ) ana ℥ j. ceræ parũ. Fiat vnctio,qua pectus totum inungatur.

Linimentum ad idem, melius priore.

Hæc ſequẽs vnctio valet in dyſcraſia thoracis,& aliarũ partiũ humectatione, & paragorizatione indigentiũ. Recipe mucilaginis,

ginis pſyllij, cydoniorum, maluauiſci, ana ℥ j.ß. lactis mulieris lactantis puellam ℥ iij. aquæ violarũ ℥ iiij. Miſce, & petiæ infundantur, quæ parum expreſſæ (aliàs aſperſæ) applicentur pectori, & ſic exiccẽtur, remoueantur ter, vel quater. Poſtea petiis amotis, fiat inũctio dicta. Et ad iſtã tuſsim cõferunt attractiones aëris refrigerantis. Vnde locus habitationis tendat ad frigidum, & humidũ. Cura tuſsis quando eſt à catarrho calido, ſubtili, deſcẽdente à materia craſſa, in thorace coadunata, difficilis eſt: quia ratione catarrhi indiget incraſſantib⁹, ratiõe verò materiæ indiget attenuantibus, id eſt, ſubtiliantibus in pectore. Sic igitur procedendum, vt materiam catarrhalem deſcendẽtem priùs euacuemus cũ appropriatis, vt ſequitur. Vnde detur hęc medicina in bolo: Recipe caſiæ optimæ pinguis, nouiter extractæ, ʒ x. Fiat bolus cum ſaccharo. Euacuat enim materiam, & lenit pectus, detur ſero. Deinde diuertatur materia illa ſubtilis, cum fricationibus, vẽtoſis, ſcarificationibus & ligamẽtis. Digeratur materia cum digeſtiuo habente reſpectum ad materiam catarrhalẽ in capite, & ad eam, quæ in pectore coaceruata eſt.

Digeſtiuum.

℞. Syrupi myrtini, de hyſſopo, ana ʒ vj.

aquar

aquarum hyſſopi, vngulæ caballinæ, violarũ, ana ℥ j. Miſce. Facta digeſtione exhibeatur ſequens medicina in forma pilularum: Recipe pilularum aurearum Nicolai, agarici trochiſcati, ana ʒ ß. Fiant pilulæ numero vij. cum ſyrupo de liquiritia, & exhibeantur manè, vt dictum eſt.

In forma potabili.

Recipe florum boraginis, bugloſſę, capilli Veneris, ana M ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. iuiubarum nu. x. caricarum pinguium numer. iiij. hyſſopi M. ß. Fiat decoctio ſecundum artem, de qua accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, electuarij de caſia ʒ v. diaphœniconis ʒ ij. electuarij de pſyllio, electuarij roſati Meſuei, ana ℈ ij. Miſce, fiat potus, & exhibeatur vt ſuprà. Deinde detur lauatiuum, ex aqua hordei, cum ſaccharo rubeo.

Electuarium purgans pectus, & confortans pulmonem, cum reſpectu ad caput.

Recipe lohoch ſanum, & expertum, diapenidij ſine ſpeciebus, cum oxymelite ſimplici reformetur. De quo accipiat ad quantitatem caſtaneæ, parumper deglutiendo.

Aliud ad idem.

℞. Roſatæ nouellæ ℥ j. ß. lohoch de pino ℥ j. Miſce cum ſyrupo de liquiritia, reformetur lohoch. Fiant ſæpius clyſteria ſu-

periùs

periùs ordinata.

Ad catarrhum ſubtilem, deſcendentem ad pectus, cum timore ad phthiſin.

Pilulæ pectorales, & catarrhales, Recipe pilularum aureaũ Nic. aſaieret, agarici tro chiſcati, boli Armeni, ana ℈ j. Fiant pilulæ nu. ix. cum ſyrupo violato, de quibus cubitum iturus aſſumat v. vel iiij. vel iij. in termino decem dierum, vel octidui ſpatio.

Diæta.

REGIMEN vitæ in. Aër declinetur ad calidum, in paſsiuis ad tẽperatum. caueat ab excitantibus tuſsim. Vnde acria & acetoſa nocent. Carnes ſint facilis digeſtionis, boni nutrimẽti, ſicut caſtratinæ, leporinæ, pullinæ, aues arboreæ, ius cicerum, & maximè quando conditur cũ lacte amygdalino. Vinum ſit album, pauciferum, tendens ad aliqualem dulcedinẽ, ſiue naturaliter, ſiue cũ ſaccharo. Valet in hoc caſu quoq; œnomeli. Aliquando ſolus potus aquæ ſaccharatæ, vel hydromelitis eſt conueniens. Dormiat ſeptem horis in nocte ad plus, capite eleuato, & non reſupino. Vitet vigilias ſuperfluas, niſi eſſet tuſsis ex catarrho. Exercitetur temperatè ante cibum per horam Nitatur habere egeſtiones naturales ſingulis diebus: fugiat iram, triſtitiã, lætetur, & bene

ſperet,

ſperet, & ſic ſanitatem, Deo ſoſpitante, conſequetur indubiè.

Aphoriſmi.

QVI gibbi ex anhelitu, aut tuſsi efficiũtur, ante pubertatem intereunt. Aphor. 47. libri 6.

Additamenta propria, cura tuſsis ſicca.

TVSSIS ſicca remouetur cũ cibis & potibus humectantibus: vt ex amylo, ptiſana hordei, cum iuiubis, cum decoctione vel lacte ſeminũ communium frigidorum, & cũ decoctiõe fructuũ humidorũ: ſicut cũ decoctione cucurbitæ, liquiritię, iuiubarũ, aqua hordei cũ penidiis, & iulepo violato. Et ſyrupus violat', iuiubin', & liquiritiæ cõueniũt.

Maſticatorium expertum.

Teneãtur in ore maſticãdo fruſta liquiritiæ ĩfuſa in aqua hordei, ſaccharata, & deglutiantur paulatim. Ad idem valet retẽtio prunorum dulcium maturorum mundatorum, cum ſaccharo aſperſorum. Et iuiubæ mundatæ (ſaccharo itidem conditæ) ſimiliter faciunt. Teneantur in ore pilulæ bichichiæ, aut medulla ſeminum communiũ frigidorũ. Ab extra vtantur cerotis frigidis, ſicut quę sũt ex oleo violato, & pinguedine recenti pullorũ, & mucilagine pſyllij, cum

ſucco portulacæ, fiat talis inunctio extra.

Vnguentum ad pectus.

Recipe olei violarum, amygdalarum dulcium, ana ℥ j. ſucci maluæ, tragacanthi, mucilaginis cydoniorum, ana ʒ ij. cum cera alba fiat vnguentum, & vngatur pectus.

Cura tuſsis ſiccæ, cum caliditate vehementi, trochiſci.

Recipe ſucci liquiritiæ, violarum, ana ʒ iij. ſeminum citruli, cucurbitæ, cucumeris, mannæ, ana ʒ ij. Fiant trochiſci cum mucilagine pſyllij, & ſemine cydoniorum. Doſis eſt drach. j. cum aqua hordei, & ſyrupo violato.

Cura tuſsis cum raucedine, abſciſsione vocis, & siti.

Recipe ſeminis cucumeris mundati, ʒ vj. ſucci liquiritiæ, drach. v. ſeminis portulacæ drach. ij. Triturentur bene, & fiat miſtura bona ex ipſis. Et cum albumine oui conquaſſato, fiant formulæ ſimiles lupinis, & teneantur ſub lingua.

Pilulæ conuenientes.

Recipe ſacchari candi ℥ ß. ſucci liquiritiæ ʒ ij. tragacanthi, amygdalarum dulciũ, anguriæ excorticatæ, ana drach. j. amyli ʒ iij. Cum mucilagine pſyllij fiant formulæ, ad quantitatem auellanæ. De quibus teneatur ſub lingua ꝓ lubitu, quod ſuppetat.

Tragea ad tuſsim, pectoris anguſtatio-nem, & plethoram.

Recipe ſpecierum diatragacanthi frig. ℥ j. diapenidij ℈ ij. pilularum bichichiarum ℈ iiij. ſeminis papaueris albi ℈ j. pulueris liquiritiæ, & ſucci eiuſdem, polypodij, ana ʒ j. pulmonis vulpis præparati ℈. ß. ſacchari conditi, & penidiati, ana ʒ ß. vel j. ſacchari crudi ℥ j. ß. Fiat tragea.

Decoctum ad idem, quo diluendus eſt ægrotantis potus.

℞ Liquiritię, hyſſopi, ſaluię, aniſi, fœniculi, caricarũ, mellis, vel ſacchari, ana q. v. Decoquãtur omnia in vino dulci, ad excoctionem tertiæ partis, vel (ſi grauior tuſsis eſt) medietatis. De quo bibat manè hauſtũ bonum, & cum eo etiam potũ ſuum lymphet.

Miſtura ad idem.

Recipe lohoch ſani, & experti, diairis, trochiſcorum pectoralium, ana ℥ j. Miſce cum ſyrupo iuiubino q. ß.

Aqua decocta ad idem.

Recipe ſaluiæ, hyſſopi, ſcabioſæ, adianthi, ana M. j. radicũ enulæ campanæ, fœniculi, polypodij, ana ʒ v. liquiritiæ ℥ j. ʒ ij. ſeminum fœniculi, aniſi, ana ʒ v. caricarum numero ix. paſſularum ℥ j. ʒ ij ſebeſten nume. xv. ceraſorum dulcium M. ß. folliculorum ſenę ℥ ij. Miſce, & bulliãt in ß. q aquæ, cole-

tur,

tur,& clarificetur,de qua potet ęgrotus,ma nè,& ſerò calidè. Porrò teneat ſub lingua ſubſequentium rotuſarum vnam noctu,pa riter & interdiu,quæ cōferunt tuſſedini, & ſiti. Recipe ſeminis papaueris albi, lactucæ, portulacæ,tragacanthi,amyli, ana drach.ij. ſeminum communium, frigidorum maio-rum,ana ſcrup. ij. ſpecierum diatragacāthi frigidi drach j.ſacchari taberzeth ℔. j. ß. cum mucilagine pſyllij, & tragachanti, in-fuſorum in aqua roſacea,vel violarum fiāt pilulæ, compreſſæ in forma trochiſcorum, inuoluantur in puluere ſacchari conditi, & exiccentur in loco calido.

De Aſthmate, Cap. XXI.

Definitio.

ASthma defectus eſt,qui conſiſtit in dif ficultate ſpirandi. Diuiditur autem hic morbus trifariam. Primò nanque dum mò dicus eſt,neque ex toto ſtrangulat,diſpnœa vocatur.Secundò cùm vehementior eſt, vt ſpirare æger ſine ſono, & anhelatione nequeat, aſthmatis nomenclaturam ſortitur. Tertiò cùm acceſſerit id quoque,ne niſi recta ſeruice ſpiritus trahatur orthopnœa dicitur. Hæ autem ſpecies ægritudinis huius ex arctatione fiunt, quæ meatibus accidit

pulmonis, Arctatio ex humore eſt craſſo, frigido & viſcoſo, qui mentibus his inuiſcatu. Et ſciendum, quoniam ſi paſsio hæc ſine tuſsi eſt, qui patitur, in hydropiſim defertur.

Cauſa.

CAVSAE primitiuæ, ſunt frigiditas, aut caliditas aeris, catus, percuſsio, nimius corporis motus, aer cauernatum, aer peſtilentialis, fumus argenti viui. Cauſæ antecedentes ſunt: Phlegma in toto, vel in parte, homo plenus, phlegmaticus. Cibi acres, ſtyptici, & acerbi. Apoſtema in mẽbro, & in aliis membris, contrahitur guttur, diaphragma, canna pulmonis, ſynanche, pleuritis, ſtomachus, hepar, ſplen, matrix. Signa quære ex propriis capitulis. Cauſæ coniunctæ: Dictæ paſsiones in augmento & ſtatu: Inuiſcatio humoris craſsi, in arteriis, & venis pulmonis.

Signa.

STRICTIO anhelitus, cum ſonitu, & ſcreatu multo. Quando virtus eſt fortis, pulſus eſt diuerſus, & tremulus humiditas in ore ſentitur. Reliqua ex relatu patientis cognoſcuntur. Mala complexio frigida cũ materia: eadem ſunt ſigna, & ſputum.

Mala complexio frigida, ſine materia: Incipit

Incipit paulatim ſputum paruum, aut nullum, anhelitus paruus, tardus, & frigidus, non adeſt ſitis. Siccitas pulmonis: Sitis, ſputum nullum, niſi ſumpſerit res humectantes. Ventoſitas. Lenitas pectoris, parum ſputi, diſtentionémque ſentiunt in pectoribus. Debilitas virtutis motiuæ pectoris, & pulmonis: Nares graciles, & contractæ ad interiora, anhelitus debilis, ſeu difficilis, cum paruo, vel nullo ſono. Oppilatio cannæ pulmõis: Trahit anhelitũ cũ magno deſiderio.

Præſagia.

ANHELITVS per os, & nares exiens frigidus, mortale. Aſthma in ſenibus nunquam curatur. In aſthmate anhelitus tardus, & paruus, vel frigidus, vel ſyncopis, vel ſi cogitur ſuper pedes ſtare, quia anhelitum habere nõ poteſt, mortale. Si cum aſthmate (aliàs in iſtis) repletionis, vel catarrhi, celeriter diſſoluentis, vel diſſoluti, aſsit tuſsis humida, & ſubitò ceſſet, vel ſputum diminuitur, & remanet difficultas anhelitus, eſt mors in ianua. Aſthma propter diſlocationem ſpondylium vix, aut nunquã curatur, niſi reducantur ſpondylia.

Cura.

CVRA aſthmatis à mala cõplexiõe, ſine

materia, quæ ſi ſit frigida ſolùm, curatur hoc modo, Retineatur anhelitus quantum poteſt:nā ex hoc calefit pectus, & ſpiritualia. Inſpiret aerem calidum. Calefiant panni, & ponātur ſuper pectus. Regimen ſex rerum non naturalium tendat ad calidum. Si verò pendeat à cauſa calida ſolùm, attrahat aerem frigidum, & ſtet in aere frigido. Bibat ſyrupum frigidum, ſicut violatum, cum aqua hordei, ſyrupum iuiubinum, aquam violarum cùm dictis ſyrupis. Totum regimen declinet ad frigidum. Si autē ſit à mala complexione ſicca, pectus exaſperante, tunc ſi fuerit cum febre putrida, exhibeātur frigida, & humida, non putreſcibilia, qualia ſunt ſyrupus violatus, iuiubinus, aqua violarum, aqua decoctionis hordei, decoctionis ziziphatum, violarum. Si verò ſit cū febre non putrida, exhibeātur frigida, & humida abſolutè. Et ſit regimen eius ſicut hectici, infrigidans, & humectans. Vnde fiat iſta inunctio circa pectus: Recipe olei violati, amygdalini dulcis, ana vnc. j. mucilaginis ſeminis cydoniorum, pſyllii, ana vnc. ß. Miſce, & cū pauco ceræ fiat vnctio. In hoc caſu conueniunt lac caprinum, muliebre quoque, & aſininum. Si verò ſit ab humiditate, quāuis non ſit ſine materia, procedas cum exiccantibus.

Diæta:

Diæta.

SI ASTHMA fuerit à materia phlegmatica craſſa, exiſtēte in pulmone, & pectore, tunc aer habitationis ſuæ declinet ad ſiccū, in actiuis ſit temperatus, declinans tunc ad calidum, nec ſit nebuloſus, plenus vaporibus. Et ſi cū aſthmate ſit catarrhus calidus, aer declinet potiùs ad temperatum in actiuis, quàm aliter. Si ſit frigidus catarrhus, aer ſit calidus, & ſiccus. Panis ſit ex farina munda. Carnes ſint, aues arboreæ, & pratēſes: vt perdices, phaſides, turtures, turdi, leporis caſtratinæ, &c. Caueat à vitulinis & humidis. Fercula ſint ex pane cocto in brodio, & condiantur cum butyro, vel oleo amygdalino dulci. Conueniūt fercula ex brodio cauliū, ius cicerum, & blitæ. Caueat allia, ſinapim, & vaporoſa. Piſces ſint minutili, ſaxatiles, lucij &c. Caueat tenchas & anguillas. Vinū ſit potiùs luſtricum, quàm hornū, id eſt, antiquum, quàm nouum, & ſit album, ſubtile, nec acre, nec acidum.

Canon.

Bibat parum, ſed non inter vnum cibum & alium. Et ſi cum catarrho calido fuerit aſthma, bibat vinum cum aqua cocta dilutum (aliàs cum ſaccharata, vel hydromelite lymphatum) aut poſcam pectoralem. Si

non ſit cum catarrho,bibat merum. Aqua mellis laudatur in aſthmaticis, præſertim quæ à Meſueo deſcribitur. Somnus noctur nus ſit quinq; vel ſex horarum, vſq; ad ſeptem. Diurnus caueatur,ſi tamẽ non dormi ret in nocte,dormiat interdiu per horam vnam, poſt cibum ad minus per duas horas.

Canon.

Non dormiat ſupinus,ſed capite eleuato ita quòd potiùs ſedeat,quàm iaceat. Faciat exercitiũ hoc modo ordinatũ,ſtomacho ie iuno leuiter ſe mouẽdo,à principio augmẽ tãdo de debili ad forte,per loca decliuia, & arenoſa, vehatur curru,& vociferet,leuiter incipiendo. Habeat ſingulo die beneficium vẽtris,ſi nõ naturaliter,tamẽ hoc modo artificialiter ingenietur: Videlicet ante cibum comedat paſſulas, vel ficus pingues, bene maſticãdo: deindè accipiat illico brodium, cum ſaccharo rubeo Vel faciat ſic: Accipiat vnc.ß.medullæ carthami,&ipſam diſſoluat in brodio dulcorato cum ſyrupo boraginato, & bibat per quartam horæ ante cibum. Circa accidẽtia animi. Lætetur, & bene ſpe ret,fugiat iram,triſtitiam & mœrorem.

Digeſtio.

SI VERO SIT à materia phlegmatica,craſſa,viſcoſa pendens per viam congeſtionis in pul

mone

mone coagmentata. Recipe ſyrupi hyſſopi tis, ſyrupi calaminthitis, oxymelitis ſimplicis, ana ℥ ß. aquarum hyſſopi, fœniculi, capilli Veneris, ana ℥ j. Miſce.

Aliud ad idem magiſtrale.

℞. Paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. caricarũ pinguium nu. v. hyſſopi, capilli Veneris, ana ʒ j. vel ℥ j. vel M. ß. radicum ireos ʒ j. ſeminum apij, fœniculi, ana ℈. iiij. Bulliãt in ß. q. aquæ, ad conſũmptionẽ medietatis. De colatura recipe ℥ iij. ſyrupi de hyſſopo ℥ j. ß. Miſce.

Inunctio digeſtiua.

Recipe olei de lilio, de cheiri, laurini, ana ℥ ß. pinguedinis gallinaceæ, butyri recẽtis, œſypi humidæ, ana ʒ iij. ceræ parum, fiat vnctio pro pectore. Ad idem valet aqua decoctiõis enulę, vel aqua ſublimationis eius, cum ſyrupo de hyſſopo lymphata. Aequipollet iiſdem decoctum fœnigræci, cũ paſſulis, cum oxymelite ſcillitico dilutum.

Euacuatio eradicatiua.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, capilli Veneris, hyſſopi, ana M. ß. paſſularũ enucleatarũ ℥ ß. liquiritiæ raſæ tantundẽ, radicum ireos, praſij, ana ℈ iiij. agarici electi ʒ j. ß. zingiberis grana vj. ſalis gemmei grana ij. agaricus cum ſale gemmeo, infundantur in oxymelite ſimplici q. ß. per ſeptem ho-

ras. De reliquis verò fiat decoctio: de qua accipiat q ß. ad diſſoluendum, electuarij de caſia, ſiue lenitiui, diacatholici, ana drach. ij. ß. diaphœnici ʒ. j. ß. diaphœnicon aliàs omittitur. electuarij Indi maioris ʒ. iiij. Miſce, & cum expreſsione agarici fiat potus. Cui admiſce, vel adde ſyrupi de liquiritia parum. Et exhibeatur calidè.

Aliud in forma pilularum.

Recipe pilularũ de hiera Nicolai drach. ß. agarici trochiſcati ſcrupul. ij. fiant pilulæ vij. numero, cum ſyrupo hyſſopite. Si autẽ contingat quòd in aſthmate ſit materia miſta cum ſanguine, vel ſanguis à prędominio peccet, tũc fiat phlebotomia ex baſilica, ſecundum conditionem repletionis, & virtutem infirmi. Si autem contingat propter retentionem menſtruorum, vel hæmorrhoidarum, ſaphena aperiatur.

Diuerſio.

Diuerſio materiæ à pulmone, & tractio verſus exteriora, fit cum fricationibus fortibus, præcipuè circa pectus, cum panno aſpero. Ponantur ventoſæ circa ſpatulas & nates. Fiat ligatura fortis circa adiutoria brachiorum, & coxarum.

Clyſtere ad idem.

Recipe chamomillæ, centaurij minoris, hyſſopi, apij, calamenthi, origani, ana M ß.

anisi,

aniſi,cymini,ana drach.ij.carthami vnc. ß. Bulliant in ß.q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Et de illa decoctione accipias q.ß.vt vn.xv.In quibus diſſolue ſacchari ru bei vnc.j.ß.hieræ picræ, hieralogodij, ana vnc.ß.olei de chamomilla vnc.iij.ſalis communis, (aliàs ſalis gemmæ) drach.ij. vitellum j.oui.Miſce fiat clyſtere.

Eductio materiæ à pectore.

Hæc intẽtio perficitur ab his,quæ euacuãt à pectore,& pulmone, educendo per viam ſputi.Exempli gratia: Recipe lohoch de pino,ſanum & expertum,de pulmone vulpis, ana ℥.j.radicum ireos,enulæ,ana ʒ.j.Puluerizentur ſubtiliter,& cum ſyrupo de hyſſopo fiat lohoch: de quo ſæpe in die ſumat in ore lambendo.

Correctio accidentium.

Si aduenit tuſsis fortis, recurre ad proprium capitulum. Vbi autem eſſet magna difficultas in anhelitu,ita vt,vix poſſet anhe lare,exhibeatur gutta vna Armoniaci diſſo luti in modico oxymelitis ſimplicis.Potẽter enim liberat à paroxyſmo aſthmatis. In aſthmate laudat Valeſcus pilulas de agarico,quibus oportet bis vti in mẽſe,in præſer uatione à paroxyſmis aſthmatis. Dẽtur au tem de iſtis,vt inquit Bauerius(aliàs Guaine rius)℈.iiij.ß. Ex quibus reficiantur pilu-

læ vij cum ſyrupo ſtœcadite.

Electuarium Bauerij, expertum pro conſumptione, & exiccatione materiarum in pulmone contentarum.

Recipe pulmonis vulpis exiccati, & ſubtiliſsimè puluerisati drach. iij. radicum ireos recentium, minutiſsimè tritarum ʒ j. ſucci liquiritiæ ℈ ij. radicis enulæ ʒ j ß. croci ʒ j. rob vini, ſeu ſapæ ℥. iij vel q ß. ſacchari diſſoluti cum ſapa, q ß. & fiat electuarium de quo ſumat mane in aurora ʒ ij. & ante cœnam per duas horas tantundem, & quando vadit dormitum.

Puluis mirabilis Bauerij (aliàs Guainerij) in capite de aſthmate.

Recipe boli Armeni ʒ ij. ſubtiliſsimè puluerisati: in hyeme cum vino albo, in æſtate cum vino lymphato, cum aqua plantaginis. Sitque totum q. ℥ iij. ß. Sumat omni mane, quando nō fecerit maſticatorium, per quatuor horas ante prandium.

Additamenta propria.

Regimen Ioannis Manardi, pro aſthmate.

CONSTANTE virtute, temperatura, victu atq; id genus aliis conſentiētibus, vere, & autumno ſecetur vena iecoraria, extrahatúrque ſanguinis quantitas, quæ præſenti Medico videbitur opportuna. Singulo quo-

que

que mẽſe prouocetur vomitus, vel verpo in gulam intruſo, vel eo vomitiuo, quod fit ex gentiana, & agarico in vrinam recens mictam impoſitis. Qualibet etiã ſeptimana accipiantur ℈ ij. pilarum, quæ recipiunt agarici præparati partes ij. trochiſcorum Alhandi partem. j. Reformentur cum oxymelle ſcillitico. Per totũ autumnũ, hyemẽ, & ver, vtatur ſingulo die ℥ iij. aquę, in qua decoctę ſint nepeta, hyſſopus, & caricæ. Acceſsionis tempore, cucurbita magna, id eſt, ventoſa ceruici admoueatur: myrrháq; electa in ore teneatur. Inungantur coſtæ hoc vnguento: Recipe olei laurini, irini, ana partem vnam, nitri partis vnius medietatem. Miſce, & inũge. Victu præterea vtendum attenuante, vitandáq; omnia, quę craſsi ſucci ſunt, & con coctu difficiliora. Et ſuper omnia meri, & potentis ceruiſię potus. Melicratóq; potiùs vtendũ, in quo hyſſopus herba, vel maduerit, vel decocta ſit.

De anhelitus difficultate alia prophylax.

POTEST talis difficultas prouenire à nimia ſiccitate pectoris, & lacertorum & diaphragmatis.

2 Aliquando etiam à multa materia, effuſa ad partes pectoris, & meatus colli, & cannæ

pulm

pulmonis, aut in epiglotto.
3 Et aliquando ex debilitate muſculorum pectoris, & membrorum anhelitus.
4 Et aliquando ex multitudine vaporum (aliàs vaſorum) ab humorib' eleuatorum. Dicit ergo Auicenna: Conſtrictio anhelitus aliquando accidit febricitanti, propter ſpaſmum, qui accidit ei in lacertis anhelitus, cũ ſpaſmatur, verum, vel ſolum induratur, propter ſiccitatem, & traducitur: vnde non poſſunt bene moueri inſtrumenta anhelitus.

Cura huius eſt.

Cum extinctione febris, & cum regulis humectantibus pectus, & membra ſpirationis adfixis: Fiat ergo talis inunctio: Recipe butyri recentis optimè loti cum aqua violarum ℥ j. vel ij. olei violati, cucurbitini, amygdalini dulcis añ ℥ j. ſucci violarum, maluę, lactucæ, & ſalicis, ana ℥ ß. mucilaginis pſyllii, althææ, cydoniorum ana ℥ j. ß. Miſce omnia bene, & inungantur loca pectoris. Si autem accidit per materiam ſuffocantem, deſcendẽtem ad guttur, & ad epiglottum, curatur primò cum diuerſione, ſcilicet phlebotomia diuerſim, ex vena baſilica, cũ enematibus, euacuationibus, fricationib', ventoſis circa ſtomachum, & cum gargariſmatibus habitis in ſynãche. Si autem propter debilitatem neruorum deſcendentium ad inſtrumenta

menta anhelitus: curatur primò cum infrigi dantibus, humectantibus, & confortantib' cerebrũ, cum inũctione colli, & ſtomachi, & partium pectoris. Cum humectantibus, propriè cum raſura cucurbitæ, & ſucco portulacę: Quæ bulliant in oleo roſato: & apponantur ſandali, & fiat inunctio. Si difficultas autem fuerit à multitudine vaporum eleuatorum ab humoribus, petentiũ ſpiritualia: Dicit princeps, Cura eſt in primis, tales vapores diuertere, & deflectere, cum diuerſionibus, ad partes inferiores, & ventoſis, & huiuſmodi, dando etiam mannam, vel caſiam, cum decoctione tamarindorum. Et ſimiliter dando in potu iulep violatum, vel roſatum, vel ſyrupum de acetoſitate citri, vel ſyrupum de bugloſſa. Saccharum candidum, infuſum in aqua frigida, retineatur in ore: granata dulcia, & mitia: pruna bene matura, viridia, vel ſicca, infuſa in vino. Similiter aqua decoctionis ſeminum communiũ frigidorum. Fiat talis decoctio, Recipe granorum ſebeſten nu: vj. tamarindorum ʒ vj ſeminum cõmunium frigidorum maiorum excorticatorum ʒ iij. Bulliant in aqua violarũ, & bugloſſæ, an. q. ß. Recipe huius decoctionis vncias quatuor vel v. & adde mãnæ vnciam vnam, vel j. ſemis. Et eſt medicina optima ſanè, & ſaluberrima.

Reg

Regimen D. Hieronymi Augubij pro aſthumatico facto, ex catharrho ad pectus diſtillante.

INPRIMIS iniungatur ſibi debitũ regimẽ in ſex rebus non naturalibus, & potiſſimũ in aëre, & in cibo & potu. De aëre igitur eſt ſummopere ſibi cauendũ ab aëre valde frigido, & potiſsimũ flante Borea, qui vẽtus pectori eſt inimicus, vt patet ex duobus aphoriſmis tertiæ particulæ, ſcilicet, Quotidianæ verò, cõſtitutiones boreales ſiquidẽ &c. Et alter. Auſtrini flatus grauãt auditũ. Experientia quoq; ipſa hoc euidẽter docet.

In cibo verò & potu abſtineat ab omnib9 vaporoſis, & catharrhum multiplicantibus, ſicut ſunt caules, legumina, agrumina, aromata vinum potens, & aliaid genus. Fugiat quoque omnia acetoſa, & acria, tanquã gladium venenatũ, caſeum antiquum, & paſtilia non reſpiciat, vitet crapulam quantũ fieri poteſt, frixa nulla comedat, imò nec ſtet in loco vbi frixio fit, caueat fumum, & puluerem. Oua ſorbilia, ſcilicet vitelli ſunt ipſi conuenientes. Piſces item elixi, & bonæ carnes elixatæ, & vinum album dulce, non fumoſum bene lymphatum In ferculis bonum eſt far, & farina, amylum, rapa, & blitum. De medecinalibus digeratur materia ſyrupis digeſtiuis, vt ſequitur.

Syrup

Sirupus digeſtiuus.

Recipe ſyrupi de liquiritia, de hyſſopo, añ. ℥ v. oxymelitis ſimplicis vnc. ß. aquarum, capilli Veneris, ſcabioſę, vngulæ caballinę, añ ℥ j. Miſce, capiat nouem, vel decem diebus cõtinuis in aurora, & dormiat ad placitum.

Poſt quos ſyrupos ſi fuerit in hyeme purgetur cũ his pilulis: Recipe pilularũ cochiarum, de agarico Meſ. ana ℈ ij. Fiant pilulæ quinque cũ aqua ſcabioſę. Capiat circa mediam noctẽ, & dormiat ad lubitum. Si verò fuerit æſtas, vel ver, purgetur cũ iſta medicina potabili: Recipe electuarii de ſebeſten ſimplicis ℥ vj. electuarii de ſebeſten ſolutiui ʒ iij. agarici præparati ʒ j. Diſſoluatur cũ decoctione pectorali fiat potio. Capiat per horam ante diem, vel aurora, & dormiat per horam. Qua purgatione facta ordinetur ſibi hoc electuariũ: Recipe penidiarum ℥ ij. diatragacanthi ℥ j. lohoch ſani, lohoch de pino ana ℥ j. ß. diairis. ℥ x. Miſce cũ ſyrupo de hyſſopo q. ß. Capiat lambẽdo ſingulis horis. Itẽ fiat ſibi inunctio pro pectore talis: Recipe olei amygdalini amari. liliacei, œſypi humidæ, ana ℥ j. Miſce, vngatur pectus manè & ſerò ante cibũ. Item ſumat ſingulo menſe ſemel, aut bis de pilulis de agarico Meſuei, drac. j. pro vice. Fiant pilulæ numero tres vel quinq; cum aqua ſcabioſę.

Cap

Capiat circa mediam noctem. Conſiderandum tamen eſt hoc, quòd ſi materia fuerit calida, quæ facit aſthma, quod tamen rarò eſt, digeſtiua debent eſſe talia: Recipe ſyrupi violati, ſyrupi de liquiritia, ſyrupi iuiubini, ana drach. quinque, aquarum violarum, capilli Veneris, ana ℥ j. ß. Miſce. Capiat calidũ in aurora, & dormiat. Purgatio verò fiat cum caſia, & agarico, vt paulò antè dictum eſt, & capiat in bolo. Quòd ſi bolum abhorruerit, diſſoluatur cum decocto pectorali.

De pleuritide, Cap. XXII.

Definitio.

PLeureſis, eſt apoſtema, quod operimento coſtas ſubinuoluenti accidit, vnde vehemẽs & acutus dolor oritur in latere, & pectoris lacertis. Hic incipit plerunq; à coſtis, & ad furcularum aſcendit partes eo in latere in quo apoſtema eſt, nõnunquam autem inferiora, deſcendit in partes, quæ ſubſunt hypochondriis.

Cauſæ primitiuæ.

MVLTVS potus aquæ frigidæ, frigus nimium, aut caliditas: grandis inſufflatio Septentrionalis venti, poſt Auſtrum, portatio magni ponderis, caſus & percuſsio, & ſimilia, diſcooperire ſe poſt ſudorem, vel laborem in aëre frigido.

Cauſæ

Cauſæ antecedentes.

Repletio humorũ, ebullitio eorũdẽ, retentio ſuperfluitatũ exire cõſuetarũ, vẽtoſitas.

Cauſæ coniunctæ.

Sũt iã dictę cauſę actu faciẽtes apoſtema.

Signa pleuritidis veræ.

Dolor acutus pungitiuus, febris acuta, difficultas ſpirandi, tuſsis, pulſus citus & ſpiſſus, durus, anomalis, inæqualis inæqualitate, quæ dicitur ſerratura.

Signa non veræ pleureſis.

Grauitas lateris ſine tuſsi etiã (aliàs vel) cum modica, dolor ſub diaphragmate, nihil excreans, loco compreſſo cum manu ſentitur dolor ad extra extẽſus, tumor ad extra, ruptio, & ſaniatio exterius.

Signa temporum pleuriditis.

Principium, quando accidentia ſunt parua, ita quòd priùs (aliàs paruus) dolor, modica febris, nulla, vel parua tuſsis, ſputum paruum & aquoſum. Durat autem cõmuniter per tres vel quatuor dies, ſecundum quantitatem materiæ, aut fortitudinem virtutis.

Augmentum quando ſputũ incipit incraſſari & dicta accidentia augmẽtantur manifeſtè, & ſputum fit rubeum, vel citrinũ. Status, quãdo ſputũ eſt digeſtũ, albũ leniter, & cũ facilitate emiſſum, & accidẽtia incipiũt minorari. Declinatio, quando accidentium

apparet alleuiatio, & ſputum eſt maturũ, digeſtum, & faciliter expulſum, & accidentia pro maiori parte ſunt remota. In laterali morbo primò ſputũ, deinde propter coniunctas febres, vrinã inſpicere oportet Galenus j. Criſis, cap. vij. Signa maturationis (aliàs permutationis) pleuritidis, in empyemate. Si pleuretici in xiiij. diebus non purgantur, tranſeunt in empyema. Et cum hoc febris, & difficultas anhelit', remanet, & aſperitas in lingua, & debilitas appetitus, & vigiliȩ, & non adeſt alleuiatio manifeſta. Poſtquam verò illa materia eſt conuerſa in ſaniem, febris ceſſat, ſed grauitas remanet, dolor maximè grauatiuus. Quicunq; ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgãtur, à die à qua fit ruptio, liberantur: Si verò non, ad tabem tranſeunt. Apho. 15. libr. 5. Signa quòd empyema mutetur in phthiſim, vide proprio capite.

Aphoriſmi & Præſagia.

1 ACCESSIONES verò & cõſtitutiones, morbi indicabunt. Aphor. 12. lib. 1.

Signa coctionis in pleuritide ponit Galenus in præſenti commento.

2 Quando præualuerit Aquilonia tempeſtas. Apho. 5. lib. 3.

3 Hyemȩ verò morbi laterales. Ap. 23. li. 3.

4 Qui

4 Qui acidum eructant non valde morbo laterali corripiuntur. Apho.33.lib.6.

5 A morbo laterali, vel pulmonio habito, alui profluuiũ aduenieĩs, malũ. Aph. 16. li. 6.

Tentatio, ſiue cura tentatiua vt inquit Nicolaus.

Circa curam pleuritidis, in primis cùm occurrit patiens, Medicus cõſiderare debet, an ſit vera, vel non. Et ſi dubitat, vtatur cura tentatiua, hoc modo procedendo.

Primò faciendo ſacculum talem.

Recipe milii, furfurum, ana M. j. ſalis M. ß. Calefiant in vaſe æneo, ſine aqua, deinde ponantur in ſaccellum, & loco dolenti applicentur. Si fuerit à ventoſitate, reſoluetur dolor, & ſic manifeſtabitur quòd non eſt vera pleureſis.

Fomentatio ad idem.

Recipe chamæmeli, meliloti, anethi, ſeminis lini, fœnigræci, ana M. ß Fiat decoctio in aqua fluuiali q ß. Et cum ſpongia infuſa in prędicta decoctione, ſupra locum dolentem ponatur. Heben Meſueus ponit, vt trahatur materia à profundo pectoris, ad cutem, cum ventoſis. Et hoc eſt valde periculoſum, quia niſi corpus ſit valde mundum, & cum phlebotomia, & ſolutione vẽtris periculoſum eſſet trahere materiam ad locum, & faceret dolorem.

Lenitio ventris.

Primò fiat hoc clyſtere lenitiuũ, quod nullo modo tranſit (aliàs tranſcendit) gradũ lenitionis, ne agitata materia ad locũ currat.

Clyſtere ad idem.

Recipe maluæ, blitis, violarum, hordei excorticati, añ M. j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ. De colatura recipe ℥ xv. In quibus diſſolue caſiæ. ſacchari rubei, ana ℥ j olei violati ℥ iij. ſalis cõmunis (aliàs ſalis gẽmæ) ʒ ij. vitellũ j. oui. Miſce, fiat clyſtere. Secũdum cõmunem vſum in principio extantibus conditionibus requiſitis ad phlebotomiam, phlebotometur baſilica lateris oppoſiti, & extrahatur quantitas ſanguinis, ſecundũ tenorẽ virtutis, & repletionis. Deinde vbi ægritudo continuat vſq; ad quartum diem, & accidẽtia, & ſigna excreſcant, fiat phlebotomia ſecundò ex baſilica eiuſdem lateris: quia hæc ſecunda venę ſectio eſt tantùm euacuatiua, & non diuerſiua. In aliquibus tamen caſib⁹ incipiendum eſt à ſaphena. Primò, quando apparet maxima repletio totius corporis. Secundò, quãdo materia eſſet multùm corrupta, vel venenoſa, vt trahatur ad partes magis remotas. Tertiò, vbi materia raperetus ad ſuperiora, verſus cerebrum, & cor. Quartò, ſi cõtingat alicui pleuritis ex retentione ſanguinis hæmorrhoidalis, aut menſtrual

ſtrualis in muliere, fiat phlebotomia ſaphenæ à principio, obſeruando canonem quarta primi, ca.j.(aliàs canonem 41.cap.j.) Cũ retẽtio alicuius euacuationis conſuetę facit poſsidere aliquam ægritudinẽ, tũc reuerſio illius euacuationis eſt cura. Vbi autem non occurrunt hi caſus, dimittatur phlebotomia ſaphenę, & fiat in principio de baſilica, vt dictum eſt. Vbi autem facta phlebotomia humor alius à ſanguine abundaret, nec educibilis eſſet cum ſanguine, tunc dolore præcipuè tendente ad inferiora, debemus exhibere pharmacum pro minoratione materiæ: & quia vt plurimum de facto eſt hoc, quod humor eſt cholera miſta cũ ſanguine, ideo intentio eſt euacuare choleram, & pręcipuè ſuperabundantem ſanguinẽ. Sed ſolutiuum cuiuſcunq; humoris in pleureſi, debet habere iſtas cõditiones: Quòd ſit primò lenitiuũ, & nõ ſolutiuũ forte, quia agitaretur materia, & augmẽtaretur apoſtema. Et ideo ſcãmoniata non cõueniunt. Quare Auicenna prohibuit myrobalanos, & ſcammonium. Vnde medicina debet eſſe purè lenitiua. Sit ergo medicina talis, euacuans choleram leniendo: Recipe paſſularum enucleatarum ʒ x. liquiritiæ raſæ ℥ ß. iuiubarum nume. x. ſebeſten nu. viij. violarum ʒ j. hordei excorticati M. ß. Bulliant hæc omnia in ß. q. aquæ

fluuialis, & de colatura recipe q. ß. ad diſſoluendum, caſiæ pinguis optimæ nouiter cãnis exemptæ ʒ x. ſyrupi violati ℥ ß. Miſce. Pro delicatis, & nobilibus loco caſię detur ℥ ß. aliàs ℥ j ß. mannæ optimæ.

Alia medicina.

Recipe caſiæ pinguis nouiter extractæ, vnc. ß. diaphœniconis ℈ iiij. Diſſolue cum decocto pectorali q. ß. & exhibe vt ſuprà. Ruſticis potes dare de diaphœnico ʒ j. ß. Sunt quidã, qui nullo modo concedunt rhabarbarum, propter ſtypticitatem, Gordonius autem cõcedit, & dicit quòd relinquat veſtigium ſtypticitatis, & prohibeat fluxum ventris fieri, qui in hac ægritudine conſuet' eſt fluere tamen nos poſſumus vti rhabarbarico, in apobregmate, vel diluto aquæ violaceæ: (Sin vino meraco,) & conficere medicinã, vt ego. Vnde illi, qui dicunt, quod non ſit exhibendum rhabarbarum, verum eſt in ſubſtantia: qui dicunt eſſe dandum, dicunt illi in infuſione, vt dictum eſt.

Digeſtio.

SANGVINE exiſtente cholerico, exhibeatur ſequens digeſtiuum. Recipe aquæ decoctionis hordei, iuiubarum, & ſebeſten, ana ℥ j. ſyrupi violati, iuiubini, ana ʒ vj. Miſce, fiat ſyrupus.

Aliud

Aliud ad idem.

Recipe ſyrupi violati,iuiubini, ana ℨ. vj. aquæ vngulæ caballinæ,violarum, bugloſſæ,ana ℥ j.Miſce. Quòd ſi cholera ſit craſſa,detur hoc digeſtiuum : Recipe ſyrupi de liquiritia,violati, mellis roſati colati, ana ℥ ß.aquæ capilli Veneris, vngulæ caballinæ, violarum,ana ℥ j.Miſce.

Vnctio digeſtiua ad idem.

Recipe olei violati, amygdalini dulcis, ana ℥ ij. Infundantur petiæ in hoc oleo tepido,& ponantur ſuper locum dolentem.

Euacuatio eradicatiua cauſæ antecedentis.

Digeſta materia, quod cognoſcitur ex vrina bene conditionata, compleatur quarta intentio,quæ eſt euacuatio extirpatiua,quę completur aut cum phlebotomia, aut cum pharmaco. Cum phlebotomia,ſi vrget neceſsitas, fiat ſectio venæ poſt quartũ diem de baſilica eiuſdẽ lateris,& extrahatur quãtitas ſanguinis,ſecundum tenorem virtutis, & repletionis. Vbi autẽ eſt neceſſaria euacuatio eradicatiua poſt phlebotomiam,per vnũ diem detur hæc medicina eradicatiua, & primò pro nobilibus. Recipe violarum, capillorum Veneris,bugloſſæ,ana M.ß. paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß.ſebeſtén nume. viij. vel iiij. iuiubarũ nu.

x.hordei excorticati M.ß.Fiat decoctio ſecundum artem,de qua recipe q.ß.ad diſſol uendum,mannæ electę, granatæ, vel caſiæ pinguis nouiter extractæ ʒ x. rhabarbarici optimi,& electi ʒ j.ß. ſpicæ g̃ v. diaphœniconis ʒ ß. Rhabarbarum cum ſpica infundatur in aqua violata.& ſine vino, q.ß.pro ſui imbibitione , per ſeptem horas. Deinde fiat fortis expreſsio rhabarbarici , cum reliquis diſſoluatur,& fiat potus,cui adde ſyrupi violati ℥ ß. Exhibeatur vt dictum eſt. Et in hoc caſu non eſt neceſſarium lauatiuum. Pro tenuioris fortunæ hominibus ad idem : Recipe caſiæ optimæ pinguis vnc. j. diaphœniconis drach. j. ſcrup. ij Diſſolue cum decocto pectorali q.ß.& fiat potus,qui dulcoretur cum vncia ſemis ſyrupi violacei, & propinetur.

Mundificatio pectoris.

Euacuatio materię coniunctę à pectore, perficitur primò exhibendo hoc iulapium, longè pluries in die;quod mũdificat pectus facilitando ſputum. Recipe liquiritiæ raſæ, hordei excorticati,ana vnc. ß. ſebeſten ℥ j. iuiubarum vnc.ij violarum M.ß. penidiarum,ſacchari candi,tragacanthi,ana vnc.ß. (aliàs ana,omittitur.) ſucci apyrenorum ℥ ß.aquæ violaceæ ℔. iiij.Incidenda incidantur, & in prædictis aquis, & ſuccis bulliant,

ad cōſumptionem tertiæ partis. Deinde colentur.& colaturam vſui reſerua,& exhibeatur vt dictum eſt.

Notio aphoriſtica.

Si ad clauiculam dolor pertingat, venæ ſectione, ſi verò ad ilia, purgatione curatur. Aphoriſmo 5. lib. 6.

Aliud iulep ad idem.

Recipe aquæ vngulæ caballinæ, violarum, ſeminum communium frigidorum, ana ℔ j. iulep. violacei ℥ vj. ſyrupi iuiubini ℥ iiij. Miſce, & bene agitentur in fictili cruſtato, ſeu vaſe vitreo. Et de iſto exhibeatur vt de præcedenti.

Ad idem, electuarium.

Recipe lohoch de pino, diatragacanthi frigidi, ſacchari violati, ana ℥ j. Miſce cum ſyrupo iuiubino,& fiat electuarium, de quo ſæpe ſumat lambendo. Vbi autem materia eſſet aliqualiter viſcoſa, fiat electuarium iſtud cum oxymelite ſimplici.

Vnctio ad idem, reſolutiua, & facilitatiua ſputi.

Recipe olei anethini, amygdalini dulcis, violati, ana ʒ vj. butyri recētis ſine ſale, pinguedinis anatis, ana ℥ j. croci grana iij. ceræ parum. Fiat vnguētum molle pro pectore,& vngatur pectus,& locus dolēs, cū hoc aliqualiter calido. Vbi autem dolor inualeſceret,

ſceret,& accidentia forent inteſa,cum difficultate ſpiritus,& ægrè ſpuēdi,fiat hoc emplaſtrum: Recipe radicum althææ, maluarum,foliorum violarum,chamomillæ,meliloti,anethi,ana M.ß farinæ hordei,ſeminis lini.ana ℥ ij.Radices incidantur, & cū prædictis herbis bulliant in ß. q.aquæ,ad perfectam decoctionem,deinde piſtētur in mortario & addantur farinæ prædictæ,& cum prædicto oleo,& decocto,ſcilicet oleo vioto,& amygdalino dulci q.ß.ad impinguandum,fiat emplaſtrum,quod extendatur ſuper petiam, & calidum loco dolenti apponatur.Et cùm hoc cataplaſma ſupra locum cœperit tepefieri, remoueatur, & de nouo apponatur.

Correctio accidentium.

Pro cura iſtorum recurre ad propria capitula:ſunt autē illa,Inſtantia vigiliarum, ſomnus profundus,ſitis vehemens,phrenitis, fluxus ſanguinis narium, & profluuiū alui.

Diæta.

AER habitationis declinet potiùs ad calidū,quàm frigidū: quia caliditas aëris iuuat ad euaporationem materiarum: frigidus verò compingit(aliàs conſtringit)materiā. Declinet etiā aliqualiter ad humidū, & ſit clarus,nō fumoſus,nec multū in qua-

litatib

litatibus actiuis alteratus. Somnus ſit nocturnus, ſex vel ſeptem horarum. Et ſi non dormiret noctu, dormiat in die per vnã vel duas horas, poſt cibum prandij, & dormiat capite eleuato. Potiùs debet quieſcere, q̃ agitare: corpus: quia quiete maturantur humores, & præcipuè calidi. Habeat euacuationes naturales, omni die. Caueat iram, ſolicitudinem, anguſtiam, & alia animi diſturbia, facientia ebullitionem in humoribus.

Aegritudine exiſtente acuta, & accidētibus ſæuis, & horribilibus, & cauſa multùm infeſtante, debemus ſubtiliſsimè diætare, more conſueto iuxta placita medicorũ authenticorum. Potus ſit aqua ſacchari, &c.

Canon.

Omnino intentio Medici eſt, prohibere ſuppurationem.

Additamenta propria, vera pleuritidis cura.

DETVR drach. j. pulueris viſci quercini cum vino. Item aqua cardui benedicti, æquè valet.

Potus ad idem.

Recipe aquæ deſtillatæ ex herba, & radice pampinellæ, aquæ acetoſæ, aquæ prunellarum, cum radicibus, deſtillatarũ, ana ℥. iij.

Miſce

Miſce pro potu. Detur omni mane, &c.

Vnctio ad pluritidem, & ad pectus.

℞. Pinguedinis anatis, gallinę, ana ℥ j ß. butyri recentis ℥ j. croci ʒ j. olei violarum ℥ ij. ceræ albæ ℥ vij. fiat vnguentum molle.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe rutæ M. iij. decoquatur in aceto, & apponatur in modũ emplaſtri. Primitus propinetur apozema paſſulatũ (facta priùs competenti venæ ſectione,) calidè manè, & ſerò, hauſtus vnus, cum diamannę, electuarij lenitiui, ana ʒ iij & confectionis Hamech drach. j. colliquatum.

Eſt autem paſſulatum tale.

Recipe paſſularum mundatarum ℥ j. caricarum numer. vj. iuiubarum, ſebeſten, ana num. viij. florum violarum, capilli Veneris, betonicæ, ſcolopendriæ, ana M. ß. liquiritiæ raſæ ℥ j. ſeminum aniſi, fœniculi, vna ʒ j. foliorum ſenæ, polypodij, vna ℥ ij. ß. radicum ireos ℥ j. turbith electi ℥ ß. zingiberis ʒ j. Fiat omnium decoctio in aqua ſimplici q. ß. ad conſumptionem tertię partis, ſyrupiſetur cum ſaccharo, ſyrupo de liquiritia, & melle roſato colato q. ß.

Syrupus in pleuritide.

℞. Aquæ fontis libras iiij. florum violarũ ℥ ij. ß. liquiritiæ raſæ, papaueris albi, ana ℥ ß. ſeminis cydoniorum, maluæ mũdatæ, ſemi

ſeminis bombacis,medullæ ſeminis melonum,citrulli,cucurbitæ,cucumeris,portulacæ,tragacanthi,gummi Arabici, ana ℥ iij. Omnia optimè terantur, & in prædicta aqua bulliant, ad conſumptionem medietatis, deinde colentur, & cum ſaccharo albo fiat potus clarificatus.

Potus in pleuritide expertus.

Exhibeatur ſemi libra,(ſi grauior morb⁹ eſt) ſin minus,ſolùm vncia j. aut altera olei linini puri,calidè, cum tanto puluere raſuræ dentis aprini, quantus ſuper Marcellinũ numum manere poteſt.

Potus ad idem.

Recipe bedeguar,ſiue cardui ſanctæ Mariæ, & ſaluiæ minoris, ana M. j. bulliant in ß.q.aquę fontanæ,ad conſumptionem medietatis, colatum condulcetur cum ſyrupo de ſcabioſa,quod ſatis eſt. Hac ipſa potione ego multos curaui, præmiſsis tamen vniuerſalibus,iuxta canonem.

Potus alius ad idem.

Recipe aquarum ſaluię,rutæ,lauandulę, ana quartale ß. Miſce. Dentur ℥ iij. pro vice,calidè,in quibus theriacæ magnæ,& Mithridatici,ana ʒ ß. diſſoluta ſit.

Pleureſis non vera cura.

FIAT emplaſtrum ex maſſa ficulnea,tri-

ta cum chamæm:lino, vel crinino oleo, vel axungia porcina calidè applicatum. Dolorem etiam lateralem ſedat, poſt venam ſectam cataplaſma ex farina radicum althçæ, fœnigræci, & linoſpermatis, ana ℥ j. cum butyro, vel cremore lactis ſimul modicum coctis, paratum. Item ſupponatur tepidè lana ſuccida, cum dialthæa, & butyro imbuta. Diapenſia, & ruta, cũ alchimilla calidè cataplaſmata, cũ aceto, præſentaneum pleureticum eſt.

Potus ad idem.

Puluis item oculorum cancrorum cum aqua foliorũ perſici bibitus, ad idem valet. Vel detur cũ deſtillatione arceuthidũ. Vnctio cum calido oleo nardino, addito croci exiguo facta, ad idem efficax remediũ eſt.

De peripneumonia.
Cap. XXIII.

Definitio.

PEripneumonia, ſecundum Galenum, eſt inflammatio pulmonis, cum febre acuta, & difficultate ſpirandi.

Notiones circa idem.

A pleureſi ad pulmonem nunc veniendũ eſt, ex quo vehemẽs, & acutus morbus oritur, quem peripneumaticon Græci vocant. Iſidorus autẽ peripneumoniam maluit appellare. Eius hæc conditio eſt: Pulmo totus afficit

afficitur. Hunc caſum eius ſubſequitur tuſſis, bilem, vel pus trahens, præcordiorũ, totiúſque corporis grauitas, ſpiritus difficultas, magnæ febres, continua vigilia, cibi faſtidiũ, tabes. Id genus morbi plus periculi, quàm doloris habet. Oportet, ſi valde, vel ſatis validæ vires ſunt, ſanguinem mittere: Si minores, cucurbitulas ſine ferro præcordiis admouere. Hali abbas ait: Peripneumonia, apoſtema eſt calidũ, quod in pulmone naſcitur. Et apoſtema hoc aliquãdo ex materia fit ſanguinea, aut cholera, quæ ad pulmonẽ decurrit. Et nonnũquam catarrhi fit cauſa, fluxúſq; eius à capite: & quandoque iugulationis cauſa, & pleureſis, aliarúmque pectoris paſsionũ, quũ ad pulmonẽ tranſfertur materia propter confinitatẽ. Quando etenim pulmo debilis eſt, quę ab his purgantur membris, ipſe ſuſcipit. Huius paſsionis ſigna: Febris eſt cõtinua, & moleſta tuſſis, ſpiritus arctatio, grauis dolor, & grauitas in pectoris anterioribus, genarũ rubor, & oculorũ, eorúmq; repletio venarum. Palpebrarum tumor, ſentit in facie patiens ardorem, ſitim nimiam, linguæ deſiccationẽ, & aëris frigidi deſiderat reſpirationem.

Aphoriſmi.

A COSTALI pulmonia, malo eſt. Aphor.

XII. lib. VII.

A pulmonia delirium, itidem malo eſt. Ibidem, Aphoriſmo 14.

Cauſa primitiua.

VERSATVR in rationabili inueſtigatiõe.

Coniuncta cauſa.

Sunt humores ibi coarctati, & putrefacti, & quamuis hoc ex diuerſis poſſet fieri humoribus, tamen frequens fit à phlegmate (Gal. dicit eſſe phlegmonem) craſſo, ſicut pleuritis fit (aliàs ferè) à cholera ſubtili, & humore ſubtili. *Cauſæ antecedentes.*

Poſſunt eſſe pleuritis, ſynanche, catarrhus, vel materia ab alia (aliàs aliqua) corporis parte ad pulmonem tranſmiſſa.

Signa.

VIDE Galenum in lib. v. cap. 2. de locis affectis: & Auicennam capite proprio: vbi dat ſigna peripneumoniæ calidæ. Signa per mutationis eius ad empyema ſunt: Quia nec febris, nec calor diminutus, & ſimilia, quæ in mutatione pleuritidis ad empyema apparent, vel contingunt.

Prognoſticatio.

1 Cùm peripneumonia accidit adoleſcentibus vſque ad XXV. annum, pernicioſa eſt, & vix euadunt.

2 Fœminis poſt XXV. annũ peripneumonia

nia non naſcitur. Quòd ſi tamen accidit, nō eſt periculoſa adeò, imò facilius curatur.
3 Peripneumonia facta à cholera rubea, peſſima, & mortalis.
4 Quando peripneumonicis accidunt exituræ apud mamillas, vel ea quæ ſequuntur ad eas, & aperiuntur puſtulæ, (aliàs fiſtulæ) euadunt.
5 Et ſimiliter quando accidunt exituræ in crure, ſunt laudabilia ſigna.
6 Quando permutatur ad pleureſim, rarò alleuiātur, & cōſtringitur anhelitus, & ſi accidit (aduenit) punctio & à pulmonis inflāmatione phrenitis, malum. Aphor. 12. libri 7. & Aphor. in pleuritide ſuprà &c. Cùm ſputum magis vehemēs ſit, & ſit in cura peripneumoniæ, curatur cura pleuritidis, niſi quòd oportet vt emplaſtra ipſius ſint fortiora, & vt ponantur in eis, quæ ſunt profundantia (aliàs mundificantia) & oportet vt ſit ſolicitudo ad mundificandum, cùm difficiliùs expuant, & ſit in loco iacendi ſuper partem ſpuendi, reſupinatio declinet verſus illam partem. Si ſit de genere choleræ rubeę, cura eſt difficilis: nam ſi aliquid confert, eſt extinctio vltima, cum ſuccis vehementis frigiditatis, ſicut oleorum frigidorum, holerū, herbarum, & fructuum. Et dentur infrigidantia, lenificantia, ſicut ſyrupus endiuiæ,

aqua ſolatri,aqua ſeminũ communiũ frigidorum mucilago pſyllij,& his ſimilia Auicenna dicit: Cui accidit peripneumonia ex pleureſi(aliàs plenitudine) vel alia ægritudine quàm priùs habuerit, fiat phlebotomia.Sin minus, omittatur propter naturæ debilitatem. Emplaſtra,& vnguenta in peripneumonia debent poni ſupra pectus,ante & retro,ſupra dorſum:In pleuretico verò magis ſuper latera. Medicinę pulmonis debent exhiberi in forma liquida. Et penetrãtia non debent eſſe in nimis magna quantitate. Et ſimiliter euacuationes, & pharmaca,& phlebotomia debent fieri in parte inferiori,vt trahatur materia ad partes eaſdem. In pleuritide verò,fiat ſuperiùs. Materia enim ibi educitur per os, vel viam ſputi.

Cura.

SVCCVS ireos educit & euacuat materiam à pulmone, & pectore. Recipe ſucci ireos ℥ ij. aquæ mellis ℥ j.ß. Miſce. Aliqui porrigunt puluerem arſenici: à cuius vſu te peramicè dehortor: eſt enim perniciale. Si opus ſit lenificatione ventris, vtatur eiuſmodi ſyrupo ℞. Caſiæ pinguis,paſſularũ enucleatarum,ana ℥ ij. Diſſoluantur in decoctione pectorali q.ß. Quòd ſi natura per ſe nimiùm fuerit fluida,reſtringatur cum rob

myrteo,

myrteo,& cydoniis aſſatis. Bonum eſt etiã illis educere choleram,cum ſyracoſt,tamarindis & tereniabin.

Additamenta propria.

Regimen ad aſthma,& putrefactionem pulmonis vel hepatis. Potio.

RECIPE gentianæ,zedoariæ albæ, galangij,pampinellæ,ana ℥ j. vel plus. Incidantur minutim,& ponantur in cantharum, & ſuperfuſo optimo vino macerentur,vel decoquantur. Doſis,cochlearia bina, ſeu terna pro vice, ſummo mane. Galenus præcipuum curationis ſcopũ, in hac ægritudine putat eſſe deſtructionem, & conſumptionem abundantiæ humiditatis,quę ſit cauſa morbi illius. Præcipit etiam vt cubẽt ſublimius,& lectum ſibi præparent ægrotantes, in ſuperioribus particulis,quibus accumbit thorax,eleuatum magis,ne ſuffocentur inter dormiendum,&ne fiat anguſtatio ſtrangulatiua, propter humidum aggregatum inter thoracem, & pulmonẽ. Et dicit quòd aſthmaticis cõpetant pharmaca, quæ incidunt abſque calefactione forti,& quòd propterea maximè ipſos iuuẽt oxyſcillite, hoc eſt,acetum ſcilliticum.

Canones.

1 Cauendum tamen iis à nimiùm calori-

ficis aromatibus.

2 Itidem ab exceſsiuè refrigerantibus. Incraſſant enim vniuerſos humores, & denſant, & difficulter abiectibiles faciunt.

3 Abſtinendum etiam illis à ſtypticātibus pharmacis, ſiquidem ea cōtrariiſsima ſunt in hac affectione conſtitutis.

Miſtura pro peripneumaticis.

Recipe lohoch de pino, de pulmone vulpis, ad aſthma, ana vnc. j. electuarij de ſeminibus frigidis drach. iij. conſeruæ violaceæ, bugloſſatæ, boraginatæ, ana vnc. ß. cum ſirupo de ſcabioſa, vel altereniabin q. ß. fiat miſtura.

Tragea pro pulmonariis.

Recipe pulmonariæ M. j. piperitis, ſaluiæ minoris, hyſſopi, ana M. ß. polypodii, liquiritiæ, ana vnc. j ß. ſeminū fœniculi, aniſi, coriandri, ana ℥. ij. ß. dictami, zedoariæ, ana vnc. ß. cinnamomi electi, galangij, calami aromatitis, ana ℥. iij. Fiat tragea cum ſaccharo taberzeth, vel candi, craſsiuſculè puluerato, vel cum ß. q. ſucci fauorum, fiat eclegma. Vinum etiam decoctionis daphnidum, & foliorum hyſſopi, ieiunè bibitum, pneumonicis mirè prodeſt.

De

De Hæmaptæa, id eſt, ſputo ſanguinis,
Cap. XXIIII.
Definitio.

HAEmaptæa eſt reiectio eruenta, aliquando ex hypiſphaſmate, ſeu ruptione venæ, vel viſcerum læſione, aut putrefactione, vel repletione ſanguinolenta proueniens. Cauſæ primitiuæ ſunt, ictus, caſus, percuſsio ſuper pectus, pulmonē, & hepar, ſanguiſuga pectori, vel gutturi adhærens, nimium frigus conſtringens, aut caliditas diſſoluens, & humiditas venas mollificans. Loca autē, quibus ſanguis venit, ſunt os, & pulmonis canna: Os, ſimpliciter ſpuendo: Canna autem pulmonis, cùm exit ſanguis ſpumoſus, ſine tuſsi, vel pauca tuſsi, ſed cum raſi catione forti, & dolore in loco. Si à meri vel ſtomacho, exit cū vomitu. Si ab hepate, dolor in hypochrondrio dextro ſentitur. Si à pulmone, ſanguis ſpumoſus, ſine dolore, remiſsior. Pulmonis quidem particulæ ſimul eiiciuntur eo modo, quo pus in ſuppuratis. Si à thorace, ſanguis nō eſt multus nec rubens, ſed nigricans, grumoſus cum tuſsi, & cum dolore. Si à faucibus, & gurgulione, cum excreatu, vide Galenū lib. III. cap. v. de locis affectis. Si à cerebro, cum

tuſsi, vt vult Galenus loco iamiã citato. Si à multitudine ſanguinis, arguitur homo plethoricus. Si ab acuitate, ſanguis eſt calidus, acutus, homo eſt cõmuniter macer, & cum rubore, ac citrinitate in facie.

Præſagia, & Aphoriſmi.

1 SANGVIS exiens à pulmone moleſtus, & difficilis curę, quamuis multi Medici deſperẽt ſanare hulcera, & vulnera pulmonis, ſi tamen fuerint recentia, vſque ad diem tertium non eſt deſperandum.

2 Et ſi hæmaptica paſsio propter hulcus antiquum ſit incurabilis, non tamen ſtatim mors imminet, ſed tempore longo durat, maximè quando adeſt (aliàs non adeſt) febris.

3 Sputum ſanguinis ſuccedens ſputo ſaniei, ſignificat hulcus pulmonis.

4 Sputum ſanguinis à pulmone magis timendum eſt, eò quòd à pectore venit.

5 Cui accidit ſputum ſanguinis, paratus eſt ad phthiſim.

6 Sanguinis fluxus cum vomitu, ſi adeſt febris, mortalis.

7 Sanguis exiens cum parua quantitate, à ſubſtantia pulmonis carnis, vel à conquaſſatione, vel reſudatione venarum eius, eſt deterior

terior, quàm ſi exeat à vena fiſſa, vel ſciſſa, vel rupta in eo.

Aphoriſmi.

1 ADOLESCENTIBVS ſanguis quidem ſuprà qualiſcunque fuerit malum: infrà autem nigra deiecta, bonum eſt. Aphor. 25. libro 4.

2 Excretiones in febribus non intermittentibus. Aphor. 47. lib. 4.

3 Quicunque ſpumoſum ſanguinẽ expuũt, his è pulmone eductio fit. Aphor. 13. lib. v.

4 Caput dolenti, & circundolenti, pus vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit. Aphor. 10. lib. 6.

5 A ſanguinis ſputo, puris ſputum. Aphor. 15. lib. 7.

6 Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ &c. Aphor. 29. lib. 3.

7 Quicunque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare: ſi verò cum febre, malum. Curare verò adſtringentibus, & refrigerantibus. Aphor. 37. lib. 7.

8 Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo. Aphor. 25. libri 4.

Minoratio.

MINORATIO, ſeu diuerſio circa curã ſputi ſanguinis prouenĩetis à pectore, & pulmone, ex ruptura venæ. Primò fiant diuer-

ſiones,cum euacuatione & ſine euacuatione:Cum euacuatione, vt phlebotomia. Fiat ergo ex baſilica lateris dextri, exhauriātur vnciç quinq; ſanguinis,vbi ruptura venç ſit à ſanguine acuto & cholerico. Sin eſſet à multitudine ſauguinis,tūc hauriātur vnciæ ſex vel ſeptē.Deinde fiant ligaturæ in adiutorio brachiorum, & coxarum: Pòſt ponantur ventoſæ circa nates,cum ſcarificatione.

Digeſtio.

Digeſtio adæquatur ſanguini,q eſt ſubtilis,cholericus,cum digeſtiuis appropriatis. ℞.Syrupi myrtini, violati,añ.℥. vj. aquarū plātaginis,endiuiæ,an.℥.ß.vel ℥.j.ß.Miſce, detur manè,per horam ante diem.

Loboch ad idem.

Recipe lohoch de portulaca ℥.j.ß.diatragacanthi frigidi ℥.ß. Miſce, fiat lohoch, ſumat lābendo, ad conſtringendū ſanguinē.

Ad idem epithema.

Recipe ſandali rubei, albi,myrtillorum, ſumachij, hypociſtidos,añ.℥.ß. Fiat puluis ſubtilis,& diſſoluatur cum aqua roſarū, & oleo roſarum,ita quòd aqua roſarū ſit quadrupla ad oleum roſaceum,deinde infundātur petiæ lineæ,applicentur pectori.

Pilulæ ad idem expertæ.

Recipe pilularum de cynogloſſa ſcrup. j. gran

gran.I I I I.fiant pilulæ I I I.Detur vna cubi tum eunti. Nam ſiſtit,& incraſſat ſanguinē, imò omnē materiam catarrhalē remouet.

Pilula ad idem.

Recipe trochiſcorum de carabe,de terra ſigillata,ana ʒ.ß. Fiant pilulæ ſex cum ſucco plantaginis,exhibeantur tres manè ante diem per horam. Et quia ſolēt iſtæ rupturæ venæ ſæpius procedere à materia ſubtili catarrhali,deſcendente à capite ad pectus,ponatur ſupra commiſſuram coronalem capitis puluis iſte. Recipe corticū thuris, maſtiches,roſarū rubearū, myrtillorū, coralliorū rubeorū,ana ʒ.ß. ſtœchadis Arabicæ ℈.ij. Fiat puluis. Apponatur ſerò capiti,vt dictum eſt. Portulaca ſecundùm omnem modum adminiſtrata cōfert ſputo ſanguinis, ipſam maſticando,& in ore tenendo.

Formulæ conuenientes, in ore tenendæ, ſi fuerit ſputum à catarrho.

Recipe amygdalarum dulcium, amyli, ana ʒ j.ß.tragacanthi drac.ß. gummi Arabici, boli Armeni,ana ʒ.ß.ſeminis plantaginis,portulacæ,papaueris albi,ana ℈.j. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo taberzeth diſſoluto in aqua plātaginis, fiat confectio ſolida in rotulis, quarum quælibet ſit ʒ iij. Et de iſtis teneatur in ore ſerò, manè,& ferè omni hora,

Euacuatio.

FACTA digeſtione per ſyrupum, detur medicina mundificatiua ſanguinis à cholera. Recipe rhabarbari electi drach j. ſcrup. j. caſiæ optimæ pinguis vnc. j. Diſſoluantur in aqua plantaginis, vt fiat potus. Cui adde ſyrupi de myrto vnc. j. Exhibeatur manè, vt dictum eſt.

Diata.

REGIMEN in vita ſit tale, quod tendat ad frigidum, & humidum parum, vel ſiccũ. Vnde aer nõ ſit calidus, ſed frigidus moderatè, & humidus, incraſſans ſanguinem. Cibaria ſint alterata ad frigidum, & humidum. Vnde circa primos dies dimittat carnes, & vinum. Fiant fercula ex milio, panico, & oryza pauca, ſiue amygdalis, & fiant iſta in brodio facto de extremitate vitulorum, & aliorum animalium. Bibat aquam chalybeatam in primis diebus, & decoquantur omnia in aqua chalybeata. Fructus conuenientes ſunt, cydonia, & pyra cocta. Iam poſt aliquot dies poſſunt comedere carnes pullorum, turdorum, leporis, auium arborearum, & pratenſium. Extremitates animalium, & vitulorum, quæ generant nutrimentum viſcoſum. Cùm incipit bibere, vinum ſit paucum, pauciferum, ſubrubrum

brum,& cum aqua chalybeata. Caueat ſomnum diurnũ: dormiat noctu ſex, vel ſeptẽ horis. A ſuperfluis vigiliis,& exercitio forti abſtineat: potiùs quies conuenit. Habeat beneficium ventris omni die. Caueat accidentia animi, irám, indignationem, coitum, & huiuſmodi. Quandoq; in corporibus ſanis ſpuitur ſanguis paucus, ſine dolore, & tuſsi, quod venit non per apertionem, ſeu relaxationem orificiorũ venarum, ſed ſolùm per reſudationem venarum. Quandoq; accidit conſtrictio anhelitus, ex applicatione medicaminum, tunc amouentur parum. In ruptura venæ pectoris, & phthiſis, noli prohibere excreatum, perſeuerante adhuc catarrhi deſcenſu ad pectus, & pulmonem. Author eſt Rhazes xv. Continentis, & tu illuc recurre, diligentérque locum perlege. Simplicia conuenientia huic morbo, Plantago, portulaca, cyclamen, lapis hæmatites, bolus Armenus, terra ſigillata, tragacanthum, ſanguis draconis, carabe, & trochiſci eius, cornu cerui vſtum, rhabarbarum, ſaccharum roſatũ, trochiſci de terra ſigillata, philoniũ Perſicum, corallius, & eius trochiſci. Cornadinus ſæpe curauit ſputum cruentũ ex vena rupta promanantem ſic, dando iſtum potum: Recipe aquæ portulacæ vnc. j. aquæ plantaginis ℥ ß. boli Armeni ℈ ij. ſy-
rupi

rupi myrtini ℥ j. ß. ſyrupi violati ℥ ß. Miſce, fiat potus.

Adiectitiæ medelæ propriæ.

SYRVPVS contra hæmaptæam, & omnem fluxum cruentum. Recipe ſacchari ℔. j: aquæ roſarum, vel pluuialis ℔. j. ß. in hac aqua coquãtur iſta: Recipe myrtillorum ℥ j. roſarũ, ſumachii, acaciæ, balauſtiæ, hypociſtidos, ſpodii, ana ℥ ß. cydoniorum, ſorbarum immaturarum, ana nu. x: meſpilorum viridium nu. v. liquiritiæ, gummi Arabici, tragacanthi, ana ℥ ß. Quæ ſunt terenda terantur, omnia iſta bulliant in ſupradicta aqua, donec ad ℔. j redeant, poſt totum coletur: & iterũ ſupra ignem ponatur, cum ſupradicto ſaccharo, & fiat ſyrupus, & perfectè coctus, & diligenter clarificatus.

Miſtura ad idem.

Recipe trochiſcorum de karabé, de ſpodio, de terra ſigillata, de bolo Armeno, ana ℥ j. cum rob de berberis: fiat miſtura.

Syrupus.

Item bibat ſyrupum de portulaca.

Aqua deſtillata.

Aqua etiam ex herba, & radice equiſeti, vel hippuris deſtillata, potu hæmaptoicis medetur.

Potus.

Ad idem valet mumia, fabacea quãtitate in aqua menthæ, vel plantaginis eliquata.

Alius

Alius potus.

Bolus Armenus quoque, vel terra ſigillata, cum aqua menthæ rubeæ, vel aquaticæ.

Aliud decoctum per me expertum.

Recipe ſchœnanthos M. iij. Bulliat in vino rubello auſtero, vel aliàs vino optimo, ad conſumptionem tertiæ partis. Detur patienti manè & ſerò.

Item iulep ad idem.

Reci. ſumachii M. ij. Decoquantur in ℔. iiij. aquæ ſanguinalis, ad excoctionem tertiæ partis: deinde addantur colaturæ, miuæ cydoniorum ℥ vj. Et fiat iulep.

De Phthiſi, Cap. XXV.

Definitio.

PHthiſis, exhulceratio pulmonis appellatur, cũ tabe & extenuatione totius corporis, ac ſanguinis excreatione. Quod malum Græci phthoem vocant, in quo miſtim & pus expuitur, & ſanguis quoq; reiicitur. Quod etiam cæteris tabis generibus, puta cachexia, & atrophia, cum periculoſius, tũ incurabilius eſt. Phthiſin Galenus ſic definit: Eſt (inquit) corporis diminutio, atque liquefactio ab hulcere manans.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAE huius paſsionis ſunt illa omnia, quæ

quæ pulmonem poſſunt hulcerare, vt materia rheumatica decurrens à capite, vel oris apoſtema, retentio menſiū, & hæmorrhoidarum, & vapor corruptus ad pulmonem aſcendēs, vel pleureſis, peripneumonia, ſputum ſanguinis, ſanies in pectore aggregata, vel nimia caliditas extrinſeca, vel frigiditas venas rumpens, caſus, percuſsio, aër ventoſus, longa cunctatio in cauernis minerarū, & iuxta fornaces, vbi funduntur metalla, & operari argēto viuo: & omnia illa quę ſtringunt, & lædunt pectus, & pulmonem, ſicut aër autumnalis, & ſimilia. De eadem materia videre licet Auicennam, in capite proprio: & Galenum in arte curatiua, & de Locis affectis.

Aphoriſmi.

1 AVTVMNVS tabidis malus. Ap. 10. li. 3.

2 Si verò æſtas ſicca fuerit & Aquilonia, autumnus verò pluuioſus, & auſtralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem & tabes. Aphor 13. lib 3.

3 Autumno verò, & plurimi æſtiui morbi ſiunt & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, Aphor. 22. libri 3.

4 Adoleſcentibus autem ſanguinis ſpuitiones,

nes,tabes,febres acutæ,&c. Aph.19.lib.3.
5 Phthiſicos verò metuentes,ad ſuperiores purgationes,Aph 8.lib.4.
6 Tabes fiunt maximè ætatibus, à decimo octauo vſque adtriceſimũquintum. Apho. 9.lib.5.
7 Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum, quod extuſsiunt,graue olet,&c.Apho 11.lib.5.
8 Quibuſcunque tabe laborãtibus capilli à capite defluunt,&c.Apho.12.lib.5.
9 A tabe habito, profluuium alui ſuperueniens,lethale.Aphor.14.lib.5.
10 Lac darę caput dolentibus.malũ: malũ verò & febricitantibus &c.Aph 64.lib.5.
11 A puris ſputo phthiſis & fluxus:quũ verè ſputum retinetur, moriuntur. Ap.16.li.7.

Regimen præſeruatiuum.

REGIMEN præſeruatiuum: Prohibitio cauſæ facientis, vel potentis(aliàs debẽtis) facere phthiſim, in diſpoſito ad phthiſim. Cum cauſa faciẽs,& diſponẽs,ſit ſæpius catarrhus acutus,& ſalſus,in paratis ad phthiſim deſcendens ad pulmonem,& potens ipſum corrodere: (aliàs corrũpere)prouideatur primò catarrho,remouẽdo cauſam eius. Ad quam intentionem ſunt expertæ pilulæ iſtæ:Recipe pilularum aſaiereth,aurearum Nicolai, agarici trochiſcati, boli Armeni,

ana

ana ℈ j. Reficiantur pilulæ octo vel nouem cum ſyrupo violarum. De quibus interpolatis diebus ſumat tres in ſero, quando vadit dormitum, & hoc per interuallum decē vel octo dierum, & diuertat huiuſmodi catarrhū, cū ordinatis ſuperiùs in cura catarrhi.

Pulmonis confortatio.

Confortetur pulmo ne recipiat materias exulcerantes, cum confortantibus à proprietate, vt eſt hoc electuarium. Recipe diatragacanthi frigidi, diapenidii ſine ſpeciebus, ana ℥ j. pulmonis vulpis exiccati ʒ j. ß ſucci liquiritiæ, capilli Veneris, ana ℈ ij. Pulüerizentur, & cum ſyrupo myrtino reformetur electuarium, de quo ſumat lambendo. Hoc enim confortat pulmonem, ne recipiat materiam catarrhalem.

Regimen curatiuum.

REGIMEN curatiuū vniuerſale eſt, Correctio cauſæ antecedentis. Perficitur hęc intentio corrigēdo cauſas, quæ poſſunt facere hulcus quales, sūt, Catarrhus ſalſus, eruptio apoſtematis ſynanchici, vel pleuretici. Similiter etiam prohibēdo, quod poteſt effundi in pulmonem, & facere phthiſim, de quibus dictum eſt in cura præſeruatiua.

Euacuatio materiæ facientis phthiſim.

Si patientis cōſtitutio fuerit calida, & ſanguin-

guinea, fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, euacuando de ſanguine quantitatẽ proportionatam virtuti,& repletioni. Si autem iſta multitudo eſſet propter retentionem menſtruorum, fiat phlebotomia ſaphenæ. Si autem materia eſſet cholerica, euacuetur cũ hac potione. Recipe prunorum nu. vj ſebeſten nume. viij. iuiubarum nume. x. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. violarum ſiccarum ʒ j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ ad cõſumptionem medietatis. De colatura recipe q. ß. ad diſſoluendũ, caſię optimæ pinguis ʒ x. vel mannæ electæ ℥ j. ß. E quibus fiat potus, detur manè per horã ante diem. Si eſt materia phlegmatica ſalſa, ſecundum aliquos curatur cum euacuatione pilularum cocciarum. Sed in ſoluendo, & euacuando, cum medicinis ſolutiuis, eſt authorum diuerſitas. Nam Rhazes non vult danda eſſe ſolutiua, & hoc intẽtione habita ad hulcus. Meſueus autem, & ſui conſectanei concedunt in phthiſicis ſolutiua, ſed intentione habita ad cauſam.

Diæta.

AER ſecundum Meſueum debet eſſe tẽperatus in actiuis, declinãs aliqualiter (aliàs aliquantulum) ad ſiccum. Et ſecundum Galenum (aliàs cõtrà Galenus) quinto de inge

nio ſanitatis, capit. 4. (aliàs Galenus libr. 5. c. 4. Methodi) vbi dicit, quòd procura phthiſicorum aër debet declinare ad calidũ, & ſiccũ. Vnde dicit, quòd cũ eſſet Romæ, phthiſicos multos curauit hoc modo: Mittebat enim eos ad loca calida, ſicca, & mõtana, & ad montem Aetnam in Sicilia, qui continuè flagrat. Et dicit ipſe, quòd curauit multos hoc modo cura palliatiua, quia ſic fiebat quædã cutis ſubtilis ſuprà hulcus: ſed ſanatione vera ſanabatur nullus. Habendo intentionem ad hulcus, & ad febrem hecticã concedunt iſti habitionem in aëre frigido, propter hecticam, temperato in paſsiuis, propter vtrunque Nam ſic competit vtriq;. Cibus ſit facilis digeſtionis, multi, & boni nutrimenti. Potus debet eſſe vinum album, ſubtile, trahens ad quandam dulcedinem, cum aqua pluuiali. Vtatur potiùs quiete quàm exercitio. Somnus ſit ſex vel ſeptem horarum. Caueat ab ira, & ab omnibus inquietantibus corpus, maximè à coitu.

Regimen curatiuum.

REGIMEN curatiuum particulare, mundificatio hulceris. Si hulcus eſt in principio, & cum corpore tenero, ſicut puerili, & in prima iuuentute, ſint medicamenta non fortia.

1 Vnde in principio detur aqua hordei cum ſaccharo.
2 Si verò fortius, da aquam mellis.
3 Si adhuc fortius, bulliat in dicta aquâ hordei, hyſſopi aliquid. nam à proprietate abſtergit hulcus pulmonis. Vbi autem hulcus eſſet in pulmone, & eſſet aliqualiter antiquatum, & in corpore ſenis, vel vltimæ ſenectutis, fiat lohoch ſequẽs. Recipe lohoch caulium ℥ ß. Diſſoluatur in aqua mellis, detur patienti. Prohibitio curſus materiæ, ex intentione perficitur.
1 Primò corrigendo membrum mandans, ne mittat materiam ad pulmonem.
2 Secundò confortando pulmonem, ne recipiat. Si ergo materia tranſmittitur à cerebro, vt plurimum euacuetur materia à capite, vt ſuprà, cõfortetur cerebrum, ne multiplicet ſuperfluitatem, cũ his quæ dicta ſunt in capite de catarrho.

Quantum ad ſecundum, confortetur pulmo cum iſto electuario.

Recipe pulmonis vulpis præparati & exſiccati ʒ ij. ſucci liquiritiæ, capilli Veneris, ſeminis fœniculi, ana drac. j. Puluerizentur omnia, & cum melle deſpumato q. ß. fiat electuarium, de quo vtatur elambendo.

Ad idem valet pulmonis vulpis præparati & exiccati, & puluerifati ʒ j. Diſſoluatur in ſyrupo myrtino q.ß. & exhibeatur. Pro exiccatione materiæ in pulmone, fiat hoc exiccatiuum: Recipe myrrhæ ʒ j. ſtyracis liquidæ ʒ j. Diſſoluantur in ſyrupo myrtino q.ß. detur. Vel ſic: Recipe ſulphuris ℥ ß. Puluerizetur & detur in ouo ſorbili, vel cum lacte. Auicenna, & Meſueus concedunt arſenicū: ſed ego non vtor.

Confortatio, Cōſolidatio, & Incarnatio.

Recipe thuris, boli Armeni, ſanguinis draconis, maſtiches, ana ʒ j. myrtillorum, corticum granatorum, terræ ſigillatæ, ana ʒ ß. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo in aqua decoctionis myrtillorum diſſoluto reficiatur electuarium: de quo recipiat manè, & ſerò, ieiuno ſtomacho, ad quantitatem caſtaneæ paruæ.

Ad idem, Conſolidatiuum.

Laudatur ab omnibus ſaccharum roſaceum recens, ſui anni, omni die, quantū poteſt, pluribus vicibus, dando ℥ j. pro vice, & eſt abſterſiuum, propter ſuccum. Auicenna x. tertii, tractat. v. cap. vi.

Accidentium correctio.

ACCIDENS quod accidit phthiſicis, eſt conſumptio totius corporis. Reſtaurentur ergo

ergo iſti cũ cibis facilis digeſtionis,& multi nutrimenti,& paucæ quantitatis, qui cibi in principio dicti ſunt.

Electuarium reſtauratiuum.

Recipe ſeminis melonum,curcubitę,cucumeris,ana ʒ ij.ß.ſeminis papaueris albi ʒ j.amygdalarum dulcium pręparatarũ,auellanarum, fiſticorũ, ana ʒ j.ß.Pro amygdalis ſumunt quidã pineas pręparatas,pulparum ſebeſten, paſſularũ enucleatarum,ana ʒ ij.candi,penidiarum,ana ℈ iiij.diatragacanthi (aliàs tragacanthi) ʒ ß. pulpæ caponis ℥ iij,ſacchari roſarum ℥ j. diabugloſſati,diaboraginati,ana ʒ ij. Carnes, & incidenda minutim incidantur, & piſtentur omnia ſubtiliter, in mortario marmoreo, cum piſtello ligneo, donec bene inuicem miſceantur. Deinde cum lib. j.ß. ſacchari tabeizeth,in aqua roſarum diſſoluti, reducatur bene inuicem, malaxãdo ad formam electuarij,de quo ſtomacho ieiuno recipiat omni mane, & ſerò, ante cibum,per duas vel tres horas,vnũ cochlear. Si ſuperuenerit fluxus ventris,curetur,vt Rhazes inquit, nono Almanſoris.Si vigiliæ,cum prouocantibus ſomnum,vt ſuprà dictum eſt.

Additiones propriæ.

SI reſtrictior aluus eſt,enemate leniatur

ſubſequenti. Recipe maluæ, biſmaluæ, mercurialis, florum chamomillæ, ana M. j. furfurum triticeorū in petia ligatorum, p j. Coquātur in aqua q. ß. Colati recipe ℔. j diſſoluendo in eo ſacchari ℥ j. ß. mellis roſati colati ℥ j. vitellorū ouorum recentiū num. ij. olei chamęmelini ℥ iiij ſalis ʒ j. ß. vel j Fiat enema ſecundū artem. Vel detur bolus iſte per ſe, vel cum apozemate pectorali. Recip. diamannę ʒ iij. electuarii lenitiui, de ſebeſtē ſolutiui, añ. ʒ ij ß. Miſce cū ſaccharo, fiat bolus. A Valentiori cathartico caueāt hectici, & etiā phthiſici. Succurrendū deinde ſymptomatibus, & potiſsimùm maraſmo, quod cōmodè fieri poteſt (niſi inueterauerit morbus) cum hac confectione reſtauratiua.

Reſtauratiuum optimum, in forma confectionis buccellatæ, vel etiam electuarij, valens pro phthiſicis.

Recipe nucis Indæ, piſtaciarum ſeu fiſticorum, ana vnciam vnam, ſeminum communium, amygdalarum dulcium, ana vnciam j. penidiarum ℥ j gummi Arabici ʒ ij. ſeminis maluæ, ſeminis lactucæ, ana drac. ij. tragacanthi, violarum, ſeminis cydoniorum, macis, carypophyllorum, ana drach. ß. aniſi vnc. j. liquiritiæ raſæ, labruſcæ, ana ʒ vnam, cinnamomi electi drach. ij. carnium teſtudinis, vel pulpæ phaſidis, aut pulpæ cancro

cancrorum fluuialium vncias vj. ſacchari taberzeth libras iij.aquæ roſaceæ fragrãtis q ſ.fiat confectio in morſellis, vel electuarium,ſecundum artem.

Balneum in Hectica & phthiſi.

Recipe herbarum,craſſulæ, ſemperuiui, vermicularis,cymbalariæ,ſaponariæ,violariæ,nenupharis,hordei,meliloti,chamomillæ,ana M j Fiat balneum tinæ. A balneo tinæ perlinatur corpus,& ſpina præſertim calidè cum iſto linimẽto, vt ſequitur. Recipe axungiæ porci recentis quartam j.axungiæ gallinaceæ,anſerinæ,anatinæ,ana ℥ ij œſypi humidi ℥ ſ. olei violati, chamæmelini, anethini, ana ℥ ij. butyri recentis lib.j.ceræ albæ ℥ vj.mucilaginis tragacanthi,ſeminis cydoniorum,ſeminis lini,radicis biſmaluæ, gummi Arabici,ana ℥ ſemis. Miſce, & fiat vnguentum arte.

Electuarium reſtauratiuum,pro Hecticis, & Phthiſicis probatum.

Recipe ſeminum lactucæ,portulacæ,papaueris albi, ana ʒ j. ſeminum cucurbitæ, melonum, citruli, ana drach.iij. ſeminum cydoniorũ mundatorum tantundem,liquiritiæ mundæ drach.j. ſeminis coti mundi ʒ j.ſ ſeminis ſeſami ʒ iiij. capitum violatũ ʒ j roſarum ʒ j.ſ farinæ hordei, amyli,ana ʒ j.ſacchari Nabit,vnciã j.cinnamomi dulcis,

&electi ℥ ij. gummi Arabici, tragacāthi, ana ℥ j. caryophyllorū, carabe, ana tatundem, penidiarum ℥ j. ß ſpicæ ℥ j. ſyrupi roſacei q. ß. Miſce, fiat electuarium arte, & impinguetur cum caricis, amygdalis dulcibus excorticatis, pineis purgatis, & piſtaciis mūdatis, ana ℥ j. Doſis qualibet hora nucis quantitas, & ſuperbibatur parum vini boni odoriferi. Mundificetur denique pulmo, cum reliquis viſceribus. Confortentur etiam membra principaliora, veluti cerebrum, cor, hepar, ſtomachus, vt vnumquodque ſua munia probè exequi poſsit. Id omne ſolū hoc electuariū præſtabit, ſuperis annuentibus. Hoc etiam electuarium miro modo cōfortat omnē caloremnaturalem, refouēs eum: humidúmque radicale mirabiliter auget. De quo ſumatur pondus vnius lotonis, aut quantitas iuglandis magnæ, vel nucis Gallicanę duabus vel tribus horis ante cibum.

Cuius compoſitio eſt talis.

Recipe pulpę caponis pinguis, & bene cocti, libram ß. Incidatur, & contundatur caro optimè in mortario lapideo: qua probè cōtuſa, adde ſequentia, ſcilicet, cinnamomi electiſsimi ℥ j. cardamomi, caryophyllorū, galangę, folij, ana ℈ ß. liquiritiæ raſæ, & pulueratę ℥ ij pinearum mūdatarum, priùs in aqua calida infuſarum, pòſt exiccatarum, amyg

amygdalarum dulcium excorticatarũ, ana ℥ j. ſeminum quatuor communium frigidorum maiorum mundatorũ ℥ ß. ſeminis papaueris albi, in aqua tepida priùs infuſi, ʒ ij. ſpecierũ electuarij de gemmis frigidi ʒ ij. ℞ p. cõſeruæ bugloſſæ ℥ j. carnium, & corticũ citri cõditi, ʒ vj. aliàs ʒ iij. ſaccharo diſſoluto ĩ brodio caponis modico, & aqua roſata moſchata q. ß. fiat electuariũ arte. Doſis põdus vnius lotonis ꝓ vice, vel paulò plus.

De Cardiaca, ſeu cardialgia, id eſt, cordis tremore,
Cap. XXVII.

Definitio.

CArdialgia, eſt ſymptoma ventriculi, oſculum nonnũquam infeſtans, quod & moleſtum, & ad ſentiẽdi facultatem pertinet, à mordacibus ortum ſuccis. Galenus lib. j. de ſymptomatum cauſis.

Alia eiuſdem definitio.

Cardiacus morbus, eſt innati ſpiritus cõſumptio, & remiſsio. Fit autẽ ore ventriculi malè affecto, aut ipſo ſtomacho cum ſudoribus. Nonnulli autem putauerũt corde inflammato hunc fieri affectum: hi cardiacum affectum, vel ſyncopin, id quod cõtingebat, vocauerũt. Auicẽnas in libro de viribus cordis, cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. vbi de principali

bus paſsionibus ſpiritus cordialis differit, animi adfectus potiſsimas eſſe cauſas ait, ob quas cor dolore afficitur. De eadẽ materia lege citatũ authoiẽ locis prællegatis.

Cauſæ, & ſigna ſunt.

MALA cõplexio ſine materia, caliditas, inflammatio, ęſtuatio, non ſentit cor natare in humiditate, pulſus in hora paroxyſmi, & ante, & quãdo adeſt febris, velox, & frequẽs. Mala cõplexio frigida: Pulſus, & anhelitus in hora palpitationis rarus, & tardus, quia paſſus eſt ægritudines, quib' euacuat' eſt ſanguis, humores, ſpiritus, & calor naturalis peregrinatio per loca frigida: communiter ſunt tardi, pigri, & ſomnolenti, aliàs ſine lętitia Sicca complexio in corpore: Extenuatio, pulſus durus, paruus, frequens, & non ſentitur humiditas Mala cõplexio cũ materia: Si ſanguis, caliditas, inflammatio, pulſus in hora interpolationis magnus, fortis, plenus, & alia particularia, extenuatio, caliditas intenſior, pulſus velox, non plenus ſed durus potiùs, ſi cholera (aliàs ægritudo cholerica) pręceſſerit, vel adeſt. Si melãcholia: Timor, triſtitia, ſolicitudo, puſillanimitas, pulſus durus, æſtuatio, & caliditas non adeſt in tactu. Si phlegmatica, aquoſa, vel alia humiditas, ſentit ac ſi cor nataret in

aqua,

aqua,non adeſt ſitis, caliditas, neque extenuatio , pulſus mollis & leuis. Si oppilatio magna,Pulſus diuerſitas , in magnitudine, paruitate,debilitate,& fortitudine.Si eſt apoſtema calidũ, in capſula cordis,eſt febris magna,& intenſa, tremor cordis frequens, pulſus frequens.Si autem frigidũ,vel aquoſum apoſtema,omnia remiſſa,pulſus leuis, demacratio, & cõſumptio totius corporis. Si ſolutio continui: Morſus animalis venenoſi, vel aliæ cauſæ primitiuæ , ſciuntur ex relatu patiẽtis,& aſtantium cognoſcuntur. Si ſunt vermes. cibo non præſente plus adfligunt.Si ventoſitas, velocitas reſolutionis eius,pulſus non multùm diuerſus. Sin minus ſenſus cordis arguitur, ex facili læſione eius,& quocunque adueniente.

Alteratio aëris infecti,vel incluſi.

Membra communicantia materiam. Si hepar,arguitur ex debilitate , vel caliditate eius vel grauitate,vel ęgritudine,vel adſunt ei propriæ.Si cerebrũ,dolor,grauitas in capite,cũ falſis imaginibus. Si humor eſt melancholicus,triſtitia,timor.Et ſic de cæteris humoribus. Aliquãdo ſentitur rheuma,cuius aliqua pars fluit ad cor,vel capſulã eius. Si pulmo,orthopnœa, tuſsis , aſthma,cum diuerſitate pulſus.Si ſtomachus, dolor eius adeſt,& grauitas,vomitus,nauſea,ſtuporin

ore

ore,quo humor peccans ſignificatur. Similiter vomitus talis humoris. Quãdo eſt vacuus,ſentitur alleuiatio,niſi (aliàs ſi) aliunde venerit,adfligitur, cùm incipit digeſtio. Item ſi eſt à repletione, poſt refectionem æquè adfligitur. Si ab inanitione, ante cibũ adfligitur magis. Si totũ cor (aliàs corpus) adeſt peſtilentialis febris.

Præſagia.

1 APOSTEMA calidũ in corde, citò interficit. Frigidum non tam citò.

2 Mala cõplexio cordi accidẽs,ſi eſt ęqualis,vel confirmata(aliàs conſummata) non recipit curationem. Et quando eſt diuerſa, inæqualis,eſt difficilis curationis,non tamẽ intendẽdo de complexione acquiſita,in febre ephemera,& tertiana,& ſimilibus.

3 Si pulſus priùs multũ fuerit diuerſus,ſecũdũ genera ſua, & pòſt efficiatᷓ debilis vel totaliter cadat,ꝙ nõ ſentiatur, mortale eſt.

4 Et ſi cum hoc in principio apparet citrinitas, vel ſudor frigidus, vix, aut nunquam curatur.

Aphoriſmi Hippocrat.

1 In febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis tremor vel dolor, malum. Aphor.65.lib.4.

Qui frequenter,ac fortiter abſque manifeſta

feſta cauſa exoluuntur,derepentè moriuntur. Aphor. 41. lib. 2.

Cura tremoris cordis.

CVM cor membrum ſit principaliſsimũ, in cura ipſius feſtinare oportet medicũ, ſed ſine huius errore: quia paruus error in mẽbro principali redundat in totum corpus. Phlebotomia non fiat multùm copioſa, ad quam ſequitur eorundem debilitas: quæ ſi ſequatur, remouenda erit cum confortantibus cor interius, & exterius: de quib' infrà. In exhibitione medicinarum ſolutiuarum, adminiſtrãda ſunt quæ remouẽt nocumenta medicinarũ, & miſce eis medicinas cordiales, quæ ſtypticitate aliqua, vel aromaticitate participãt: & quę trahunt ad latus incolumitatis, vt ſunt Benedictæ. Vnde quantum poſsibile eſt, cauendum à ſcammoniatis, & fortibus, vt ſcãmonea, colocynthidę: quia omnes tales venoſitatem in ſe habent quandã, quæ naturę violentiã inferũt. Et primus occurſus veneni eſt ad cor. In complexione mala frigida remouẽda, medicinę altetãtes calidæ tutiùs applicantur, quàm in calida frigidæ. Vnde in remotione frigidæ cum calidis rebus aliqualiter exceſsiuis, nõ tantum fit nocumentum, quãtum in remotione calidę, cum frigidis: quia calidę remouent

ueut frigidam,& cum hoc conſeruant complexionem naturalem cordis, & ſpirituum. Frigidæ autem poſſunt habere nocumentum non mediocre. Nam quamuis ſubſtantiam cordis iuuant,remouendo ſuperfluam ab eo caliditatem, nocent tamen ſpiritui naturali,eius calorem extinguendo.

Diata.

Si tremor cordis prouenit à mala cōplexione calida, cum materia omnia alterētur ad frigidum. Si à frigida,ad calidum aër declinet naturaliter, vel artificialiter ſic. Fiat ignis in camera,ex lignis iuniperi, vel aliis non humidis. Item ſuffumigetur ex hoc:Recipe ſtyracis ſiccæ, caryophyllorum, ligni aloës,ana ℥ ß. Piſtentur craſſo modo, miſce cū modico aquæ roſ. tæ moſchatæ :Cibus tēdat ad calidū,ita quòd carnes ſint pipiouum caſtratorum,& ſimilium. Cōdiantur aromaticis,calidis herbis, ſicut boragine,bugloſſa meliſſa,fœniculo,betonica,maioran,&c. Bibat vinum odorū.Caueat triſtitiam,ſolicitudinem,& omnes res contriſtantes. In omni tremore à quacunque cauſa, ſit ſomnus ſex vel ſeptem horarum. Superfluæ vigiliæ nocent,reſoluendo ſpiritus.

Potiùs vtatur quiete,quàm motu. Conetur habere beneficium ventris ſingulo die,

natura

naturaliter vel artificialiter, cum clyſteri lenitiuo.

Digeſtio.

Si materia faciens, ſit ſanguis, non eget digeſtiua, nec minoratiua medicina, ſed cita phlebotomia. Si autē materia peccans ſit cholera, fiat tale digeſtiuum: Recipe ſyrupi nenupharini, ſyrupi acetoſitatis citri, ſyrupi de pomis, oxymellis ſimplicis, vna ℥ ß. aquarum meliſſę, abſinthij, bugloſſæ, ana ℥ j. Aliàs pro his aquis ſumuntur ſequentes aquæ, acetoſæ, bugloſſæ, endiuiæ, ana ℥ j.

Si materia peccans ſit frigida, fiat talis ſyrupus: Recipe ſyrupi de corticibus citri, de epithymò, oxymellis ſimplicis, vna ℥ ß. aquarum meliſſæ, abſinthij, bugloſſæ, ana ℥ j. Miſce, &c.

Euacuatio.

Si materia peccans ſit ſanguis, aut alius humor cum ſanguine miſtus, fiat phlebotomia baſilicę dextrę: ſtāte repletione ſanguinis: Vaporoſa verò exiſtēte, de ſiniſtra. Si eſt propter retentionem menſtruorum, vel hæmorrhoidarū, fiat primò de ſaphena, poſtea de baſilica dextra. Si à materia cholerica, fiat ſequens potus: Recipe florum boraginis, bugloſſæ, violarum, nenupharis,

ana.

ana M ß.paſſularum enucleatarum,liquiritiæ raſæ,ana ℥.ß.ſeminis lactucæ, portulacę,ana ʒ j.iuiubarum nu x.Fiat decoctio in aqua violarum, vel nenupharis, æquis partibus. Colaturæ recipe q.ß. ad diſſoluendum, caſiæ optimæ pinguis ʒ v. electuarij de dactylis ʒ j. electuarij de ſucco roſarum Meſuei ʒ j.ß. rhabarbari electi ℥ j. ſpicæ g̃ iiij.rhabarbarum cum ſpica infundatur in ß q.aquæ violarum, cum modico vini albi odoriferi,per ſeptem hóras,deinde fiat fortis expreſsio,quæ cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus.

Si materia ſit phlegmatica, detur ſequẽs ſolutiuum:Recipe florũ boraginis, bugloſſæ,melıſſæ,ana M.ß.paſſularum enucleatarum vnciam ß. liquiritiæ raſæ ℥ ß ſebeſten numero v i i i.aniſorũ M.ß.Fiat decoctio: cuius recipe q.ß.ad diſſoluẽdum,diacatholiconis drach.v. diaphœniconis drach. j. & ſcrupu.j.agarici optimi drach.ij.ß.zingiberis ℈ j.Agaricus cum zingibere infundatur in oxymelle ſimplici,per octo horas fiat fortis expreſsio,quæ cum reliquis diſſoluatur, fiat potus.Non ponimus ſal gemmæ, quia cordi nocet.

Diuerſio.

FIANT frictiones,incipiẽdo à parte propinq

pinqua cordi, trahẽdo verſus inferiora, apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione. Ligaturæ extremitatum, ſi neceſſaria eſt phlebotomia, fiat ex baſilica, vt ſi materia peccans ſit ſanguis.

Confortatio in tremore cordis.

Epithemetur in mala complexione calida.

Recipe florum boraginis, nenupharis, violarum, roſarum rubearum, ana M.ß.ſandali albi, & rubei, coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ſeminis acetoſæ, endiuiæ, ana ʒ j.ß. Contundantur parum, bulliant in aqua roſarum, nenupharis, violarum, ana vnc.v. ad conſumptionem tertiæ partis, vel quartæ. Deinde addantur vini albi, odori, pauciferi, vnc.iij. aceti vnc. j.ß. croci g̃. vj. Miſce, fiat epithema.

Vnctio ad idem.

Recipe roſarum rubearum, ſandali rubei & albi, ſpodij, ana ℈ ij. ſerici combuſti, oſsis de corde ceruij, margaritarum, ana ℈. j. ſeminis acetoſæ ʒ ß. croci g̃. iij. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cũ oleo nenupharis, & roſarum q.ß. cum modico ceræ, fiat vnctio.

Sacculus ad idem.

Recipe florum nenupharis, roſarum rubearum, violarum, ana M.ß. ſandali albi, & rubei, corallij rubei, ſpodij, ſeminis acetoſę,

ana ℥j. Contundantur, pulueriżentur craſſo modo, fiat ſacculus cum ſerico.

Epithema in mala complexione frigida cordis.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, roriſmarini, ana M. ß. ſeminis ocimi, citri, ana ℥j. behen albi & rubei, doronici, caryophyllorum, ligni aloes, macis, aliàs maſtiches, ana ℥j. Contundantur, & bulliant in aqua boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana vnc. vj ad conſumptionem quartæ partis. Cui adde vini odori & potentis vnc. iij. aceti albi vnc. j. ß. croci ſcrup ß. Miſce, & fiat ſacculus vel epithema.

Vnctio ad idem.

Recipe behen albi, & rubei, doronici, zedoariæ, xyloaloes, xylobalſami, caryophyllorum, nucis moſchatæ, ana ℥ß. Pulueriżentur omnia ſubtiliter, & cum oleo de ſpica, & ſampſucho, q. ß. cum modico ceræ fiat vnguentum.

Iulep ad idem.

Recipe nucis moſchatæ, doronici, ligni aloes, caryophyllorum, ſeminis citri, ana ℥ ß. Contundantur, & bulliant in aqua meliſſæ, boraginis, & bugloſſæ, ana ℥ v. ad conſumptionem medietatis. Et colaturæ adde ſyrupi de corticibus citri ℥ v. mellis roſati colati ℥ ij. Quæ omnia bulliant, donec veniant

niant ad formam iulepi. Dentur ij. vel iij. cochlearia calidè.

Electuarium ad idem.

Recipe diamoſchi dulcis ℥.ß diabugloſſati, diaboraginati, diatragacanthi, electuarij de gemmis, ana ʒ v. ſeminis ocimi, citri, ana ʒ ß. Pulucrizentur, & cum ſyrupo de corticibus citri fiat electuarium: De quo recipiat manè & ſerò, ante cibum, per duas horas, ad quantitatem caſtaneæ.

Additamenta propria.

AQVA experta in cordis tremore, melancholia, vitiis capitis, & ſtomachi, & melancholicis morbis. Cuius doſis ſit ℥ j. Recipe florum anthos, boraginis, radicis bugloſſæ, ana ℥ iiij. croci ʒ j. malorum (aliàs miuæ) cydoniorum ℥ iiij. vini albi, optimi, clari, bene digeſti, & electi libras ij. Miſce, & ſtent ſimul in infuſione, priùs bene piſtatis, per diem naturalem, deinde mittãtur in fimo per xv. dies, in vaſe vitreo, bene clauſo, deinde diſtillentur per alembicum, duabus vel tribus vicibus. Et reſerua hanc aquam, vt pupillam oculi.

Puluis cordialis bonus in cardiaca.

℞. ſeminis acetoſæ ℈ j. ſeminis citri, macis, ana ʒ ß. ſandali rubei, & albi, xyloaloes, ana ʒ j. pulueris margariti conchylij, vtriuſ-

que, oſsis de corde cerui, ana drach.ß.moſchi grana tria, foliorum lauri (aliàs auri) ij. ſacchari q ß. fiat tragea.

Cordiale ad idem in forma electuarij.

Recipe ſacchari roſati, diaboraginis, conſeruæ violarum, ana ℥ j. diatria ſandali, diarhodonis Abbatis, manus Chriſti perlatæ, ana ℥ ß. electuarij de gemmis ʒ ij. Miſce. Et poſſunt addi ea, quæ tibi placent pro libitu.

Epithema cordiale egregium, ad idem.

Recipe aquæ roſarum ℥ iij. aquæ boraginis, buglosſæ, ana ℥ j. aquæ acetoſæ, meliſſę, ana ℥ ß. corallorum rubeorum ʒ iij. ſandalorum omnium drach. ij. ß. xyloaloes ʒ j. oſsis de corde cerui ʒ ß. ſpecierum electuarij de gemmis ʒ j. camphoræ, ſpodij, ana ℈ j. croci ℈ ß. Miſce pro epithemate.

Cordiale ad idem, in forma ſacculi.

Recipe ſeminis baſiliconis, corticũ citri, ana ℥ ß. ligni aloes ʒ ij. caryophyllorum ʒ j. ß. roſarum rubearum ʒ ij. ſerici ʒ ß. oſsis de corde cerui ʒ j. gallæ moſchatæ ʒ ij. Puluerizentur, &c.

Potus ad idem.

Succus cardiacæ (quæ marrubij, ſeu meliſſæ ſpecies eſt) cõfectus cum ſaccharo, vel rob ex eo paratum, egregiè facit ad tremorem cordis, manè ſumptum.

Alius

Alius ad idem potus.

Item aqua eiuſdem herbæ, pariter & gallitrichi, necnon ocimi, cum ℈.j.aut altero diamoſchi dulcis, vel diambræ propinata ieiunè cardiacen tollit.

Emplaſtrum ad idem.

Emplaſtrum factum ex herba cardiaca, baſilico, meliſſa,ſpica vulgari, gallitricho, thymbra, roſíſque rubeis,in aqua menthæ feruefactis, & præcordiis applicatum, cordis ſaltum mox aufert.

De Vomitu, Cap. XXVII.

Definitio.

VOmitus,eſt expulſio materiæ contentę in ſtomacho,per ſuperiora,ſiue fuerit cibus,ſanies, aquoſitas ſiue humor,quicunq; fuerit ille,ſicut ſanguis, &ita de aliis. Anaſtropha autem appellatur facilis cibi accepti expulſio per ſuperiora.Sed cataſtropha dicitur facilis cibi expulſio per inferiora.

Alia vomitus definitio.

Vomitus,eiectio eſt ſuperfluitatum ſtomachi,cùm cibus ac potus erumpit,&propriè de cibo dicitur, quanuis & ad alia trāſferatur. Quandoque enim qui vomitu infeſtantur,nonnunquam pytiſma,cruorem, bilem,& phlegma reiectāt,& egerunt. Qui

choleram euomunt, cholæmaſia: & qui ſan guinem, hæmaptæa laborare certum eſt.

Canon.

Et quemadmodum eructatio, ventriculi reſpiratio eſſe ſolet: ita reiectus, eiuſdẽ ventriculi exoneratio eſt, & alleuiatio. Habet autem maturus, & tẽpeſtiuus vomitus multas cõmoditates, quas ex Galeno & Hippocrate petere potes, ac ſciſcitari.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAE primitiuæ: In ſtomacho, caſus, percuſsio: in membro ſtomacho colligato, vel propinquo, vt in cerebro, aſpectus rei horribilis, motus fortis poſt cibum, nauigatio in mari. cibi pingues, vel faſtidioſi, vt ranarum, & id genus cætera ex relatione aliorum, & patientis deprehenduntur. Si adeſt repletiõis habitudo, ſi humor in ſtomacho putridus, in re proiecta putrefactio, & quaſi ſanies, cum ſapore horribili. Si humor non putridus, cholericus, adeſt priuatio dictorũ, amaritudo oris, ſitis, calor, color in proiectis appropriatis ei. Si phlegmaticus, melancholicus, ſunt ſigna appropriata. Si ſubtilis, ſedatur aſſumpta medicina ſtyptica, ſeu põtica, dolor eſt acutus, pungitiuus, & mordicatiuus ſtomachi. Si craſſus, ſedatur medicina ſubtiliatiua. Si multus, cum forti materia

ria (aliàs natura) eiicitur multa quantitas. Si hepar, ſplen, matrix, vel cerebrum, vel inteſtina, cognoſcitur per paſsiones dolores, & grauitates illorum membrorum, & quia eſt interpolatus.

Minoratio.

SI SIT in ſtomacho materia phlegmatica, verſus os ipſius, minoretur vomitiuo non forti, ſed leni, ſcilicet: Recipe ſeminis atriplicis, anethi, ana vnc. j aquæ communis vnc. x. Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, vel medietatis. Colaturæ adde oxymellis ſimplicis vnc. ij Et totum bibatur tepidè: deinde imponatur digitus gutturi, vel petia intincta oleo, vel digitus, & vomat. Sin autem materia fuerit verſus fundum, dentur pilulæ de hiera ſimplici drach j. & ſint pilulæ quinque ſex vel ſeptem. Idem faciunt pilulæ aloephanginæ vj. Si materia fuerit cholerica, detur hoc minoratiuum: Recipe caſiæ optimæ pinguis vnc. j. diaprunis ſolutiui ℈ iiij cum ſaccharo, fiat bolus; Detur per vnam vel duas horas ante diem.

Vel in forma pilulari.

Recipe aloes lotæ ℥ ß. maſtiches, corticum myrobalanorum citrinorum ana ℈ ß. Fiant pilulæ num. v. cum ſyrupo de grana-

tis. Vomitus ſanguineus curatur cum phlebotomia ſola baſilicæ dextræ, quia ſæpius eſt per communionem ab hepate. Melancholicus curatur ſecundum eaſdem intẽtiones, ſecũdum quas curatur cholericus. Sed in confortatione, confortetur ſplen, hepar, & ſtomachus.

Digeſtio.

SI MATERIA phlegmatica. Recipe ſyrupi de mentha, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana vnciam ß. aquarum abſinthij, meliſſæ, ana vnciam j. ß. Miſce, fiat potus.

In materia cholerica digeſtiuum.

Recipe miuæ cydoniorum ſimplicis, ſyrupi de granatis, ſyrupi de endiuia, ana vnc. ß. aquarum acetoſæ, endiuiæ, abſinthij, ana vnc. j. Miſce.

Euacuatio.

In materia phlegmatica pilulæ.

Recipe pilularum ſtomachicarum Meſuei ʒ j. Fiant pilulæ ſeptem. Dentur per horam ante diem.

Alia ad idem.

Recipe pilularum aggregatiuarum ex aloe lota, ana drach. ß. Fiant pilulæ ſeptem cum ſyrupo de corticibus citri.

In

In forma autem potabili fiat ſequens potus.

Recipe florũ boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana M.ß. paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana vnc.ß. aniſorum, cinnamomi, ana ʒ j.ß. Fiat decoctio in aqua abſinthij, ſecundum artem. De colatura recipe q.ß. ad diſſoluendum, diacatholiconis vnc.ß. diaphœniconis ʒ j.ß. hieræ ſimplicis, hieræ compoſitæ, ana ʒ ij. Miſce, fiat potus, & dulcoretur cum modico mellis roſati colati, detur vt ſuprà.

In materia cholerica detur hæc medicina potabilis.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, labruſcæ, ana vnc.ß. vel M.ß. paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana vnc.ß. ſeminis endiuiæ, acetoſæ, ana ʒ j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ. De qua recipe q.ß. ad diſſoluẽdũ, electuarij de caſia ʒ v. diacydonites ſolutiui drach. j. vel ſcrupul. ij. rhabarbari electi ʒ j ſquinãthi grana iij. Rhabarbarũ cum ſquinãtho ſubtiliter puluerizetur, cum reliquis fiat potus, dulcoretur cum drac.ß. vel j. miuæ cydoniorum. Et ſi eſt timor ne euomatur medicina, cùm eſt accipiẽda, teneat manus in aqua frigida, & cùm aſſumpſerit, immediatè ponat vẽtoſam ſuper, vel circa fundum ſtomachi.

In forma pilularum.

Recipe pilularum de hiera ſimplici ℈ ij. rhabarbari electi ℈ j. ſpicæ ℥ j. cum miua cydoniorum puluериſatis, fiant pilulæ v.

Alteratio, & confortatio.

Confortetur in materia phlegmatica, facta eradicatione ſimul & ſemel remouēdo complexionem (aliàs materiam) frigidam, & humidam, à ſtomacho. Fiat autem iſta confortatio, confortando digeſtiuam, & retentiuam ſtomachi extra. Fiat ergo tale fomentum: Recipe menthæ, ſpicæ ſiccæ, abſinthij, chamomillæ, roſarum rubearū, florum labruſcæ, ana M.j. cinnamomi electi, caryophyllorum, ligni aloes, maſtiches, coralliorum rubeorum, coriandri præparati ſcrup.ij. Contundantur, & bulliant in ß.q. aquæ, vini rubei odori ſtyptici, ad conſumptionem tertiæ partis, demum cum ſpōgia infuſa, expreſsáque, ſtomacho applicetur: fiat ter, vel quater. Deinde ſtomachus exiccetur panno lineo, calido, & inungatur ſequenti inunctione: Recipe olei maſtiches, de ſpica de abſinthio, ana vnc.ß. cinnamomi electi, caryophyllorum, ligni aloes, calami aromatici, ana ʒ ß. aliàs ℥ ß. coralliorum rubeorum, coriandri præparati, roſarū rubearum, ana ℈ j. Pulucrizetur, & cū modico ceræ fiat vnguentum pro ſtomacho.

Secund

Secundum Rhazem valet lana ſuccida carminata infuſa in oleo de ſpica, ſtomacho applicata. *Cerotum ad idem.*

Recipe menthæ ſiccæ, abſinthij, & aliarũ ſuperiùs ſumptarum pro fomẽtatione, quæ ſubtiliter pulueriƶentur, & cum reſina pini ac pice nauali q ſ ad cerotũ, in forma ſcut, applicetur ſtomacho. Quantũ autẽ ad ea, quæ intùs ſumuntur, fiat hoc electuarium: Recipe aromatici roſati, deſcriptione Gabrielis ℥ j. diagalangæ ℥ ß. maſtiches, thuris, menthæ ſiccæ, ana ʒ ß. Pulueriƶentur, & cum ſyrupo de mentha fiat electuarium: de quo recipiat manè, & ſerò, ante cibum, per vnam horam, ad quantitatem caſtaneæ.

Potus Guainerij, confortans ſtomachum, ne recipiat materias ab aliis membris, & vomitum prohibens.

Recipe miuæ cydoniorũ aromatiƶatæ ℥ ij. ß. vini granatorũ muſorũ ℥ j ß. ſyrupi de mentha ℥ j. Miſce, bibantur tria cochlearia.

Ad idem.

Recipe mithridatici optimi ℥ j. De quo ſumat ad quantitatẽ auellanæ pro vice, per quatuor horas ante prandium.

Iulep ad idem.

Recipe miuæ aromaticæ ℥ ij. ſyrupi de mentha, de abſinthio, ana ℥ ß. Miſce, recipiat de iſto cochlearia duo ante cibum.

Mater

Materia cholerica ſic confortatur.

Confortetur membrum mittens,ſcilicet hepar, ne mādet:remouendo malam cōplexionem calidā ab eo,per quā generat choleram,multùm epithemando hepar ante cibum,cum tali epithemate:Recipe aquæ acetoſæ,endiuiæ,hepaticæ,ana ℥ v.ſpodii,roſarum rubearum, ſandali albi, & rubei,ana ʒ j.ſpicę ℈ ß.Pulueriẑetur omnia,cum dictis aquis miſce , fiat epithema pro hepate.Cui adde aceti ℥ j.Et hoc fiat ter,vel quater.Deinde hepar ſic inungatur : Recipe vnguenti ſandalini ℥ ß. vnguenti infrigidantis Galeni ʒ ij.Miſce,& vngatur hepar.Deinde ſtomachus confortetur,ne recipiat choleram,fomentatione tali:Recipe menthę ſiccæ(aliàs ſpicæ)abſinthii,roſarum rubearum,myrtillorum, coralliorum rubeorum, florum labrucę,ſumachii,balauſtiarum,caudę equinæ,añ.M.j.Contundātur craſſo modo,bulliant in aqua ſimplici chalybeata,cū quarta parte vini ſtyptici, rubri , ad conſumptionē tertiæ partis,deinde fomētetur ſtomachus, vt ſuprà dictum eſt. Facta fomentatione inungatur : Recipe olei roſarum, cydoniorū, ana ʒ vj.roſarum rubearum , myrtillorum, coralliorum rubeorum,coriandri præparati añ.ʒ ß.Puluerizentur,& cum modico ceræ fiat vnguentum pro ſtomacho.

Emp

Emplaſtrum expertum contra vomitum, maximè etiam ſtomachum confortans, quando vomitus prouenit à materia calida.

Recipe pulpæ cydoniorum ſub cineribus coctorum ℥ iiij. roſarum rubearum, coriandri præparati, ſeminis acetoſæ, ana ʒ ß. maſtiches, macis, añ. ℈ ij. Puluerizentur, & omnia miſceantur in mortario, cum vino cydoniorum ad formam emplaſtri reducatur.

Per os exhibeatur iſtud iulep cholerę repreſsiuum, & ſtomachi confortatiuum. Recipe miuæ cydoniorum, ſyrupi roſarum, ſyrupi de acetoſitate citri, ana ℥ j. Miſce, & de iſto ſumat ieiuno ſtomacho duo vel tria cochlearia.

Electuarium ad idem.

Recipe ſacchari roſacei, diacydonitē cum ſaccharo ſine ſpeciebus, ana ℥ j. coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ana ʒ ß. Reformetur electuariū cū miua cydoniorum ante cibum: ſumat quantitatem caſtaneæ.

Repreſsiuum choleræ ad idem.

Recipe vini granatorum muſorum ℥ j. ß. Infundatur mica panis, deinde comedat micam, & bibat vinum granatorum.

Aphoriſmi.

1 In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpon

ſpontinis,&c.Aph.1.lib 1.

2 Vomentes verò,difficulter,& mediocri ter bene carnoſos per inferiora timentes æſtatem.Apho.7.lib.4.

3 Morbis quibuſlibet incipientibus, ſi atra bilis, vel ſuprà, vel infrà exierit, lethale. Ap. 21.libr.4.

4 Ab ileo vomitus,ſingultus, deſipientia, vel conuulſio,malum.Aph.10.lib.7.

Additiones propriæ.

SALSA mea omphacomeli vocata con tra ſitim,calorem,anginam,hulcera gutturis, reiectionē prægnantium,& contra omnem vomitum:Recipe omphaces,id eſt,botros immaturos, ex quibus fit agreſta q. v. Inſolentur quouſq; inareſcant. Pòſt extrahatur ſuccus,& exponatur Soli pro agreſta. Et ſi placet,adde aliquid de melle (meli* de rhodomelite)& decoquantur ſimul,ad aliqualem conſumptionem. Et erit bonū gargariſma ad apoſtemata colli, & gutturis,& hulcera colli, ſeu faucium,& contra vomitum prægnantium.

Remedium Rhazianum expertum, ex Antidotario eiuſdem authoris,cap.j.

Recipe mora Celſi nondum perfectè matura,deſicca ad vmbrā,pulueriza,& da dra.

duas.

duas. Aufert vomitum eadem hora. Vomitionem purulentam compeſcit rob citri, cũ xyloaloe, & caryophyllis.

Emplaſtrum optimum in compeſcendo reiectu, ſiue ſit oxyregmia, ſiue cholemaſia.

Recipe menthæ viridis ℥ j. fermenti tritici ℥ j. aceti, vini rubei vel oxyrhodini, parũ. Piſtentur omnia, ſicut vnguẽtum liquidum. Et ponatur ſuper ſtomachum, nonnihil ſub calfactum, & ſic maneat tribus vel quatuor horis, & citò reiectionem aſtringit. Vomitum, & alui fluorem compeſcit cynoſbati fructus ſiccatus, in vino decoctus, & potus, interna lanugine priùs eruncata.

De cholera, ſeu cholerica paſsione.

Cap. XXVIII.

Definitio.

CHolerica paſsio appellatur, anguſtioſa cibi corrupti detentio, deinde eius expulſio per ſuperiora, & inferiora.

Alia definitio Galeni, lib. Definitionum.

Cholera eſt paſsio peracuta moleſta, atq; grauis, quæ ſtatim hominem ad catarrhum

add

adducit, cum vomitu,& ventris deiectione multa,& in tormina inteſtinorum,doloréſque,deinde in febres recidit.

Alia eiuſdem deſinitio.

Cholera,eſt paſsio acuta,cum vomitioni bus vitioſis,atq; immodica ventris exinani tione vel eneruatione,& etiam contrahuntur ſuræ crurum,infrigidantúrque corporis partes extremæ. Pulſus in ipſis minores fiunt,& imbecilliores.

Diuerſio.

PRO diuerſione fiant fricationes circa crura & brachia. Apponatur ventoſa circa vmbilicum. Fiant clyſteria attrahentia materiam ad inferiora,de quibus ſuprà dictum eſt in aliis.

Diata.

IN FRIGIDO & humido totum regimen declinet ad calidum & ſiccum.In calido,ad frigidum & ſiccum.

Cauſæ.

CAVSA, ſæpius eſt corruptio ciborum in ſtomacho,& inteſtinis,& ſępius accidit à cibo malo,& multo.

Signa.

1 SIGNA manifeſta ſunt:Adeſt anguſtia, & dolor in ſtomacho , & inteſtinis , ſentit mordicationem.

2 Ex

2 Et quando venit à tali infuſione cholerę, vel alterius humoris, ab hepate, vel ſplene, ad ſtomachum, vel inteſtina, deterior eſt.

Signa antecedentia, quæ etiam poſſunt eſſe cauſa.

Præceſsio ſatietatis nauſeatiuæ, multa vẽtoſitas in corpore, & ventre, antequàm ipſum accidat.

1 Hæc paſsio in principio leuiter toleratur, ſed cùm comeſta corrupta expelluntur, tũc efficitur maior, & fortior. Iſta eſt ægritudo acuta, & ſine intermiſsione, vel cũ modica.

2 Vehemens ſitis, in cholerica, eſt omnino mala.

3 Contrà ſomnus eis ſuperueniẽs, eſt bonũ.

4 Deterior eſt, quæ fit poſt totalẽ digeſtionis corruptionem, ſeu priuationem.

5 Deterior eſt, quæ fit in prouectiore ætate (aliàs perfectiore.)

Quando vomit rem fœtidam, vel ſtercus, eſt mortale, infra quartam diem.

Si autem vomit humorem cholericũ, vel alium non fœtentem, minus moleſtum eſt, neque de illo timendum.

Cura.

LICET vomitùs, & fluxus ventris ſit vehemens, & accidentia terrefacientia, non tamen eſt timendum, ſed cum medicina ſuc-

currendum, vt Rhazes cap.1.

Euacuatio.

PRIMA intentio eſt euacuare ſuperfluitates corruptas, quæ ſunt in ſtomacho, & in teſtinis, & venis, quę ſunt in ſtomacho, & hepate. Si ergo contingat, ꝙ à principio moueatur materia ad inteſtina & ſtomachum, & fiat punctio in ſtomacho, & inteſtinis, & inclinatio ad vomitum, & fluxum ventris, adiuuetur natura cum vomitiuo leni, & clyſteri, vnde fiat clyſtere. Recipe aquæ hordei vnc. xv. ſacchari ℥ ii. olei communis vnc. iij. vitellum vnius oui, ſalis gemmæ (aliàs communis) drach. ij. fiat clyſtere.

Vomitiuum lene.

Recipe aquæ tepidæ ℥ vij. aceti ℥ j. oxymellis ſimplicis, ſyrupi acetoſi ſimplicis, ana ℥ j. Miſce, totũ bibatur: Imponendo poſtea digitũ in gutture. Vbi autem procedit vomitus, & ſimiliter fluxus, medicina nil debet operari, ſed opus naturæ dimittere. Si autẽ ſuperfluat, debet ſumere ſecundũ iſtã intentionem Recipe aquam calidã in bona quantitate, & hoc faciat ſępius, quoniã lauat ſtomachum, & inteſtina à ſuperfluitatibus corruptis. Et Auicenna dicit: Cuicunq; fluxui lauãdo, inteſtina & ſtomachus, &c. Reliqua vide apud eundem capite proprio.

Diuer

Diuerſio.

QVANDO volueris diuertere materiã à ſtomacho, fiant primò ligaturæ fortes circa adiutoria brachiorum. Apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione, ſuper carnoſitatem ſpatularum, & ſuper hepar ſimiliter. Si eſt intentio plus diuertere ab inteſtinis, iſtæ poſteriores diuerſiones conueniunt. Vnde ligaturæ fortes conueniunt circa adiutoria brachiorum. Apponantur ventoſæ ſine ſcarificatione, ſuper carnoſitatem ſpatularum, & ſuper hepar ſimiliter.

Confortatio, & incraſſatio.

QVANDO euacuatio ſuperfluit, incraſſanda eſt materia, currens ad ſtomachũ, & inteſtina, cõſtringere vias, per quas materia fluit, & confortare ſtomachũ, ac inteſtina. Sed nota in hoc caſu, ſtante fluxu per (aliàs in) ſuperiora, & ſint fæces (aliàs ſenes) debemus primò ſiſtere, vel compeſcere vomitum, & dimittere fluxum ventris, poſtea venire ad fluxus ventris curationem. Vomitus enim eſt pernicioſior. Fiat ergo primò fomentatio talis: Recipe roſarum rubearum, chamomillæ, myrtillorum, ſumachii, hypociſtidos, balauſtiarum, corticum granatorum, menthæ ſiccæ, añ. M. j Contundantur, & bulliant in libra j. vini ſtyptici nigri, ad

conſumptionem tertiæ partis, fomentetur mox ſtomachus, & exiccetur cũ panno calidè,& inungatur ſequenti inũctione. Recipe olei roſarum, cydoniorum, añ ℥ vj. ſandali rubei, coralliorum rubeorum, ſeminis roſarum, balauſtiarum, ana ℨ ß. maſtiches gr. ij. alias drac. ij. Puluerizentur, & cum modico ceræ fiat inunctio. Eſt enim ſtyptica, & ſtomachi confortatiua.

Applicamentum ad idem.

Recipe roſarum rubearum, ſandali albi, & rubei, ſeminis roſarum, coralliorum rubeorũ, coriandri præparati, ana ʒ j. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & infundantur in aquæ roſarum ℥ v. aceti ℨ j ß. aliàs ℥ j. ß. olei cydoniorum ℥ j. Miſce, infundantur petiæ, quæ expreſſæ ſuperponantur ſtomacho, & cùm vna exiccatur, apponatur altera.

Cerotum ad idem.

Recipe thuris, maſtiches, ana ℨ j. ß. ladani puri drach. j. roſarum rubearum, coralliorum rubeorum, & alborum, coriandri præparati, ſeminis roſarum, ana ʒ j. ß. menthæ ſiccæ, abſinthii, ana ℨ ß. Gummi diſſoluantur in aceto, cætera puluerizentur, & cum reſina pini, ac terebinthinæ q. ß. fiat cerotũ in forma ſcuti.

Quidam faciunt ſic.

Recipe maſtiches ℥ ß. Diſſolue in oleo cydonii

doniorum cum modico aceti, & albumine oui, ſimul miſce, extendatur ſuper petiam.

Aliĳ aliter, eſt vetularum, & bonum.

Recipe medullæ panis. Torreatur, & piſtetur in mortario, in vino rubeo odoro, ſtyptico, & ſuperaddantur iſti pulueres: Recipe roſarum rubearum, coralliorũ rubeorum, coriandri præparati, antheræ, caryophyllorum, macis, ana ʒ ß. Fiat ex his puluis ſubtilis, aſpergatur ſupra medullam panis dicti, fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Recipe cydonia duo vel tria, & ſub cineribus coquantur, pòſt recipe pulpam, & cũ ſuprà dictis pulueribus, miſce cum oleo cydoniorum q.ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum.

Ad cõmpeſcendum fluxum ventris.

Recipe olei roſati, omphacini ℥ j maſtiches, gallæ moſchatæ, gallarum, roſarũ rubearum, antheræ, ana ʒ j. Puluerizẽtur ſubtiliter, & primò inungatur vẽter cum dicto oleo calido, quãtum poteſt ſuſtinere, deinde aſpergatur venter, cum puluere dicto.

Electuarium ad idem.

Recipe diacydoniten cum ſaccharo ſine ſpeciebus, ſacchari roſati antiqui, ana ℥ j. coralliorũ rubeorum, coriandri præparati, puluerizatorũ, ana ʒ j. miuæ cydoniorum

quartale ſemis. Fiat electuarium: de quo detur ante cibum per horam, ad quãtitatẽ caſtaneæ. Aliud fortius ad idem, quando alia non contulerint: Recipe maſtiches vncias ij.aliàs drachm.ij.diſſolue in oleo roſarum, cum aqua, (aliàs albumine) oui fortiter commiſce, donec veniat ad formam linimenti, deinde infundantur petiæ lineæ, & vna applicetur circa dorſum, & alia circá ventrem anterius.

Pilulæ ad idem.

Recipe pilularum de cynogloſſa ſcrup.j. grana iij. Fiant pilulæ numero tres. Dentur eundo dormitum diebus interpolatis.

Aliæ ad idem.

Recipe pilularum ſtypticarum Nicolai ℈ iij. Fiant pilulę paruæ nume. x. De quibus ſumat quinque ante diem per horam.

Correctio accidentium, quæ ſolent euenire.

SYNCOPIS prouenit ex fumo. fumus enim eleuatus à membris corruptis, vel ex reſolutione ſpirituum, quæ prouenit ex ſuperflua euacuatione per ſuperiora, & inferiora. Succurratur ergo his, quæ applicantur extra, & intus.

Extra fiat epithema hoc.

Recipe aquarũ boraginis, bugloſſæ, meliſſæ,

liſſæ,acetoſæ,roſarũ,ana ℥ v.vini maluatici ℥ iij.vel iiij.aceti,vini albi boni ℥ j.ß.ſpecierũ ceroti ſandalini abſque cera & oleo ℈ ß. aliàs ℥ ß.puluerũ cordialiũ pro epithemate ʒ quinque.Miſce, fiat epithema pro corde, & cum petia de g̃ infuſa in tali liquore,epithemetur cor,bis , vel quater ante cibum.

Intus ſumatur hoc electuarium.

℞.Bugloſſati,diaboraginati,ſacchari, roſarũ (aliàs ſacchari diacydoniten ſine ſpeciebus) ana ℥ j. gemmarum ingrediẽtium electuarium de gemmis ſine ſpeciebus ʒ j. Et cum ſyrupo de acetoſitate citri, fiat electuarium. Pro nobilibus ſupponantur folia auri nu.ij.De quo exhibe ante cibum, manè,& ſerò, ad quantitatẽ caſtaneæ magnæ.

Aliud accidens eſt.

Vigiliarum inſtantia:Contra quod vtatur prouocantibus ſomnum : de quibus ſupra dictum eſt,capite de Phrenitide.Et per exteriora,de balneis, & vnctionibus , & cum his quæ applicantur intus.

Diæta.

AER tendat ad temperamentum in actiuis,& in paſsiuis ad ſiccum,naturaliter, vel artificialiter.cum rebus applicatis,circa aerẽ cameræ.Cibus,ſi virtus eſſet debilis propter nimiam ſolutionem,& euacuationem,

ſit facilis digeſtionis,boni nutrimẽti & pau carum ſuperfluitatum , debet multiplicari numerus ciborum,& diminui quantitas.

Vnde carnes ſint pullorum , vt & in aliis dictum eſt. Sumat ſemper ante cibum duo vel tria cochlearia huius iulepi. Recipe ſyru pi de mẽtha,cum ſucco granatorum,miuæ cydoniorum, anà ℥ ij. Miſce , de hoc exhibeatur,vt dictum eſt. Vitet omnes fructus, exceptis cydoniis,quibus poteſt vti, ſumendo duos bolos de ipſis , coctis ſub prunis, vel cineribus. Cibus aptus ſit miliũ coctũ in brodio ſuprà dicto,addẽdo illi pulueris coriandri præparati, coralliorum rubeorum, ana ſcrupu.j.pro vice. Potus conueniẽs ſit, vinum aliqualiter odorum,rubrum, & habens aliquid ſtypticitatis. Lymphetur , ſi opus eſt,cum aqua chalybeata. Dormiat ſeptem vel octo horis,& ſi poſsibile eſt naturaliter,vel artificialiter.Quies magis cõuenit,quàm motus. Si autem contingat,quòd venter ita reſtrictus eſſet,poſt fluxum,lenia tur cum clyſteri facto ex iure pullorum,vel caſtratorum,vt ſequitur hoc modo:Recipe brodij caporum,vel caſtratorum, libram j. ſacchari rubri ℥ ij. olei communis vnc. iiij. vitellum j. oui , ſalis ʒ ij. Miſce pro clyſteri. Vitet accidentia animi , facientia humores ebullire,vt iram,furorẽ,fugiat ſolicitudinẽ,

triſtit

triſtitiam, & huiuſmodi, quia hæc debilitāt virtutem. Lætetur, & gaudeat. Coitus tamen omnino inconueniens eſt.

Additiones propriæ.

SVPERFLVVM cholericum vomitum curat, ventoſa magna, applicata prope fundum ſtomachi: quia per illam materia trahitur ad partes inferiores, Gerardus de Solo ſic inquit: Accipiebat de pane cōtuſo vncias ij. & ℥ ij. maſtiches, cum vino aromatico, & in ſacculo ponebat ſuper ſtomachum. Sed melius: capiatur panis inciſus in fruſta, & exiccetur, pòſt infundatur in vino rubeo ſtyptico, deinde ipſo humectato cōtundatur, donec reddatur in forma emplaſtri, poſt addantur ſequētia: Cinnamomum, abſinthiū, caryophylli, mentha, & facimus emplaſtrū, & ponimus ſuper ſtomachū. Vel ſi non vellemus ita calefacere, accipiamus ex corticibus granatorū, vel floribus eius, & aliis ſtypticis, cum modico vini, vel aceti, infuſis in eo, & ponamus ſupra ſtomachum.

Bolus choleræ ſolutiuus.

Recipe electuarij de ſucco roſarum ℥ ß. ſacchari q ß. fiat bolus deauratus.

Pilulæ ad idem.

℞. Rhabarbari electi ʒ j. ſpicæ g̅ iij. fiant pilulæ cum ſyrupo roſarum, & ſit doſis j.

Clyſtere ad idem.

Recipe, chamomillæ, mercurialis, maluæ, blitis, centaureæ minoris, ana M.j. aniſi, marathri, ana ℥ ij. carthami, agarici, polypodij, ana ℥ j. Fiat decoctio, de qua accipe lib. j. ß. in qua diſſolue caſiæ, farinæ, ſacchari, ana ℥ ß. diaphœniconis, vel electuarij Indi maioris. ʒ vj. vel ℥ j. olei chamæmelini ℥ ij. ſalis triti ʒ ij. Fiat clyſtere.

Clyſtere ad idem.

℞. Decoctionis blitis ℥ vij. ß. bauracis ʒ j. ß. ſacchari rubri ʒ x. olei roſacei, ſeſamini, ana ʒ iij. vel ℥ j. Miſce, fiat enema.

De ſtomachi debilitate,

Cap. XXIX.

Definitio.

DEbilitas ſtomachi, eſt diſpoſitio ſtomachi, quãdo non bene digerit, & cõturbat eum cibus vehementer. Ventriculi debilitas, morborũ eſt occaſio, teſte Galeno.

Cura.

CVRA nocumenti digeſtionis, à mala cõplexione frigida, cum materia phlegmatica completur iſtis intentionibus.

1 Nota quòd euacuando à ſtomacho, damus pilulas ante cibum.

2 Porrò non eſt vtendũ fortibus medicinis, ne trahãt materiam ad ſtomachum ab

aliis

aliis membris, quæ magis nocent, niſi ponantur in pauca quantitate, & fit aliquando in ſequentibus.

Minoratio.

Recipe pilularum ex aloë lota ℈ ij. Fiant pilulæ. v. vel vij. dentur ante cibum per horam vnam vel duas.

Alia ad idem.

Idem faciunt pilulæ aloëphanginæ ʒ ß. fiant pilulæ ſeptem, dentur vt ſuprà.

Digeſtio.

Recipe ſyrupi de corticibus citri, mellis roſati, oxymellis ſimplicis, ana ʒ ß. aquarũ abſinthij, meliſſæ, bugloſſæ, ana ℥ j. Miſce.

Euacuatio in forma pilulari.

Recipe pilularum ſtomachicarum Meſuei ʒ j. fiant pilulę ſeptẽ, dentur in diei crepuſculo. Poſt ad quinque horas lauatiuum ex brodio pulli non ſaliti ad quinque ℥ cum ℥ ß. ſacchari duarum coctionum, mox poſt horam ſumat prandium.

Aliud in forma potabili.

℞. Florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana M. ß. paſſularũ enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana ʒ ß. ſebeſten octo, iuiubarũ x. cinnamomi electi, galangæ, ana ℈ ij. Bulliãt in ß. q. aquæ abſinthij, ad conſumptionẽ medietatis. De colatura recipe q. ß. ad diſſol-

uend

uendum, diacatholiconis ℥ ß. electuarij de dactylis ʒ j. ß. electuarij eleſcoph ℈ ij. Miſce, fiat potus dulcoretur cum ſyrupo de corticibus citri, detur in diei crepuſculo. Pilulæ Conciliatoris ad idem, cap. 19. & 21. de nocumentis digeſtionis. Primò ex quibus eſt debilitas, &c.

Confortatio, & alteratio.

Stomachus confortetur, & remoueatur mala eius complexio frigida. Primò cum extra applicatis.

Primò cum fomentatione.

℞. Menthæ ſiccæ, abſinthij, chamomillæ, ana M. j. galangæ, nucis moſchatæ, macis, cinnamomi electi, calami aromatici, ana ℈ ij. Contundantur craſſo modo, bulliant in ß. q. vini odori, ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde cum ſpongia infuſa in iſta decoctione, & expreſſa, ſtomacho applicetur, cũ incipiet tepefieri remoueatur, & de nouo reiteretur ter, vel quater. Deinde exiccetur ſtomachus pãno calido, & vngatur iſta inũctione. Recipe olei de maſtiche, de ſpica, de abſinthio, ana ℥ ß. cinnamomi electi, caryophyllorum, ligni aloës, calami aromatici, galangæ, ana ſcrupu. ß. vel j. ladani puri ʒ ß. Pulucrizentur, & cum modico ceræ, & dictis oleis fiat vnctio pro ſtomacho. Remouet malam complexionem ſtomachi frigidam,

dam, & confortat ſtomachum.

Cerotum ad idem.

Recipe menthæ ſiccę, abſinthij, roſarum rubearum, chamomillæ, ana M. ß. ſpicæ ℈ ij. calami aromatici, macis, caryophyllorũ, ligni aloës, ana ℈ ij. Pulucrizentur ſubtiliſſimè cum reſina pini, & pice nauali: fiat cerotum in forma ſcuti.

Ad idem, remedium.

Recipe lanam carminatam, infundatur in oleo de ſpica valde calida, & illa expreſſa, ſuper ſtomachum ligetur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe pulparum cydoniorum coctorum ſub cineribus libram vnam, zingiberis, calami aromatici, cyperi, galãgæ, caſiæ ligneæ, piperis, ana ℈ j. ß. Omnia pulucrizentur, & cum pulpa cydoniorum, & ſucco eorundẽ, reficiatur emplaſtrum, quod ſtomacho calidè apponatur.

Intus applicetur hoc.

Recipe diagalangæ, aromatici roſati, ana ℥ j. De hoc ſumat ante cibum per duas horas, ad quantitatem caſtaneæ magnæ.

Formula ad idem.

Recipe cinnamomi electi ʒ j. ligni aloës ʒ ß. zingiberis ℈ j. macis, calami aromatici, ana ſcru. ß. Pulucrizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo taberzeth diſſoluto in aqua,

aqua abſinthij, fiat confectio ſolida in rotu lis, quarum quælibet ſit ℨ iij. ſumat vnam pro vice.

Iulep ad idem.

Recipe caryophyllorum, cinnamomi electi, calami aromatici, ana ℥ j. Bulliant in aqua abſinthij, meliſſæ, ana q ß. ad cõſumptionem medietatis. Deinde colaturę adde ſyrupi de corticibus citri: mellis roſati colati, ana ℥ iij. Quæ iterum bulliant, donec veniant ad formam iulępi, & detur.

Accidentium correctio.

CORRECTIO accidentium complectur his, quæ remouent accidentia. Qualia ſunt, ſyncopis, tremor cordis vt plurimùm, quibus ſuccurritur cum confortantibus cor, ſupra, &c.

Euacuatio.

FIAT euacuatiuum lene, & non forte, ne ad ſtomachum trahantur materiæ. Detur ergo iſta medicina in forma boli, euacuans à ſtomacho, & non ab aliis remotis. Recipe caſiæ optimæ ℥ j. rhabarbari electi ℨ j. ſpicæ g̃ iij. Quibus ſubtiliter puluerizatis, cum ſpica, & caſia miſce, fiat bolus cum ſaccharo.

Ad idem in forma pilulari.

℞. Aloës lotæ, rhabarbari electi, ana ℈ j. maſtic

maſtiches,corticum myrobalanorum citrinorum, ana ℈ ß. Puluerizentur ſubtiliter, reformentur pilulæ v.cum ſyrupo violarũ. dentur manè in crepuſculo diei.

Mala complexio remouetur ab intra ſic.

Recipe ſacchari roſati, violati, diatria ſandalorum, ana ℨ vj. Miſce cum ſyrupo de endiuia, fiat electuarium.

Iulep ad idem.

℞. Syrupi acetoſi de cydonijs, ordinati à Rhaze in textu, ſyrupi de ribes, ana ℥ j. Miſce, dentur duo vel tria cochlearia ante cibum. Aqua hordei eſt etiam conueniens.

Circa exteriora fiat vnctio iſta, pro ſtomacho.

Recipe olei cydoniorum, roſarum, ana ℥ vj. coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ſandali citrini, ana ℨ ß. vel j. roſarum rubearum ℨ j. Pulueriz entur ſubtiliter, & cum modico ceræ fiat vnctio.

Fomentatio ad idem.

Recipe roſarum rubearum, florum labruſcæ, ana M. j. ß. abſinthij M. j. coralliorũ rubeorum, coriandri præparati, ſandali citrini, ana ℨ j. Contundantur, & bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde cũ ſpongia infuſa, ita quòd multùm calida applicetur, & pòſt exiccetur locus, & inungatur cum vnctione dicta.

Diuer

Diuerſio.

DIVERTATVR materia cum clyſteriis, fricationibus, & ligaturis. Accidētia remoueantur cum medicinis appropriatis: de quibus authores tractant. De hac materia vide Galenum in vij. de ingenio ſanitatis, & de locis affectis, & in 8. Miamir..

Adiectitiæ medelæ.

PRO mundificatione ſtomachi recipiat has pilulas: Recipe pilularū aloëphanginarum, ſtomachicarum, de hiera, ana ℈ j. diagredij g̃ iij. Fiant pilulæ cum aqua menthæ: dentur ſummo mane ſingulatim deuorandæ.

Tragea debilem ſtomachū poſt mūdificationem factam cū pilulis meis ſtomachicis, miro modo cōfortans, mihi communicata à generoſo domino comite Naſſauienſi.

Recipe maſtiches partes viij. caryophyllorum, galangij, ana partes iiij. cubebarum, zingiberis, macropiperis, cinnamomi, pulegij, menthæ ſiccæ, ſpicæ Indæ, calami aromatici, pulueris pellicularum ſtomachi gallinarum, macis, nucis moſchatæ, marathri, aniſi, xylobalſami, xyloaloës, ana partes ij. pulueris ſacchari q. ß. pro dulcoratione, ita tamen vt odor, & ſopor ſpecierum præualeat, & fiat tragea ſecundum artem.

Alia

Alia tragea ad idem.

Recipe diagalangij ʒ iij. diacucumeris ʒ ij. pulueris ſtomachici confortatiui ʒ j. zingiberis vnc. ß. ſacchari albiſsimi quartam j. Miſce; fiat tragea.

Salſa bona ad prouocandum appetitum, & ad omnia ſtomachi vitia, à cauſa frigida, & humida.

Recipe mēthę, cinnamomi, galangæ, ana q. v. piperis parū: Miſce cū aceto, & fiat ſalſa.

Medicamen expertum contra ſtomachi paßiones, de cauſa frigida.

℞ galāgij, nucis moſchatæ, triū generū piperis, cinnamomi, ſpicæ, zingiberis, caryophyllorū, ana ʒ ij. dictami albi, zedoariæ, calami aromatici, aniſi, marathri, ameos, ſiſeleos, carui, cymini Macedonici, ana ʒ j. conſeruę citrāgulorū ℥ j. cū ſyrupo, vel miua cydoniorū, fiat electuariū arte. Doſis ʒ ana ieiuno ſtomacho. Maximè digerit, & infrigidatū ſtomachū calefaciēdo roborat. His peractis, applicetur emplaſtrū de pane aſſo, in hunc modū confecto: ℞ Mēthæ, abſinthij, maſtiches, pulegij, ana M. j. Decoquantur in vino, cui adde panis aſsi, & roſarū, ana M. j. fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Recipe roſarum, ſandâlorū, omnium generum mentharū, pulegij, ana M ß. farinæ hordei vnc. j. vel ij. fiat emplaſtrū vt ſuprà.

De ſtomachi dolore,
Cap. XXX.

Definitio.

DOlor ſtomachi, eſt ipſius ſtomachi triſtis quædam ſenſatio, à mala complexione ſine materia, vel cũ materia, aut à ſoluta continuitate, vel ſimul ab vtraque proueniens, & talis quandoque ab apoſtemate, quandoque ſine, cauſatur, & interdum quoque à vermibus, ab humoribus, vt ſanguine, phlegmate, & vtraq; bile, à ventoſitate, à re mordicante, &c.

Aphoriſmi.

1 IN febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor, malum. Aphor. 65. lib. 4.

2 Famem thorexis, id eſt, vini potio ſoluit. Aphor. 21. lib. 2.

Omiſsis cauſis ſignis, & præſagiis, ſequitur cura doloris ſtomachi.

Cura.

Sacculus confortatiuus.

Recipe menthæ ſiccæ, abſinthij, chamomillæ, roſarũ rubearum, ana M. ß. pulegij, calamenthi, rutæ, ana M. ß. cinnamomi electi, calami aromatici, galangæ, ligni aloes, ana drach. j. Contundantur craſſo modo, fiat

fiat ſacculus, in quo ponantur dicta calida in tegula. Prodeſt etiam indui pellibus vulpinis, confortando calorem naturalem temperatè, quia nimiùs calor reſolueret illum paucum calorem naturalem, & debilitaret eum, & ſic noceret. Proin cauendum à nimiùm calidis.

Emplaſtrum ventoſitatum reſolutiuum.

Recipe lanæ inciſæ ſubtiliſsimè ℔ ß. mellis ℔ ß. Miſce, pone ad ignē, deinde recipe zingiberis, galangæ, cinnamomi electi, calami aromatici, anà drach. j. aniſorum, fœniculi, carui, ameos, ana ʒ ij. Puluerizentur omnia, & addãtur dictæ miſturæ, miſce, fiat emplaſtrum ventoſitatum reſolutiuum, ponatur ſupra ſtomachum. Item valet ventoſa magna circa vmbilicum, ſi vis per inferiora ducere, vel paulò ſuprà. Si per ſuperiora, fiat ſolutio (aliàs reſolutio) & confortatio, cum cõmuni doſi terebinthinæ, quæ eſt vn. ß. Recipe terebinthinæ optimæ non lotæ vnc. ß. inuoluatur in hoſtia, & trãſglutiatur. Pòſt detur optimum vinum. Aliqui exhibēt aquam ardentem, ad vnciam vnam ſtomacho ieiuno. Quidam dant drach. j. theriacæ diſſolutæ in vino maluatico. A proprietate etiam confortant pelliculæ interiores ſtomachi gallinarum. Item drach. j. pulueris radicis pæoniæ, cum vino.

Electuarium Leonellianum dandum mane quando ſurgit.

Recipe cinnamomi electi, galangæ, ligni aloes, calami aromatici, ana ℥ j ß. aliàs vnc. j ß. radicis pæoniæ drach. j. Tunicarum intrinſecarum ſtomachi gallinarum præparatarum drach. j. menthæ ſiccæ, pulegij, ana ſcrupul. ij. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum melle cocto, & deſpumato, vel ſaccharo diſſoluto in aqua meliſſę, q ß. fiat electuarium, de quo recipiat drach. j ß. pro vice, ſtomacho, ieiuno. Nam ſtomachum cōfortat, dolorem remouet, & reſoluit ventoſitates. Quidam extra cōmuniter accipiunt ſcutellam plenam cineribus calidis, deinde aſpergunt cū vino, & iniiciunt aliquos pulueres ſpecierum, & deſuper ligāt pannum lineum, & ſic calefaciunt ſtomachum, ſuper ipſum ponendo.

Puluis à me (aliàs à Meſueo) expertus etiam in mulieribus prægnantibus, de quibus dubium erat, ne propter ventoſitates abortum facerent.

Recipe cymini in aceto infuſi per noctē, & poſtea torrefacti drach. ij. ameos, zingiberis, caſtorei, ana ſcrup. ij. Piſtentur ſubtiliſsimè, & cribrentur. Eſt doſis ſcrup. iiij. cum paruo potu vini, & vſus per plures dies. Hic puluis me nunquam ſolet decipere.

Elect.

Electuarium ad idem.

Item electuarium de baccis lauri, cui nõ eſt par in diſſoluendo ventoſitates, ſecundum Rhazem I X. Almanſoris. Ad idem valet, & à me expertum eſt, diaſpermaton, id eſt, electuarium de ſeminibus, quod ponitur in Antidotario Meſuei. Ad idem valet diagalanga, & diacyminum, & dianiſum, de aliquo iſtorum exhibeatur ſecundum exigentiam. Vide Bauerium folio 66. Idem 121.

Additamenta propria.

VT plurimnm talis dolor in febre prouenit ex cholera, cùm effunditur ex hepate ſecundum plurimum, quæ ſui acuitate mordicat, & dolorem infert.

Cura.

CVM euacuatione illius materiæ, & diuerſione maximè ante paroxyſmi principium, & principium effiſionis eſt per vomitum etiam, & tunc confortetur ſtomachus, ne recipiat, cum bucella panis infuſa in aliquo ſucco frigido, ſtyptico, & vino granatorum vel cydoniorum, cum rob de cydoniis, & rob de ribes, & rob de myrtillo, item cũ conſeruis roſarũ, ſeu cydoniorum, data ante acceſsionem. Auicẽna: Detur ſyrupus de malis ſtyrpticis, vel cydoniorum. Fiat inun

ctio ex oleo cydoniorum, myrti, roſarum, cum puluere coralliorum, roſarum, & coriã drorum præparatorum, cũ ligno aloes. Petrus Apponenſis inquit: Ad confortandum ſtomachum febricitãtis, & ad remouendũ dolorẽ ab eo, ex vẽtoſitatibus, prodeſt iſta vnctio. ℞. Olei myrtini, roſati, ana. Bulliant in eis maſtiche, olibanum. Et ex eo vngatur ſtomachus, & ſi ſuperaſpergatur puluis roſarum, & coralliorum, cum coriandris præparatis, remoueat ſæpe nauſeam.

Emplaſtrum reſtringens ardorem ſtomachi febricitantis, & vomitum, ac ſubuerſionem, & remouet dolorem.

Recipe ſucci ſolatri, ſucci abſinthij, ana ℥ ij. farinæ hordei ℥ j. ß. maſtiches ℥ ß. roſarũ rubearũ pulueriſatarum ℥ j. Fiat conglutinatio cũ ſuprà dictis, & ſtomacho applicetur. Si dolor eſſet ab humore phlegmatico, euacuabis vomitu, & ſeceſſu. Et datur poſt euacuationẽ ſyrupus de mentha, in maiori quantitate: ſyrupus roſarũ in minori quãtitate. Pòſt inungatur ſic cũ oleo de ſpica, nardino, maſtichino, &c. Si à ventoſitate fuerit, fiant diuerſiones: ventoſa ſuper vmbilicum apponatur magna: & reiteretur pluries. Et ſtomachus, oleo rutaceo, nardino, & chamæmelino inungatur. Et aſpergatur puluis caryophyllorum, cinnamomi, & coralliorum.

Fiat

Fiat ſacculus ex flore chamomillæ, ameos, ſtœchados, aniſi, cymini, carui, ſemine fœniculi. Aut fomẽtetur ſtomachus cum ſpongia, aut filtro, cum decoctione iſtorum, & poſtea aſpergatur puluis ameos, cymini, carui, & aniſi. Panis tritici coctus, ex furno abſtractus, per medium ſcindatur, & aſpergatur ſubitò oleo, & melle, & ſtomacho ſuperponatur. Si materia fuerit frigida, & adfuerit dolor : Aſpergatur panis dictus infuſus in vino bono, puluere carui, ſpicæ, menthæ, cinnamomi, abſinthij. Si fuerit dolor à cholera, retenta in ſtomacho, facta purgatione, aſpergatur panis ille in aqua roſata, cum modico aceti, & ſupra proiiciatur puluis roſarum, & applicetur ſtomacho. Si fuerit propter potum aquæ frigidæ, dentur calida, & cum tegula, ſeu pãno calido, ſtomachus fomentur.

De apoſtemate ſtomachi,
Cap. XXXI.

Definitio.

APoſtema ſtomachi eſt quædam collectio noxiorum humorum in ventriculo coagmentata. De differentiis, & generibus apoſtematis ſtomachi, vide Michaelẽ Sauanorolam, in cap. proprio de apoſt. ſtomachi, &c.

Cura.

CIRCA curam apoſtematis ſtomachi, Nota quòd in apoſtemate calido ſtomachi, primò fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, ad quinque vel ſex vnc. ſanguinis, ſecundũ tenorem virtutis: & hoc pro diuerſione, & minoratione. Sed ſi ſit conſtrictio ventris, fiat priùs lenitio ventris cum clyſteri ſequenti. In cauſa calida: Recipe maluæ, violariæ, brancæ vrſinæ, mercurialis, abſinthij, ana M j. Fiat decoctio ad medietatem, colati recipe ſelibram vel pluſculum, in quo diſſolue vnc. ij. olei violacei vnc. ij ſalis gemmei drach. ß. Vel ſi magna ſit duritia ventris, drag. integram, electuarij de ſucco roſarum drach. j. oxymelitis Nicolaini laxatiui drach. ij. Miſce, & iniiciatur per clyſtere. Aliud in cauſa frigida: Recipe abrotoni, calamenthi, origani, chamomillæ, menthæ, ana M. j. furfurum hordeaceorum pug. iij. florum fœniculi M. ß. decoquuntur in ß. q. aquæ, ad conſumptionẽ medietatis. In colatura reſoluantur olei veteris, rutacei & irini, ana vnc. j. hieræ picræ vnc. ß benedictæ drach. ij. ſalis parum. Detur vt ſuprà. Facta phlebotomia, ſi materia adhuc eſt in fluxu, tunc diuertatur cum ventoſis, & fricationibus. Si autem ſit propter retentionem

tionem ſanguinis menſtrui, vel hęmorrhoidum, fiat phlebotomia ſaphenæ. Deinde fiat fortis repercuſsio in principio. Recipe olei cydoniorum, roſarũ, myrtini, ana vnc. j. Miſce, infundantur petiæ lineæ, & applicentur ſtomacho.

Linimentum ad idem.

Recipe ſandali albi & rubei, roſarum rubearum, myrtillorum, coriandri præparati, coralliorum rubeorum, ana vnc. j. vel ſemis Pulueriz ẽtur ſubtiliter omnia in vnc. v. vel vj. aquæ roſarum, ſucci cydoniorum vnc. ij. Miſce, deinde infunde petias lineas in liquore, quæ expreſſæ applicentur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe farinæ hordei, fabarum, lentium excorticatarum, ana drach. ij. aliàs vnc. ij. roſarum rubearum, myrtillorũ, ſumachij, balauſticarum, corticum granatorum, ana M. ß. Omnia iſta piſtentur ſubtiliſsimè, deinde aſpergantur oleo cydoniorum, & roſarũ q. ß. & fiat emplaſtrum, quod ponatur ſuper locum dolentem.

Vnctio ad idem.

Recipe olei roſarum, cydoniorum, ana drach. iij. boli Armeni, roſarum rubearum, coralliorum rubeorum, coriandri præparati ana ℈ ij. pulverizentur, & cum modico ceræ fiat vnguentum,

In augmento apoſtematis illius.

Recipe eadem remedia,addendo tantũ reſolutiua,vnde fiat illa vnctio:Recipe olei roſati vnc.ij.olei chamæmelini ℥ j. ß. Infundantur petiæ,& applicentur.

Linimentum.

℞.Roſarũ rubearũ,chamomillæ,ana M.ß.menthæ ſiccæ,myrtillorũ,ana ℥ j.Subtiliter pulueriżentur,& diſſoluãtur in aqua roſarum,abſinthij,ana ℥ v. Deinde infundantur petiæ,quæ expreſſæ loco imponantur.

Emplaſtrum ad idem,procedente augmento adminiſtretur.

Recipe menthæ ſiccæ, chamomillæ, abſinthij, roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, ana M.ß. Omnia bulliant in ß.q. aquæ,ad perfectam decoctionem.Vnde piſtentur in mortario,& cum dicta decoctione,& oleo roſarum,& chamomillæ q.ß.ad impinguandum,& fiat emplaſtrũ.Eſt enim reſolutiuum,& repercuſsiuũ.A medio augmenti vſque ad medium ſtatus applicentur plus reſolutiua,& minus repercuſsiua.Vnde prædictis addantur aliqua plus reſolutiua, ſicut in oleis addimus oleũ anethinũ, cum modico olei de ſpica. In emplaſtro dicto addimus origanum, calamenthũ,& meliſſam,& fiat emplaſtrum cum aliis in epithemate,& linimento.Similiter ſimiles herbas appon

apponimus, quia plus reſoluunt. A medio ſtatus, per totam declinationem, apponãtur reſoluentia pura. Vnde primò vtatur iſta vnctione: Recipe olei chamæmelini, ſpicati, anethini, ana ℥ j. Infundantur petiæ.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe menthæ ſiccæ, abſinthii, chamomillæ, añ M. ß. ſpicæ, ſquinanthi, calami aromatici, cinnamomi electi, maſtiches, thuris, ana ʒ j. Piſtentur in mortario omnia ſubtiliter, & pulueriżentur, deinde cum oleo chamomillę, & maſtiches q. ß. fiat emplaſtrum, & ſtomacho applicetur. Ex iiſdẽ poteſt fieri fomentatio: Decoquantur omnia in vino odoro, cum ſubdupla parte aquę, ad cõſumptionem tertiæ partis, deinde cum ſpongia expreſſa, quę priùs infuſa erit, fomẽtetur locus. Quantum ad cauſam antecedentẽ, quę eſt factiua apoſtematis, facta phlebotomia quæ eſt neceſſaria in omni apoſtemate ſtomachi etiã frigidi, diuerſiõis gratia, quia ex repletione remouet̃ cholera: ideo poſt phlebotomiã per duos, vel tres dies debet fieri euacuatio cholerę. Sãguine enim euacuato ebullit cholera. Poſt phlebotomiã per duas vel tres horas, debet fieri euacuatio cholerę, cũ medicina lenitiua tãtũ, & nõ forti, ne fiat attractio materiæ ad ſtomachũ. Vnde recipe caſſiæ optimæ pinguis nouiter extractæ

drach.

drach.x.Diſſolue cum decoctione cõmuni. Eodem modo valet manna vſurpata. Poſſumus etiam addere rhabarbari in ſubſtantia, vt pote drach.j.cum vnc.j.caſiæ.

Cura apoſtematis frigidi ſtomachi.

PRIMO quo ad cauſam antecedentem, ſi eſt phlegmaticũ apoſtema, purget materia, quæ eſt ſub forma cauſæ antecedẽtis, digerendo ipſam tali digeſtiuo: Recipe ſyrupi de duab⁹ radicibus, ſine aceto, mellis roſati colati, ana ℥ vj. aquæ fœniculi, abſinthii, buglоſſæ, ana ℥ j. Miſce. Facta digeſtione, dentur iſtæ pilulæ. Recipe pilularũ ſtomachicarum Nicolai, aliàs Meſuei ℈ ij. aloes lotæ ℈ j. Fiant pilulę quinque cum melle roſato.

Alia ad idem.

Recipe pilularum de hiera ſimplici Galeni, drac.j. & ſcrup.j. (aliàs ſolùm ſcrup.j. vel ß. (Fiant pilulæ ſeptem. Aliqui exhibẽt electuarium eleſcoph, & diaphœniconem, ſed malè agunt. Quantum ad cauſam coniunctam, in principio competit repercuſsiuum, hoc: Recipe olei cydoniorum, (aliàs roſarũ) olei abſinthii, chamomillæ, ana vnc.ß. aliàs j. Infundantur petiæ.

Vnctio ad idem.

Recipe olei roſarum, chamomillæ, cydoniorum

niorum,ana ℥ ß.roſarum rubearum,myrtil
lorum,coralliorum rubeorum,ana ℈ j.Pul-
uerizentur ſubtiliter, & cum dictis oleis &
modico ceræ fiat vnctio.

In augmento autem fiat talis inunctio.

Recipe olei de ſpica, de chamomilla,roſarum,cydoniorum,ana ℥ ß.Fiat vnctio.

Fomentatio ad idem.

Recipe menthæ ſiccæ,abſynthii,chamomillæ,meliloti,florum roſarum rubearum,labruſcæ,añ.M.j.ſpicę ʒ j.Contundãtur,& bulliant in ß.q.aquæ cum modico vini albi odori,ad comſumptionem tertiæ partis, cũ ſpongia ter quatérve fomentetur. Deinde cum prædicto oleo inungãtur.In ſtatu reſolutiua repercuſsiuis miſceantur,& applicẽtur,aut à medio augmenti,inungendo locũ Recipe olei de abſynthio, de ſpica, de chamomilla,de roſis,ana ℥ ß.aliàs j.Infundantur petiæ in tali calido.

Emplaſtrum ad idem reſolutiuum, & pro parte repercuſsiuum.

Recipe abſynthii,menthæ ſiccæ,meliloti,pulegii, anethi,ana M.j.farinæ ſeminis lini,fœnigręci,ana ℥ ij. Bulliant in ß.q.aquæ ad perfectam decoctionem, deinde piſtẽtur in mortario, & addantur farinæ,& cum dicta decoctione,& oleo de ſpica,ac liliorum,q ß. ad inungendum, fiat emplaſtrum, Apoſtema

ma ſi reſoluitur, bonum eſt. ſi enim veniret ad ſuppurationem, quod ſemper cauere debemus, & ſi tamẽ nobis inuitis eueniret, fiat emplaſtrum maturatiuũ. Recipe radicũ althææ M. j. ß. maluarũ cum radicibus, meliloti, anethi, ana M. j. abſinthii, menthæ ſiccæ, ana M. ß. Radices incidantur, & cum dictis herbis bulliant in ß. q. aquæ, ad perfectã decoctionem, deinde piſtẽtur in mortario: addantur farinæ ſeminis lini, fœnigręci, ana ℥ ij. olei anethini, chamæmelini, amygdalini dulcis, ana q. ß. Ad impinguandum fiat emplaſtrum. Si autem rumpatur apoſtema, & veniat ad ſanationẽ, & rumpatur ab intra, vt ſępius fit, & minus eſt malum, mundificetur priùs hoc modo: Recipe aquę mellis ſecundum artem factę vt infrà ℥ iij. mellis roſati colati ℥ j. ß. Detur hic pot⁹, donec ſit facta pura mũdificatio hulceris. Fit aũt aqua mellis ſic: Recipe mellis partẽ j. aquę partes viij. Et bulliant ad cõſumptionem medietatis. De iſta aqua dẽtur ℥ iij. calidè: abſtergit enim hulcus. Vel recipe aquæ hordei, factæ ſecundum artem vncias iij. mellis roſati colati vnc. j. ß. Detur. Qua ſumpta, detur iſtud iulep conſolidatiuũ hulceris in ſtomacho.

Recipe miuæ cydoniorum ſimplicis vncias iij. boli Armeni, thuris, maſtiches, ana drach. j. Pulueriżentur ſubtiliter, miſce cum

dicta,

dicta miua. De quo manè exhibeatur vncia vna ß. cum aqua abſinthii, etiam vncia vna ſemis, ſumatur omni mane potus iſte calidus. Vbi autem apoſtema venerit ad duritiem, vt ſæpius fit, intentio eſt mollificare, & reſoluere, & ad quam intentionem eſt conueniens iſtud ſequens emplaſtrum: Recipe emplaſtri de meliloto ℥ ij. vel iiij. œſypi humidæ ℥ j. ß. Miſce adinuicem cum oleo de lilio, & reducatur ad formam emplaſtri: quod applicetur ſtomacho extrinſecus cum petia.

Ad idem poteſt fieri vnctio iſta.

Recipe olei de lilio, de chamomilla, pinguedinis gallinæ, medullæ crurũ vituli, ana ℥ j. Liquefiant adipes cum dictis oleis, & miſce cum modico ceræ: fiat vnguentũ ſtomacho applicandum.

Additiones propria.

PRIMITVS molliatur apoſtema cum oleo roſaceo, lẽtiſcino, & violaceo. Si vehementioribus vti oporteat, cũ œſypo humida, vel diachylo communi emplaſtro alliato, vel ceroto Andromachi: poſt ſuperponatur hoc cataplaſma, in cauſa calida: Recipe aquę roſaceæ, ſucci lactucæ, portulacę, ſolatri, arnogloſſæ, ana drach. v. Temperentur cum ſemi q. olei violacei, ad modum emplaſt

plaſtri, ſuperponatur cum lana xylina calidè. Si apoſtema ſit de cauſa frigida: Recipe: althææ, ſeminis lini, fœnigræci. Et incorporentur cum axungia porcina recenti, & butyro recenti, ponatur ſuper ventrem, & ſtomachum, vncto priùs ventriculo cum dialthæa, & oleo chamæmelino, ſimul cõmiſtis.

In hoc caſu prodeſt vomit*, materia priùs bene præparata, & lenificata. Per multùm etiam iuuat, aluum hoc ſtomachico clyſteri celùere: Cõfert enim euacuãdo materias calidas à pectore, ſtomacho hypochõdriis, & toto ventre inferiore, apoſtematibus etiam inteſtinorum. Recipe quatuor ſeminum cõmunium frigidorũ, ana M. ij. ſeminis portulacæ, lactucæ, ana M. j. ſeminis endiuię, acetoſæ ſcariolę, cuſcutę, ana M. ß. foliorũ maluarum, blitis, violarum, mercurialis, ana M. j. ß. Coquantur omnia in libris viij. aquæ vſque ad cõſumptionẽ medietatis, deinde colentur, & vehemẽter exprimantur, & huius expreſsionis accipe lib. j. Et adde olei violarum ℥ iij. electuarii de pſyllio ℥ ij. caſiæ, ſacchari rubei ana ℥ ß. ſalis cõmunis ʒ iij. aliàs ℈ iiij. Miſce, & totum imponatur, &c. Si purgatione interna fuerit opus, vtatur pilulis meis in capite de debilitate ſtomachi, in additamẽtis ſcriptis ſuprà. Poſt ſuppurationẽ, & expulſionem apoſtematis, cõfortetur ſtomachus.

machus ab intra,& extra ſic.

Ab intra cum iſta tragea.

Recipe coriandri,cinnamomi electi,ana ℥ j.trium generum piperis, galangii, caryophyllorum, zingiberis, ana ℨ ß.ſeminis fœniculi, aniſi, ana ℥ iij. croci optimi drac. j. Miſce cum ſaccharo ad pōdus omnium, fiat puluis tragealis.Confortat ſtomachum, hepar,& omnia membra principalia, necnon & inteſtinis conferens.

Ab extra vtatur ſacculo,ſeu ſcuto ſtomachali.

Recipe gallæ moſchatę, aliptę moſchatæ, añ.℥ j.ladani puriſsimi drach. ij.maſtiches, macis,caryophyllorū,nucis moſchatæ,cinnamomi añ.ℨ iij.ß.calami aromatici,ſpicę, granorum paradiſi,galangii,zingiberis,ana drac.j.menthæ ſiccæ drach.ij. Pulueriƶentur, fiat ſcutum ſecundum artem,cum ſyndone præparato applicetur.

De Singultu. *Cap.* XXXII.

Definitio.

SIngultus, eſt malus motus virtutis deſiderantis expellere rem nociuam.

Vel ſic.

Singultus,eſt violentus motus ſtomachi, tendens ad ſuperiora, vt rem fugiat nociuā. Singultus, eſt motus, ſimilis motui ſpaſmi.

V Cauſ

Cauſæ.

CAVSAE ſingultus ſunt: Calida, frigida, inanitio, repletio, aromata, &c. lib. iij. de cauſis ſymptomatum, Galenus. Galenus piper edebat, vt de ipſomet ſcribit, & ſentiebat ſingultum. Idem lib. 4. cap. 5 de Locis affectis.

Et idem alibi.

Singultus accidit propter neruorum communicationem, non quidem ſemper, ſed quando ad maximam attollitur inflammationem.

Aphoriſmi.

1 Ex ſuperflua purgatione, conuulſio, aut ſingultus ſuperueniēs, malum. Aphoriſmo. 5. libr. 5.

2 A ſingultu habito, ſternutatio ſuperueniens ægritudinem ſoluit. Apho. 13. lib. 6.

3 A longo alui profluuio habito, ſpontaneus vomitus ſuperueniens, morbum ſoluit. Apho. 13. lib. 6.

4 In hepatis inflammatione, ſingultus, malum. Aphor. 17. lib. 7.

5 Hepati inflammationem patienti ſingultus aduenit. Aphor. 58. lib. 5.

6 Conuulſio fit ex repletione, vel inanitione, ita verò & ſingultus. Apho. 39. lib. 6.

7 A vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum. Aphor. 3. lib. 7.

Præſagia.

In ſingultu omnes ventriculi partes, id quod cruciat, exprimere tentant. Galenus libro 3. de Symptomatum cauſis.

Cura.

SINGVLTVS à mala complexione, ſine materia calida, ſola alteratione cum cõtrariis intus, & ab extra applicatis curatur. Intus applicanda ſunt, ſicut aqua hordei, cum iulepo violarũ, & aqua endiuiæ, cum ſucco granatorum, & ſyrupo roſarum. Ad idem valet ſaccharum roſatum, & violatum.

Vnctio.

Recipe olei violarum, olei roſarum, cydoniorum, ana ℥ j. Infundantur petiæ lineæ, & tepidæ ſtomacho applicentur.

Epithema ad idem.

Recipe olei (aliàs aquæ) violarum, roſarũ, portulacæ, ana ℥ iiij. coralliorũ rubeorum, coriandri præparati, myrtillorum, ana ʒ j. Pulueriżentur, & miſce cũ dictis aquis, & epithemetur ſtomachus. Si autem fuerit ſicca propter febres, vel euacuationes præcedentes, curæ ſint duæ.

1 Prima, remotio cauſæ: & altera, malæ complexionis ſiccæ remotio.

2 Et iſtæ duæ poſſunt ſimul impleri, cum iiſdem remediis. Remouetur autem malæ

complexio ſicca, & febris præcedens, cum aqua hordei, & ſyrupo violarum, cõmiſcendo hoc modo: Recipe aquæ hordei ℥ iij. vel iiij. ſyrupi violati ℥ j. ß. Miſce. Item aquam cum ſucco granatorũ muſorum, vel ſucco cydoniorum bibat.

Bibat iura pinguia reſtauratiua, bona bonarũ carnium, & laudabilium, quæ & ſubſtantificè & mundificatiuè, aliàs qualitatiuè humectent, ſicut pullorum, caſtratorum & agnorum. Alterentur cum ſeminibus communibus frigidis. Vinum ſit album, antiquum, & dulce, multa aqua dulci dilutũ. Ingrediatur balneum aquæ tepidæ, dulcis. Dormiat quantum poteſt, vt corpus humectetur. Comedat ſæpe, ſed parum pro vice. Bibat hunc potum humectatiuum: Recipe mucilaginis pſyllii ℥ ß. aliàs ℥ j. ß. ſyrupi violarum, ſucci granatorum dulcium, ana ℥ ß. Hunc potum bibat tepidè. Inungantur ſpondyles colli, & dorſi cum hoc vnguento: Recipe olei violarum, de ſalicibus, ana ℥ vnam. Fiat tepidè. Inungatur maximè circa altredecimũ ſpondylum, cui os ſtomachi alligatur Si autem ſingultus ſit cum materia: ſi ſit phlegmatica, vtatur eiuſmodi digeſtiuo inciſiuo. ℞. mellis roſati colati oxymellis ſimplicis, ana ℨ vij. aquarum abſynthii, fœniculi, ana ℥ ß. vel j. Miſce. Si autem materia

teria ſit ſubtilis, cholerica, fiat tale digeſtiuum inciſiuum: Recipe ſyrupi de endiuia ℥ j. acetoſæ ſimplicis ℥ß. aquæ endiuiæ ℥ ij abſynthii ℥ j. Miſce. Solutiua materiæ phlegmaticæ, in forma pilulari: Recipe pilularum ſtomachicarum Meſuei ʒ j. ℈ ß. Fiant pilulę vij. Ad idem valet electuarium de dactylis. Si autem eſt materia cholerica, euacuetur cum iſto euacuatiuo: Recipe dia cydonites ſolutiui ℥ j. fiat bolus, detur. Item pilulæ ordinatæ à Conciliatore, in additionibus Meſuei, capite de Singultu: Quę ſunt pilulæ glorioſiſsimæ, exhibendo de his ſtomacho ieiuno, drach. j.

Diuerſio.

DIVERSIO fiat cum fricationibus circa exteriora, & ligaturis, circa adiutoria brachiorum, & coxarum, balneationibus extremorum, & aliis, capite de dolore ſtomachi dictis. Item cum rubificantibus, ventoſis, & huiuſmodi. Item cũ ventoſis excutiantur materiæ ab ore ſtomachi, cum motibus fortibus animalibus, & corporalibus, ſicut eſt ira, vociferatio, & ſternutatio.

Confortatio.

Confortetur ſtomachus cum dictis in capite de debilitate ſtomachi, ſic etiam membrum mandans.

Accidentia.

Remoueantur accidentia cum medicinis appropriatis. Et ordinetur regimen vltimò, quod ſit contrarium cauſæ.

Adiectitia medela. Cauſæ ſingultus.

1 Singultus fit aut à medicinæ effręni tate. Et iſte raro poteſt curari, vt dicit Hipp.
2 Aut à repletione humorũ exhuberãtiũ.
3 Aut à mordicatione humorũ, vel alterius reì mordicantis, ſicut eſt cibus, & medicina.
4 Aut à mala cõplexione, & à ventoſitate.

Singultus à repletione curatur vomitu, ſi non ſint imbibiti humores. Et ſi humor eſt imbibitus & ſepultus, curatur cum hiera picra, & pilulis de aloe, vel pilulis ex hiera ſimplici. Si eſt ab humore acuto, mordicante, curatur vomitu, cum aqua calida, vel aqua hordei, in qua bulliat ſemen atriplicis, & cum oxymelle ſimplici. Poſtea detur aqua hordei cum ſucco granatorum dulcium, & cum aqua cucurbitæ, & cum ſucco granatorum. Stypticant enim, & confortant.

Alia ſingultus cura.

Dicit Serapio, Quãdo ſcilla decoquit aut accipitur cũ vino, curat ſingultũ, ex humoribus craſsis & bibitis, in rugis, vel fibris võtriculi, & mundificat ſtomachum à putredine.

Cura

Cura alia ſingultus, ex craſſo humore.

Mundificans ſtomachum, delens eius dolorem, & abſtergens eius parietes.

Emplaſtrum pro ſtomacho ſingultiente.

Recipe ariſtolochiæ longæ, galangæ, aniſi, baccarum lauri, gentianæ, rutæ, ana ℥ iij. caſtorei, myrrhæ, ana drach. ij. caryophyllorum drachm. ij. roſarum, & maſtiches drach. iij. Confice cum melle, & aqua ſampſuchi, & fiat emplaſtrum, non ſtante febre, & eſt mirabile.

Cura ſingultus ex ſiccitate.

Curatur cum aqua calida, cũ oleo amygdalarum dulciũ recentium. Similiter cum oleo violato, cum mucilagine pſyllij, & mucilagine ſeminis cydoniorum. Et ſunt medicamina delectabilia valde, & experta. Item non ſtante febre, lac amygdalarum dulciũ. Item lac ſeminum communium, cum brodio, ſeu iuſculo carnium pullorũ proderit.

Cura ſingultus à ventoſitate craſſa.

Huius cura generalis eſt, per ſternutamentum. ſomnum lõgum, per retentionem loquelæ, anhelitus, per fricationes extremitatum, per noua terribilia, accidentia animi ſubita & improuiſa, vt triſtitia, gaudium, & per vẽtoſas cum ſcarificatione ſupra ſpatulas, & ſtomachum. Curatur quinetiam cum

ſemine vrticę,& aqua mellis. Decoctio ſquinanti,& corticum fiſticorum,eum liberat à ſingultu. Puluis altilię cum aqua detur,doſi aurei vnius:liberat à ſingultu. Ad eiuſmodi ſingultum cõmoda ſunt,aniſum , olibanũ, calamenthum,caſtoreũ,marathrum,adianthos,galanga,& vinum purum, non ſtante febre. Semen anethi pulueriſatum, & datũ ad comedendum,curat omnem ſingultum de repletione. Eſt expertum. Semen anethi ligetur in panno lineo , & bulliat in vino bono,& odoretur , facit ceſſare ſingultum. Singultus de repletione,in febre(ſicut contingit)frequenter ex comeſtione fructuum, ex potatione aquæ frigidæ , & aliorum.

Potus ad idem.

Recipe anethi ʒ ij. zedoariæ,ligni aloës, maſtiches,coralliorum rubeorũ,nucis moſchatæ,ana ʒ iij. Pulucrizentur,& dentur in potu,vel cibo,ſtatim ceſſabit ſingultus, niſi ſit apoſtema in ſtomacho.

Singultus à mala complexione frigida.

Primò alteretur cum calefacientibus, & ſubtiliantibus,& cum emplaſtris , & inunctionibus,& eis, quæ dãtur ad calefaciẽdũ. Caryophylli retenti in ore reſtringunt ſingultum,nõ ſtante febre intenſa,& maximè ex repletione, & ventoſitate. Aromaticum caryophyllatum,in cauſa frigida, & ventoſa,

ſa, eſt optimū. Præſentanea pro ſingultientibus remedia: Zingiber conditum, ſyrupus de mētha, & vltimò philoniū Romanum, quando alia nō ſufficiunt. Pilulæ agregatiuæ ex inuentione Conciliatoris, conferunt ſingultui calido, & humoribus calidis, & acutis, imbibitis, trāſmiſsis ab hepate ad ſtomachum, & ad malitiam calidam, & ſiccam & frebrem cholericam, amaritudinē, & ſiccitatem deiiciūt à meri. Recipe ſpodij, ſeminis endiuiæ, ſeminis portulacæ, ligni aloës, ana ʒ j. pulpæ tamarindorum ʒ v. vel vj. vel ℥ ß. rhabarbari electi ʒ j. Confice cum aceto. Et ſimiliter in cauſa calida, euacuetur humor, & digeratur cum oxyſacchara. Tamarindi diſtemperati cum aqua endiuiæ, & cū oxyſacchara, multùm valent. Succus granatorum eſt conueniens. Item aqua portulacæ, neque non aqua hordei cum iulepo violato, vel ſucco granatorum, vel ſyrupis de acetoſitate citri.

Cauſa ſingultus ex inanitione.

Curatur cum lacte caprino, & cum balneo aquę dulcis, & iuribus bonis, bonarum carnium reſumentibus. Fiat inunctio circa collum, cum iſtis oleis: Oleo violato, oleo amygdalino dulci. Et inungantur ſpondylia, & dorſum.

De corruptione appetitus, *Cap.* XXXIII.

Definitio.

APpetitus proſtratus, ſeu dyſpepſia, eſt cùm nõ deſiderat cibum omnino, vel cum diminutione, ſed potiùs res inedules, vt cretã, carbones, &c. Nauſea dicitur, quãdo cũ hoc ad præſentiam cibi mouet nauſeam, & abhorret ipſum, etiam ſi priùs fuerat appetitus. Anorexia, ſeu faſtidium dicitur, quando cum hoc nullatenus vel difficilè poteſt cibum inglutire, etiam cõpulſus.

Cura circa corruptionem appetitus.

NOTA quòd appetitu exiſtente naturali, ſtomachus appetit ſimilia: corrupto autẽ contraria. Prægnantes vt plurimùm ſecundo, vel tertio menſe habent corruptum appetitum, quia tunc menſtrua multiplicãtur, & mittunt vapores ad ſtomachum, appetitum corrumpentes. Non enim à fœtu tantũ attrahitur, vt nutriat ipſum, neque tantum ipſe attrahit fœtus, quia propter ſui paruitatem pauciori indiget nutrimento: in aliis menſibus non habent adeò corruptum appetitum. In primo non, quia menſtrua ſunt parua, quare non mittũt tantos vapores ad ſtomachum, facientes appetitum corruptũ. Nam in aliis, quia etſi menſtua ſunt multa,

tamen

tamen quia fœtus eſt magnus, ideo accipit illa menſtrua pro ſui nutrimento.

Cauſa.

CAVSA appetitus corrupti vt plurimùm eſt humor craſſus, frigidus, fluxus, vel fluidus, melancholicus, qui primò minoretur cum calidis, & inciſiuis, deinde digeratur.

Minoratiuum, & digeſtiuum.

Recipe oxymellis ſimplicis, mellis roſati colati, ana ʒ ij. aliàs vj. aquarum fœniculi, meliſſæ, betonicæ, ana ℥ j. ß. Miſce, & hoc ſi humor eſt craſſus, non fluidus.

Deinde euacuetur ſic.

Recipe polypodij ʒ j. Puluerizetur, & in vino bono potenti, vel aliquo brodio bibatur. Item ſumat ℥ ß. hieræ picræ. Communiter per hos exhibetur. Idem faciunt pilulæ aloëphanginæ, pilulæ ſtomachicæ, electuarium eleſcoph Meſuei. Item aqua meliſſæ, & aqua thermarum: vt eſt aluminoſa, ſulphurea, habens aliquid ſalſedinis.

Confortatio.

STOMACHVS etiam confortetur cum aromatico roſato, deſcriptione Gabrielis, poſita à Meſueo. Itẽ diacyminũ, aliàs diacinnamomum, diacydoniten; & ameos. Inter omnia autem ponit Auicenna rutam, quæ valet in remouẽdo humorem corruptum.

Nota

Nota quòd aliqui appetũt lutum, & alias res non edules, & præſertim mulieres prægnantes (quem morbum picam appellant) tunc Medici exhibent lutum puluerizatum eis, & diſſolutum, præbent ipſis in vino, ſed admiſcent aliquid, quod eſt prouocans, vel incitans vomitum, vt eſt raphaniſmus, vel helleboriſmus. Sed eiuſmodi vomitiua prægnantibus non ſunt exhibenda: quia timendum de ipſis: ſed exhibentur eis ipſę res petitæ, licet non ſunt edules, ſed cum aromaticis admiſtis.

Accidentium correctio.

CORRIGANTVR etiam accidentia, quorum primum eſt debilitas, & corruptio digeſtionis. Diæta ſit facilis digeſtionis, quod ad cibum & potum pertinet. Omnes iſtæ paſsiones curantur per confortationem digeſtionis, & malorum humorum rectificationem, & virtutis reductionem.

Additamenta propria.

Euacuatio.

EVACVETVR ergo per vomitum, per ſolutionemventris. Et multoties iuuat, cum intromiſsione verpi, id eſt, digiti medij, in gutture, vuulã œſophagi, vel epiglotti ſubagitãdo, propriè quãdo vomitus expellit rẽ cholericam, ſeu acetoſam, aut felleam, amaram

ram bilem. Nam licet acetoſa iuuent à prin cipio, tamen in proceſſu deſtruunt, & poteſt eſſe humor infectus aliqua mala qualitate, vt inquit Gentilis & mouet ad expellēdum. Et ſimiliter quãdo cum multa materia exhuberans in ſtomacho, mouet ſtomachum ad expellendum materias, & non ad trahēdum. Inquit Haly Abbas: Non negligatur huiuſmodi accidentis cura, & diligentia: Quia relinquere cibũ, extenuat, debilitat, & diſſoluit. Curandus ergo cum odoramēto ciborum iucundorum: vt pullis aſſatis in camino, ideſt, in furno. Quorum ſciſsio, vel diſpartitio fiat in conſpectu, in facie, vel ad obtuitũ ægri. Et odoratu calidi panis, optimè compoſiti, & odoratu vini odoriferi, fragrantis, aromatici, & fructuum põticorum, bene redolētium. Et pinguedo ſuccorũ eorum, materia eorũ craſſa proiecta, corpus quoque fricetur, ac ex odorifero, & iucũdo oleo liniatur, & emplaſtretur os ſtomachi, cum amylo & ſandalis, & aqua pomorum, & cydoniorum. Et detur cibus ab eo, quem diligit, & veneratur. Et in ſe habeat rationem, id eſt, virtutem, & alimentum bonum, & qui guſtu ſit dilectabilis. Et habeat omnia mũda, & referta bonis odorib⁹, quæ delectant infirmum, & iuuant. Si cauſa depen deat ab orificio ſtomachi, Auicēna inquit:

Si

Si fuerit cauſa debilitas ſtomachi oris: curetur complexio mala, quæ facit debilitatem, cum eo, quod ſibi conuenit. Si fuerit calida, (quæ vt plurimùm eſt in febre) dentur medicinæ acetoſæ. Detur cõfectio de Perſicis, de malis acetoſis, & de cydoniis. Et intingatur caro, vel panis in ſucco agreſtæ, ſucco cydoniorũ, vel arantiorũ, & ſucco de acetoſitate citri. Et inungatur os ſtomachi cũ vnguento facto ex oleo cydonioriũ, & roſato, & cum puluere florum roſarum, labruſcæ, coriandrorum, & coralliorũ, cum modico aceti, & cera pauca confecto. In mala complexione, factis purgationibus, fiat tale electuarium: Recipe coriandrorum maturatorum, carnium, & ſucci pomorum redolentium, maturorum, ſucci cydoniorum, ana ℥. ij. lactis ſeminum melonum, citruli, anguriæ, cucurbitæ, bene mundatorũ, & diſtemperatorum cum aqua roſata, & cichoreæ, ana ℥ ij. & fiat lac. Et cum ſaccharo optimo & cum ſyrupo roſato fiat electuarium.

Aliud ſtomachicum.

Recipe carnium Perſicorum bene mundatorum, & ſucci eorũ, ana vncias iij. ſucci cydoniorum, & ſucci pomorum redolentium, & carnium eorum, ana ℥ ij: aquæ roſarum ℥ j ß. Miſce, & incorporentur, & cum

ſyrupo

ſyrupo roſato bulliant vſque ad ſpiſsitudinem, & fiat electuarium. Fiat fomentatio circa ſtomachum. Recipe ſucci cydoniorũ ℔ ß. in quo bulliant grana myrti, ſumachiũ, labruſca, & roſa, ana M. ſemis, abſinthij, corallij, ſandali, macis, drachm. j. aquæ roſatæ libra vna. Deinde accipiatur panis, vel ſpongia, infuſi in iſto ſucco, calidè applicetur ſtomacho. Et poteſt etiam addi vinum ſtypticum.

Inunctio ad idem.

Recipe olei cydoniorũ, myrtini, roſacei, ana ℥ ß. olei maſtichini, de ſpica, ana ʒ ij. Item pulueris coralliorum rubeorum, pulueris roſarum, pulueris ſandalorum, anà ℈ ij. caryophyllorum, ligni aloës, ana ℈ ij. Fiat inunctio. Si non fuerit mala complexio frigida, factis purgationibus, detur hoc electuarium: Recipe corticum citri interioris, cinnamomi electi, zingiberis, macis, caryophyllorum, ana, &c. ſacchari optimi q. ß. De quo accipiatur ante cibum per horam dra. j. vel duæ, vſque ad tres.

Item ſiat talis ſyrupus.

Recipe aquæ abſinthij, menthæ, meliſſæ, ana, &c. Et cum ſaccharo optimo fiat ſyrupus, & acetoſetur cum aqua acetoſæ, vel agreſtæ, & aromatizetur cũ cinnamomo, &

ligno

ligno aloes , & aſſumatur omni mane.

Item fiat fomentatio ad ſtomachum.

Recipe cinnamomi electi,calami aromatici,galangæ,maſtiches,ana ℥ ij.caryophyllorum,ligni aloes,ana ʒ j.macis ʒ j.ß.nucis moſchatæ,coralliorũ, ana ʒ j.abſinthij,mẽthæ,roſarũ,labruſcæ,ana M.ß. Bulliant omnia in poſca,vino tamen excedẽte,& fiat decoctio,pro fomentatione ſtomachi,cum ſpongia,& reiteretur. Poſt fomentationem fiat inunctio:Recipe olei maſtichini, ſpicati,menthacei,ana ʒ vj.olei abſinthitis,roſati,cinnamomi,ana ℥ ß.pulueris ſpicæ, ligni oloës,caryophyllorũ,maſtiches, aliàs macis,ana ℈ ij.coralliorum rubeorũ, tenuiter tritorum ʒ j. Fiat vnguentum cum pauca cera , & pauco aceto roſaceo , quod calidè ſtomacho ſuperponatur.Auicẽna in XXIII. tertij,de febribus: Quandoq; redit appetitus,cũ mica panis , abluta cum aqua frigida,& aſperſa cum aceto , & vino granatorum. Inquit idem , Oportet aut adhibeas odores bonos,exuſcitãtes,& expergefacientes appetitũ:ſicut eſt odor ſaluiæ infuſæ in aqua , & aceto. Et habeat aliquid de aceto gelatinæ gallinarũ, vel piſcium, & acetũ,in quo ſit cocta caro hœdina,& ſimilia. Et ponatur ſuper ſtomachum iſtud emplaſtrum

factum

factum ex fructibus acetoſis, vt ſunt cydonia, poma acetoſa, & fit in eis abſinthium, & aloes, & fiat inunctio ex oleis bonis. Si cauſæ fuerint vermes, Recipe coralliorum rubeorũ, farinæ lupinorum, nigellæ, cornu cerui combuſti, ana ſcrup. j. Ponãtur in vnc. ij. olei violati. Et hoc totum ponatur in malo Punico concauato, & ponatur in cineribus calidis, & bulliat, deinde exprimatur bene, & inungatur ſtomachus, & cortex ipſorum ſuperponatur.

Emplaſtrum contra vermes ventris.

Recipe aloes ſuccotrini, dictami, gentianæ, ſemẽtinæ, ſeminis portulacæ, fellis tauri, ana drach. j. ſcammoneæ ſcrup. j. Omnia cum butyro incorporentur: & ex hac miſtura impleatur teſta nucis, & applicetur vmbilico, & alligetur: Interficit vermes, & facit ſeceſſum, & eſt mirabile.

De Appetitu canino,
Cap. XXXIIII.

Definitio.

Appetitus caninus eſt valde intenſus, & res inconſueta humanæ ſpeciei, & pluris quàm poſsit digeri, quæ tamẽ non ſatiatur nutrimento.

Alia deſinitio.

φάμαινα, eſt immanis comedendi appetitus, quo laborarũt Prutheni, anno Domini M.D.XXXV. qui febri correpti, octies cibum poſtularunt ſingulis diebus, & ne ſic quidem poterant exaturari. Hic morbus eſt potiùs pœnalis, quàm naturalis.

Alia Gordonij deſinitio.

Caninus appetitus, eſt intenſus, & irrationabilis, & inſatiabilis, & quanto plus comedit, tantò magis appetit. Et dicitur caninus: quia ſicut canis ſatiatus nunquam, imò reuertitur ad vomitum: ita qui hanc patitur paſsionem nunquam poteſt ſatiari.

Cura.

PRIMO remoueantur cauſæ, & vigiliæ ſuperfluæ. Quare inducatur ſomnus, nõ tamen profundus, & longus, ſed breuis, & plu ribus vicibus. Habens hunc appetitũ, ſit rationi ſubiectus, non appetitui: Vnde abſtineat tempore famis.

Appoſititiæ medelæ.

SI ſit à phlegmate acetoſo, purgetur cũ hiera Galenica. Poſt purgationes bibat vinũ purũ calefactũ, & dulce, iuxta Hippocratẽ: Potus indigẽtiã ſoluit. Et per potũ intelligit vinũ dulce. Dentur pinguia, calida, maximè vnctuoſa, & cũ oleo, & vitellis ouorum aſſati poſt cibum:

cibum. Et infundatur lana in oleo laurino, vel maſtichino, in quo decoquãtur cydonia & applicẽtur ſtomacho. Da butyrũ in quantitate, & cum brodio pingui, cum cinnamomo, caryophyllis, & croco, à proprietate deiicit appetitũ Et ita, quando à materia acetoſa. Si autem fiat talis appetitus à calore reſoluente humidum, & vt plurimũ in febre: da amygdalas cũ ſaccharo, & pane. Da panem azymũ, ſeu opyrum, & brodia vnctuoſa, infrigidatiua, cum Ponticis, vt puta cum cydoniis, ſumachio, omiſsis acribus, & agreſta, & cum oleo myrtino, & aceto. Et ſumat aquam frigidam paulatim. Odoret panem acetoſum, & gallam aſſatam, aſperſam aqua roſata & agreſta. Item ponantur roſæ & panis aſſatus, & abſinthium, coquatur in aceto, & intingatur pannus lineus, vel ſpongia, & ponatur ſuper ſtomachũ. Brodia ſint caponum iuuenum, & gallinarum in quibus bulliant ſumachium, ſemẽ lactucæ, melonis, & papaueris, cum ſandalis aromatizetur, & croco. Haly Abbas de dolore ſtomachi: Fiat panis ex paſta, malaſſita cũ aceto, & cum aqua, cocta ſint ſumachium, grana myrti, ſemina frigida, vt ſemen portulacæ. Et hoc poteſt fieri panis, poſtea amplexari circa ſtomachũ. Itẽ ſpongia, vel lana infuſa in oleo myrtino, vel roſato eſt conueniens.

De Boliſmo, Cap. XXXV.

Definitio.

BOliſmus, eſt appetitus intenſus, & cùm incipit deſinit. Et accidit frequenter itinerantibus per loca niuoſa, frigida.

Cauſæ.

CAVSAE ſunt, Inanitio corporis, repletio ſtomachi nauſeatiua, & debilitas ſtomachi, & frigus.

Cura.

SVCSITETVR, & extrema vngantur, & quodam modo cũ paruis virgis ſuauiter flagelletur. Deinde odoret aromatica. Et ſunt iſta: Ambra, ſtyrax calamita, ladanum, lignum aloes, moſchus, caryophylli, nux moſchata. Et aſſetur pullus, & lardetur cum caryophyllis, aſpergatur aqua roſata moſchata, odoret, & comedat. Et hæc in calida cauſa. Vtatur vino muſcatellino, aut alio odorifero Sed in frigida cauſa vtatur his: Roſa, viola, nymphæa, coriandro præparato, ſandala, camphora, &c.

Additiones propriæ.

Definitio.

BOLISMVS, eſt appetitus intenſus membrorum, cum debilitate, & deiectione appetitus, aliàs ſtomachi, & maximè oris

Cauſæ

Cauſa.

LICET boliſmus plures habeat cauſas, vt patet in tredecima tertij,tamen ſecundũ plurimũ febribus accidit. Et caliditate exic cante,& reſoluente membrũ,in febre longa,aut acuta,vnde ipſa membra appetũt re fici:& ideo quærunt nutrimentũ. Et hæc caliditas præternaturalis deſtruit virtutẽ ſtomachi appetitiuam,&animalem. Et quia vt plurimũ hæc mala cõplexio,deſtruens appetitũ animalẽ ſtomachi, eſt propter communitatem à cerebro,cũ embrocis infrigidantibus,& humectantibus ſuccurrẽdum. Nam inquit princeps Auicenna:Plurimum boliſmi eorum eſt,propter cauſam coniunctam(aliàs cõmunicatam)neruis, qui à cerebro veniunt,dantes ſenſum ori ſtomachi, cùm ſit os ſtomachi, corpus induratũ, plus quàm oportet,ab illa caliditate,& ſiccitate, qui & amplius induratur præter naturam, cùm vltimatur ſenſus in eo,id eſt,nõ poteſt bene percipere cum bonitate ſenſus.

Cura.

INQVIT idem:Curetur cum odoramentis bonis. Et in hac cauſa cõuenit lutum ſigillatum, lutũ Armenum, infuſum in aceto,& odoratũ. Odorentur cibaria odoriſera,frigida, & panem calidum, in aqua ro-

ſata infuſum. Et carnes aſſatas, aſperas, agreſtam, & ſandalos, in aqua roſata, cũ pauco vino odorifero conuenit.

Odoramenta frigida cordialia.

Recipe aquæ roſatæ ℔ ß. aquæ nenupharis, buglosſæ, ana vnc. iij. ſandalorũ omniũ ℥ j. violarum ʒ j. cinnamomi, caryophyllorum ana ℈ ß. moſchi gran. ij. ex eo facies aſpergatur, nares & frõs, vel fiat epithema. Item ex vino granatoum, & cydoniorum, in pauca quantitate, & cum aqua roſata, & iulepo roſato, fiat iulep. Et aromatizetur cum ſaccharo, cũ modico ligni aloes, ſandalis & corallis. Si placuerit ei ſit vinum granatorum, vel cydoniorum, cũ iulepo roſato, vel violato. Cibaria ſint ſubtilis ſubſtantiæ, & boni nutrimenti, conditi cum agreſta, & vino cydoniorum.

Embrocatio capitalis.

Recipe florum violarum, nenupharis, roſarum. ſeminis lactucæ, papaueris albi, foliorum ſalicis, florum anethi, ana q. v. &c. Bulliant in aqua, & fiat embrocatio ad caput. Vngatur ſtomachus cũ oleo roſato, & de cydoniis & myrto, in quibus bulliant maſtiche & roſæ.

Fomentatio ad idem.

Recipe myrti roſarum, labruſcæ, ſumachij, violarum, cinnamomi, maſtiches, ana

parum

parum. Bulliant in aqua roſarum, cum pauco vino, & fiat fomentatio ad ſtomachum. Si autem eſſet propter ſtuporem in ore ſtomachi, fiant fricationes ſupra ſtomachum, & ligaturæ extremorum, & applicētur odoramenta calida. Et fomentetur cum decoctione maſtiches, caryophyllorum, cinnamomi, calami aromatici, nucis moſchatæ, macis, ſumachij, roſarum, ad exigentiā. Bulliant in vino, & aqua, & fomentetur ſtomachus. Et inungatur cum oleis ſequentibus, cum oleo maſtichino, ſpicato, abſinthite, & roſaceo. Si à virtutis debilitate, refocillétur virtus cum vino bono maluatico, & cũ pullo deſtillato, cum aqua carnis: Aromatizetur cum ligno aloes, & cinnamomo, &c.

De Hepatis debilitate,
Cap. XXXVI.
Definitio.

DEbilitas fit in hepate, propter aliquid malitiæ complexionis, quæ vincit aut in ſubſtantia eius, aut in inſtrumentis ſuis, aut in materiis retentis in inſtrumētis ſuis.

Cura.

CVRA debilitatis hepatis, in cauſa frigida.

Miſtura.

Recipe diagalangæ, diacalamenthi, ana vnc.j. Detur drach.j. ante cibum.

Syrupus conueniens.

Recipe ſyrupi de abſinthio duo vel tria cochlearia, ſine aqua ſumat duo vel tria cochlearia.

Trochiſci.

Recipe trochiſcorum de ligno aloes, trochiſcorum de rharbarbaro, ana vnc.ß. aliàs drach.ß. fiant pilulæ ex his pulueriſatis; cũ ſyrupo de abſinthio, & dentur vij. vel v. ante cibum, per tres horas, cum modico ſyrupo de eupatorio.

Fomentatio ad idem.

Recipe abſinthij, marrubij, ana M.j. aliàs j.ß. ſpicæ ℥ j. caſiæ ligneæ, cinnamomi, ana ʒ ß. Bulliant in ß.q. vini albi, (aliàs aquæ) odoriferi, ad conſumptionem tertiæ partis. Infundantur petiæ lineæ ſubtiles, aut ſpongia, & expreſſa ponatur ſuper hepar. Exiccato loco, inungatur ſequenti vnguento: Recipe olei ſpicati, abſinthitis, maſtichini, ana ℥ ß. cinnamomi electi, ligni aloes, ana ℥ ß. ſpicæ ℈ j. ceræ q.ß. fiat vnguentum.

In cauſa calida.

Recipe trium ſandalorum, diarrhodonis Abbatis, ana vnc.j.

Iulep ad idem.

Recipe ſyrupi acetoſi, diarrhodonis Abbatis

tis,ana vnc.ij.vel iij.Dētur cochlearia duo.

Trochiſci ad idem.

Recipe trochiſcorum de berberis,trochiſcorum de ſandalis,ana ʒ ß.Pulverizentur, & cum ſyrupo de endiuia fiant trochiſci.

Obſeruatio.

Nota de trochiſcis,quòd poſſunt dari in formis pilularum, vel pulueris. Si in pilulis dentur, conficiantur cum aliquo ſyrupo appropriato,reſpiciente hepar:ſi in forma pulueris,cum aliquo liquore,vel iulepo,itidem hepar reſpiciente.Recipe ſyrupi de endiuia, de portulaca,ana vnc.v.aliàs ß. roſarum rubearum M.ij.abſinthij M.j.ſandalorum alborum,& rubeorum, ana ʒ j. Contundantur,& bulliant in ß.q.aquę fontanæ,ad conſumptionem tertię patris Exiccato loco fiat inunctio talis.

Inunctio ad idem.

Recipe olei roſarum vnc.j.olei violarum vnc.ß.ſandali rubei & albi,ſpodij,ana ʒ j.ſpicæ ſcrup.j.Fiat linimentum.

Epithema ad idem.

Recipe aquarum endiuiæ,roſarum,hepaticæ,ana vnc. j. ſandali albi & rubei,ſpodij, ana ʒ ß aliàs j.ſpicæ ſcrup.j.Pulverizentur, & fiat epithema. Cui adde aceti vnc.ß. Inquit Bauerius(aliàs Guainerius)in conſilio quodam, duarum, triúmve quartanarum,

folio 31. Remoueatur mala craſis calida, & ſicca hepatis:& confortetur hepar.

Potus pro hepaticis.

Recipe limacias in dumetis repertas, & elixentur cum endiuia, & de eo accipiantur vnc.iiij ß & aromatizetur cum puluere hepatis lupini, & calidum ſtomacho ieiuno adminiſtretur. Iſte potus multùm confert in hoc caſu, vt apparet ex ſimplicibus ipſum ingredientibus, & ab his quæ dicuntur ab Auicenna xiiij.tertij, cap.j. de hepati conferentibus. Quòd ſi poteſt limacias comedere, & eas digerere, laudarem. Et ſimiliter laudo endiuię vſum. Iſtum potum calidum ſimiliter ſumat ante cibum per quatuor horas. Præcedente tamen cibi aſſumpti digeſtione, & eo totaliter vti incipiat per duos dies poſt ſolutiuum, & ipſum continuet per octo vel decem dies. Vel ſumat confectionem, quæ ſic fit.

Confectio.

Recipe trochiſcorũ de abſinthio deſcriptione Meſuei drach.j. ſpodij drach.ß.gemmarum margaritarum, electuarij de gemmis, ſine ſpeciebus, ana drach.iij. ſpecierum triaſandalorum ſine camphora, deſcriptione Meſuei, ſpecierũ diarrhodonis Abbatis, ana ℥ j.ß. ſacchari finiſsimi lib.j.ß. aquę endiuiæ partes duas, aquæ hepaticæ partem

ynam,

vnam,de ambabus q.ß.& fiat confectio ſolida in morſellis, quorum quilibet ſit drac. iij. De hac confectione remiſſæ caliditatis hepatis, & ſtomachi confortatiua, ſi non fuerit ex febre,quæ prohibeat,ſumat vnum morſellum, per tres horas ante prandium, diebus alternis. Et quando ſumit iſtam,non ſumat potum dictum.

Idem in alio conſilio,fol. 43.

Confortetur hepar cum rebus à proprietate valentibus, ſicut ſunt limaciæ, ſpecies endiuiæ,& propriè amara, quæ ad rubedinem declinant, hepar adip, id eſt lupi auellanæ torrefactæ, vſus ranarum. Et hoc authoritate Auicennæ.

Annexa pharmaca.

HEPATIS debilitati medentur ſequentia, ſcilicet:Roſata nouella, & peculiariter diacoſtum.Item diatria ſandalō,aurea Alexandrina, diacorus, dialacca, diacurcuma. Et ieiunè maximè ſumantur.

Syrupus pro hepaticis optimus in cauſa calida.

Recipe ſandalorum omnium, ana vnc.j. florum violarũ, nenupharis,raſuræ eboris, ana vnc.ij.ſpicæ vnc.ß.ſquinanti tantundē, ſacchari libras iiij.Fiat ſyrupus arte.

Epith

Epithema pro confortatione hepatis.

Recipe pulueris ſandali rubei drach. ij. ſpodij ſubtiliter puluerizati ℥ ß.vel ℈ ij. aquæ endiuiæ q.ß.Fiat epithema,quod cum panno lineo in eo humectato applicetur regioni hepatis pluribus vicibus.

Potus ad hepar.

Infuſio rhabarbarici electi, in aqua centaurij,æquè valet hepaticis.

Puluis ad idem.

Hepatis debilitati confert maximè puluis hepatis adip.id eſt,lupi. Vel fiat talis tragea: Recipe pulueris hepatis lupini ʒ iij.pulueris hepaticæ herbæ ℈ iiij.ſpecierum diatriaſandali ʒ ß.Miſce,fiat tragea Commendatur à multis crebrior vſus piſtaciorum. Item potus vini de paſtinaca. Item aqua fumiterræ, in qua ſint macerata rhapontica.Purgentur hepatici cum apozemate foliorum ſenæ,agarici,& zingiberis,additis paſſulis.

Vel cum iſto bolo,ſeu ſyrupo.

Recipe diaprunis ſolutiui drachmas tres, hieræ picræ Galeni drac. iiij. electuari Indi,de ſucco roſarum,ana drach.j.Miſce,fiat bolus cũ ſaccharo. Vel diſſoluatur in aquis naſturtii, camomillæ, endiuiæ, ſcariolæ, cichorii,ſaluiæ,vtriuſlibet,ana q.ß.Miſce,& fiat potus.

De Oppilatione hepatis, Cap. XXXVII.

Definitio.

OPpilatio hepatis,eſt conſtrictio,ſeu coarctatio,ſeu clauſio venarũ,quæ ſunt in hepate, ſeu pororum, & foraminum,quæ ſunt in ſubſtantia eius.

Cauſa & cura.

OPPILATIO hepatis,ſi eſt à repletione ſanguinis cũ cõmunitate totius fiat phlebotomia venæ communis,ſiue iecorariæ.

Digeſtio.

SI eſt materia phlegmatica,craſſa,detur tale digeſtiuum: Recipe oxymellis ſimplicis,ſyrupi byſantini, ana ℥ vj. aquarum abſinthii,capillorũ Veneris, cuſcutæ,ana vnc. j. Miſce. Vbi autem cum mala oppilatione eſſet mäla complexio calida,tunc pro digeſtione cõuenit ſyrupus acetoſus,& diarrhodon. Similiter ſyrupus de byſantiis, cum aquis dictis.

Euacuatio.

FACTA digeſtione,detur hęc medicina euacuatiua phlegmatis craſsi, & deoppilãs venas. Valet etiam ſi adeſt mala cõplexio calida in forma potabili. Recipe florum boraginis, bugloſſæ,capillorum Veneris, ana

M.j.

M. j. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. ſebeſtē nu. viij. iuiubarum nu. x. radicū petroſelini, fœniculi, apii, ana drac. j. Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & de colatura recipe q. ß. ad diſſoluēdum, diacatholiconis ʒ v. diaphœniconis ʒ ij agarici optimi & electi ſcupul. iiij. ſalis gemmei, zingiberis, ana gra iiij. aliàs iij. electuarii ſucci roſarum ℥ ß. (alias ℥ ß) Agaricus cum ſale gemmeo, & zingibere infundantur in oxymelle ſimplici q. ß. pro ſui imbibitione: deinde fiat expreſsio fortis, & cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus. Et detur poſtea lauatiuū, ex aqua cicerum, & ſaccharo paratum.

In forma pilularum.

Recipe pilularum aggregatiuarum, de rhabarbaro Meſuei, agarici trochiſcati, ana ℈ j. diagredii gr. ij. vel iij. Reficiantur ſeptē cum ſyrupo byzantino.

Confortatio, & deoppilatio.

ELECTVARIVM hepatis cōfortatiuū & deoppilatiuū, Recip. diarrhodonis Abbatis, aromatici roſati, ana vnc. j. dialaccæ ℥ ß. Miſce cum ſyrupo byzantino, & reficiatur. De quo ſumat manè ante cibū, per tres horas ad quantitatem caſtaneæ.

Pilul

Pilulæ ad idem.

Recipe trochiſcorum de eupatorio, trochiſcorum de abſinthio, trochiſcorum de roſis, ana ℈ j. Puluerizentur ſubtiliter, & cũ ſyrupo Byſantino reformentur pilulæ ſeptem. Quæ manè exhibeãtur, ante cibum, per horam, & immediatè his aſſumptis, detur ſequens potio.

Potio.

Recipe ſyrupi Byzãtini ℥ j. aquæ fœniculi, abſinthii, ana ℥ j. ß. Miſce, & exhibeatur.

Epithema.

Recipe abſinthii, eupatorii, capillorũ Veneris, cyperi, ana M. ß. cinnamomi electi, caſſiæ ligneæ, ana ʒ j. aliàs j. ß. ſpicæ ℈ ß. aliàs ʒ j. Contundantur, & bulliant in libr. j. vini odoriferi, aliqualiter pontici, & nigri, vſque ad conſumptionem tertię partis. Deinde accipiantur petiæ lineæ, & infundantur, quæ expreſſæ ponantur ſuper hepar. Deinde fiat vnctio talis.

Vnctio.

Recipe olei ſpicati, abſinthitis, ana drac. v. cinnamomi electi, caſiæ ligneæ, ana drac. j. ſpicæ ſcrup. ß. Puluerizentur, & cum modico ceræ fiat vnctio. In mala complexione, fiat talis fomentatio, vel epithema: Recipe foliorum abſinthii, endiuiæ, lupulorum, an. M. j. ſandalorum alborum, & rubeorum,

ana

ana ʒ j. Bulliant in ß.q.aquæ roſaceæ,ad cō-ſumptionem tertiæ partis.

Vnctio ad idem.

Recipe olei roſacei,chamæmelini, ana ℥ vj.ceræ parum:& fiat vnctio. Vngatur pectus manè,& ſerò,cum iſta inunctione:Recipe olei amygdalini amari,linini,albi,œſypi humidæ,ana ʒ ij. Miſce pro linimento.

Additamenta propria.

PRIMO digeratur materia cum ſyrupo cichorite.Recipe endiuiæ domeſticæ,& ſyl-ueſtris,cichorii,aн̄ M.j.roſtri porcini,hepaticæ,fumiterræ,lupulorum,ana M.j.hordei ʒ ij. liquiritiæ raſæ, alkakengi, capillorum Veneris, cuſcutæ, pollinis, polytrichi,vel adianthos, ana ʒ vj. Decoquantur in aqua ſufficienti: coletur, & fiat ſyrupus cum ſaccharo acetoſo,in quo ad omnē libram eius ponātur rhabarbari electi ʒ iiij.ſpicæ ℈ iiij. contritorum, & ligata in petia rara, donec fuerit perfectè decoct⁹ ſyrupus. Doſis eſt ℥ ij. cum ℥ iij. vel iiij. aquæ emulſionis ſeminum communium frigidorum maiorum. Eſt expertus ſyrupus in apoſtemate,& oppilatione hepatis. Ego vtor ſyrupo de hepatica peculiariter aduerſus obſtrictiones viſcerum. Recipe hepaticæ M.j. lenticulæ aquaticę tantundem,florum cucurbitę,roſarum,

viol.

violarum, ana ℥ j. cimarum ſchœnuanthos ʒ j. ſacchari taberzeth libram j. Irroretur cum ſucci Punicei triente : & aromatizetur cum ſandali, & ſpodii, ana ℥ j. & fiat ſyrupus arte. Secundò euacuetur cum ſubſequenti miſtura theriacali Varignaniana experta. Recipe ſucci abſinthii, marrubii, ſtœchados, maſtiches, rhabarbari, chamædryos, chamæpityos, ana drac. xij hyſſopi aureos vj. agarici, ad pondus omnium. Puluerizentur, & reficiantur cum melle, & detur ſecundum virtutem, à drach. ij. vſque ad v. cum aqua calida decoctionis ſtœchadis. Tertiò liniatur regio hepatis, cum vnctione iſta: Recipe olei behenini, metopii, de nucleis Perſicorum, añ. ℥ ß. vnguenti mollitiui communis ℥ j. ceræ q. ß. Fiat linimentum molle &c. aquæ deſtillatæ oppilationum hepatis aperitiuæ, ſunt videlicet, Aqua cuſcutæ, taraxaconis, eupatorii, calamenthi, cum antidoto diachidno datæ. Item bibat aquam decoctionis aniſi, marathri, cubebarum, caricarum, paſſularum, ſatureiæ, hyſſopi, calamenthi, ſaluiæ ſiccæ, pampinellæ, enulæ. Recipiendo de ſingulis exiguum, bulliat ad excoctionem tertiæ partis: colatum edulcetur cum ſyrupo Byzantino, vel ſecaniabin de radicibus.

Y De

guiſugis,vel ventoſis,cum ſcarificatione in natibus Hæ nanque vicem gerunt venę ſectionis,ſiue phlebotomiæ venę communis, & nigræ(aliàs magnæ.)

Regimen circa cauſam coniunctam.

Primò fiat repercuſsio in principio,&c.vt in aliis apoſtematibus.In calido itaque apoſtemate in principio fiat tale repercuſsiuum epithema: Recipe aquæ roſarum,endiuiæ, ana ℥ vj. roſarum rubearum,ſpodii, ſandalorum albi & rubei, ana ʒ j.Pulucrizentur, & cum aquis miſce, & fiat epithema ad hepar,cum panno lineo,quę petia exprimatur fortiter,& in manu teneatur,quouſque tepefiat: & hoc fiat ter , vel quater. Deinde ad idem fiat hęc inunctio Recipe olei roſarum ℥ ij.nenupharis ℥ j. aliàs ℥ ß.roſarum rubearum,ſandali albi & rubei,ſpodii,ana ʒ ß.ſpicę ſcrupu.ß. Quę apponitur pro cõfortatione. Puluerizentur, & cum exiguo ceræ fiat vnctio ſecundum artem.

Emplaſtrum ſiue linimentum ad idem.

Recipe mala cydonia nu.iiij.vel v. Quæ decoquãtur in aqua roſacea,& aceto,ſimul ad perfectam decoctionem,ita ꝙ aqua roſarum ſit tripla ad acetum,& quãdo eſt perfectè decocta,accipiatur pulpæ libra j.Cui ad de ſandali albi,& rubei,roſarum rubearum, ſpodii , ana ʒ ij. olei roſacei q.ß. ad impinguan

guandũ,quod ſuper petiam extendatur, & applicetur. In apoſtemate phlegmatico repercuſsiuum in principio. Applicamentum. ℞. Corticũ thuris, maſtiches, añ. ℥ j. foliorũ cupreſsi, & nucum eius, abſinthii, roſarum, ana M. ß. Bulliant in aqua abſinthii, & roſarum, ita quòd aqua roſatũ ſit ſubdupla ad aquam abſinthii, in ß. q. ad conſumptionẽ tertię partis, deinde imponantur petiæ, &c.

Aliud ad idem.

Recipe olei roſacei, abſinthitis, maſtichini, anethini, ana ℥ j. ß. Miſce, & infundantur petiæ lineæ.

Linimentum ad idem.

Recipe olei roſarum rubearũ, maſtichini, abſinthitis, ana ℥ ß. gallarũ, cupreſsi, maſtiches, roſarum rubearũ, añ. ʒ ß. Pulverizẽtur, & ſine cera miſce cũ dictis oleis, & fiat linimentum arte. In melãcholici apoſtematis principio, cõferunt eadem repercuſsiua, quę in phlegmatici principio, &c. In augmẽto apoſtematis calidi, fiat hoc epithema ſuprà, in principio poſitum. Cui adde chamomillæ, meliloti, anethi, ana drachmã ſemiſſem, addendo aquis reliquis aquam chamomillæ.

Ad idem inunctio.

Recipe olei roſacei ℥ ij. olei chamęmelini ℥ j. ſandali albi, & rubei, ſpodii, ana drac. ß. pinguedinis anatis, gallinę, ana drach. ß.

guiſugis,vel ventoſis,cum ſcarificatione in natibus. Hæ nanque vicem gerunt venę ſectionis,ſiue phlebotomiæ venę communis, & nigræ(aliàs magnæ.)

Regimen circa cauſam coniunctam.

Primò fiat repercuſsio in principio,&c.vt in aliis apoſtematibus.In calido itaque apoſtemate in principio fiat tale repercuſsiuum epithema: Recipe aquæ roſarum,endiuiæ, ana ℥ vj. roſarum rubearum,ſpodii, ſandalorum albi & rubei, ana ʒ j.Pulnerizentur, & cum aquis miſce, & fiat epithema ad hepar,cum panno lineo,quę petia exprimatur fortiter,& in manu teneatur,quouſque tepefiat: & hoc fiat ter , vel quater. Deinde ad idem fiat hęc inunctio. Recipe olei roſarum ℥ ij.nenupharis ℥ j. aliàs ℥ ß.roſarum rubearum,ſandali albi & rubei,ſpodii,ana ʒ ß.ſpicę ſcrupu.ß. Quę apponitur pro cōfortatione. Puluerizentur, & cum exiguo ceræ fiat vnctio ſecundum artem.

Emplaſtrum ſiue linimentum ad idem.

Recipe mala cydonia nu.iiij.vel v. Quæ decoquātur in aqua roſacea,& aceto,ſimul ad perfectam decoctionem,ita ꝙ aqua roſarum ſit tripla ad acetum,& quādo eſt perfectè decocta,accipiatur pulpæ libra j.Cui ad de ſandali albi,& rubei,roſarum rubearum, ſpodii, ana ʒ ij. olei roſacei q.ß. ad impinguan

guandũ,quod ſuper petiam extendatur, & applicetur. In apoſtemate phlegmatico repercuſsiuum in principio. Applicamentum. ℞. Corticũ thuris, maſtiches, añ. ℥ j. foliorũ cupreſsi,& nucum eius, abſinthii, roſarum, ana M.ß. Bulliant in aqua abſinthii,& roſarum, ita quòd aqua roſatũ ſit ſubdupla ad aquam abſinthii, in ß.q. ad conſumptionẽ tertię partis, deinde imponantur petiæ, &c.

Aliud ad idem.

Recipe olei roſacei, abſinthitis, maſtichini, anethini, ana ℥ j.ß. Miſce,& infundantur petiæ lineæ.

Linimentum ad idem.

Recipe olei roſarum rubearũ, maſtichini, abſinthitis, ana ℥ ß. gallarũ, cupreſsi, maſtiches, roſarum rubearũ, añ. ʒ ß. Puluerizẽtur,& ſine cera miſce cũ dictis oleis, & fiat linimentum arte. In melãcholici apoſtematis principio, cõferunt eadem repercuſsiua, quę in phlegmatici principio,&c. In augmẽto apoſtematis calidi, fiat hoc epithema ſuprà, in principio poſitum. Cui adde chamomillæ, meliloti, anethi, ana drachmã ſemiſſem, addendo aquis reliquis aquam chamomillæ.

Ad idem innunctio.

Recipe olei roſacei ℥ ij. olei chamęmelini ℥ j. ſandali albi,& rubei, ſpodii, ana drac. ß. pinguedinis anatis, gallinę, ana drach. ß.

aliàs ℥ ß. Puluerizanda puluerizentur, & cũ exiguo ceræ fiat vnctio, ita procedendo quòd ad medium ſtatus ſemper plus addamus de reſolutiuis. Vnde poſſumus addere mucilaginis fœnigræci, ſeminis lini, althęæ, procedendo ad ſtatum. In apoſtemate autem puro calido, & eryſipelate, cum talibus ita reſolutiuis non poſſumus procedere. Ad idem poſſumus facere emplaſtrum dictum. Et vbi ponimus aquam roſaceam cum aceto, addamus aquam chamomillæ. Et vbi impinguamus cum oleo roſato ſolo, impinguemus cum oleo roſato, amygdalino dulci, vel anethino. Si autem apoſtema fuerit phlegmaticum, fiat hoc epithema: Recipe chamomillæ, abſinthij, meliloti, foliorum cupreſsi, ana M. ß maſtiches, corticum thuris, ana ʒ. ß. aliàs j. Bulliant in ß. q. aquæ abſinthij & chamomillæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde colentur, & in colatura ponantur petiæ, &c.

Linimentum ad idem.

℞. Olei chamæmelini, abſinthiti s, ana ℥ j. aliàs, ana omittitur. Olei roſarum ℥ ß. mucilaginis ſeminis lini, fœnigræci, althææ, ana vncias ij aliàs vncia j ß. maſtiches, ſpicæ, ana ʒ. j. ceræ parum, & fiat, &c. Iſtis poteſt addi ſuccus eupatorij, & eſt conueniens in reſoluendo, & confortando hepar

cum

cum aliis. Alius textus ſic habet: Omittitur cera, & ſuccus eupatorij. Et ſcribitur ſtatim poſt ſpicæ, ana ℥ j. ſic. Bulliant omnia præter farinas, in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde piſtentur in mortario, & in (aliàs ex) dicta decoctione, & oleo ſeſamino, chamæmelino, & roſaceo q. ß. ad impinguandum, fiat linimentum, quod extenſum ſuper petia applicetur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, abſinthij, ana M. j. farinæ ſeminis lini, fœnigræci, hordei, ana ℥ ij. maſtiches, ſpicæ, ana ʒ j. Bulliant omnia præter farinas in ß. q. aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde piſtentur in mortario, & cum prædicta decoctione, & oleo ſeſamino, chamæmelino, & roſaceo q. ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod extẽdatur ſupra petiam. Apoſtemate autem exiſtente melancholico (aliàs phlegmatico) & in augmento, verſus ſtatum, miſceantur reſolutiua cum repercuſsiuis mollificatiuis.

Fiat igitur tale linimentum.

Recipe olei roſacei, amygdalini dulcis, ſeſamini, ana ℥ j. Infundantur petiæ, &c.

Aliud ad idem.

℞. Mucilaginis ſeminis lini, fœnigræci, althææ, ana vnc. j. olei roſacei, abſinthitis,

chamæmelini,ana ʒ iij. Miſceantur omnia inuicem,& infundantur petiæ,&c.

Emplaſtrum Auicennæ,in apoſtemate calido, in ſtatu verſus declinationem.

Recipe ſtyracis liquidæ,ceræ,ana danich. aliàs ʒ x.maſtiches,croci,amomi (aliàs cymini) ana ʒ iiij. aliàs ℥ iiij. olei roſati ℥ ij. vini odoriferi cotylas ij.ß.id eſt xx ℥. Omnia bulliant in prædicto vino,& oleo,vſque ad conſumptionem vini, deinde extendatur quod remanet,&c.In phlegmatico,exiſtente in ſtatu verſus decrementum, aliàs declinationẽ,ab omnibus emplaſtris,inunctionibus, & remediis abſcedatur. Remoueantur omnia ſtyptica,ſicut dictum eſt,& procedatur cum illis.

Cotyla eſt menſura viij. vnciarum.

In melancholico,emplaſtrum reſolutiuum.

℞.Chamomillæ, meliloti, meliſſæ, ana M.ß.folliculorũ ſenæ,epithymi,ana ℥ ß. Cõtundantur omnia,quæ bulliãt in ß.q. aquæ meliſſæ,ad perfectam decoctionem,deinde piſtẽtur, & prædictis addantur farinæ fœni græci,ſeminis lini, ana ℥ j.ß. paſſularum ℥ ß. Quæ ſimul piſtentur cum dictis, & cum dicta decoctione,&oleo anethino,& amygdalino dulci,& chamæmelino,& ſeſamino, q.ß.fiat emplaſtrum. *Canon.*

Vbi autem apoſtema non reſoluitur,nec induratur,nec permutatur ad aliud membrum:

brum: cura eſt venire ad maturationẽ, quę niſi (ſi aliàs pro niſi) coacta, vt vita prolongetur, fienda non eſt: quia, vt dictum eſt, maturationem cauere debemus.

Emplaſtrum pro forma maturatiuum.

℞. Radicis althææ, medullæ arietis (aliàs abietis,) ana lib. j. aliàs ß. maluatũ cum radicibus, chamomillæ, meliloti, anethi, ana M. j. farinæ hordei tantundem, vel minus. Alius textus ſic habet: Farinæ hordei, ſeminis lini, ana ℥ ß. Bulliant in ß. q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis. Deinde piſtentur, & prędictæ farinæ poſt decoctionẽ addantur, & cum dicta decoctione, & adipe gallinæ, & porci q ß. fiat emplaſtrũ. Cui ſi intendimus eruptionẽ, poſt maturationẽ addamus fermenti ℥ j. fimi columbini ſubtiliter puluerizati drachm. vnam. Rupto apoſtemate, ſanies purgetur, aut ad vias inteſtinorum, aut vrinæ, aut ad vẽtrem inferiorem, circa inguina. Vnde ſi eſt in gibbo, mundificetur, per vias vrinæ. Nã in hoc caſu debemus vti prouocãtibus vrinam, vt aqua mellis, cum aqua ſeminum frigidorum, in calido apoſtemate: In frigido, cum aqua apij, fœniculi, & petroſelini. Si autẽ ſit in concauo, euacuetur per fluxũ ventris, & tũc ſola aqua mellis eſt ſufficiens. Et quia per meſaraicas etiam iſta ſanies poteſt venire ad ſto

Epithema pro confortatione hepatis.

Recipe pulueris ſandali rubei drach. ij. ſpodij ſubtiliter puluerizati ℥ ß.vel ℈ ij. aquæ endiuiæ q.ß. Fiat epithema,quod cum panno lineo in eo humectato applicetur regioni hepatis pluribus vicibus.

Potus ad hepar.

Infuſio rhabarbarici electi, in aqua centaurij,æquè valet hepaticis.

Puluis ad idem.

Hepatis debilitati confert maximè puluis hepatis adip.id eſt,lupi. Vel fiat talis tragea: Recipe pulueris hepatis Iupini ʒ iij.pulueris hepaticæ herbæ ℈ iiij.ſpecierum diatriaſandali ʒ ß. Miſce,fiat tragea. Commendatur à multis crebrior vſus piſtaciorum. Item potus vini de paſtinaca. Item aqua fumiterræ, in qua ſint macerata rhapontica.Purgentur hepatici cum apozemate foliorum ſenæ,agarici,& zingiberis,additis paſſulis.

Vel cum iſto bolo,ſeu ſyrupo.

Recipe diaprunis ſolutiui drachmas tres, hieræ picræ Galeni drac. iiij. electuari Indi,de ſucco roſarum,ana drach.j.Miſce,fiat bolus cũ ſaccharo. Vel diſſoluatur in aquis naſturtii, camomillæ, endiuiæ, ſcariolæ, cichorii,ſaluiæ,vtriuſlibet,ana q.ß. Miſce,& fiat potus.

De

De Oppilatione hepatis, Cap. XXXVII.

Definitio.

OPpilatio hepatis, eſt conſtrictio, ſeu coarctatio, ſeu clauſio venarũ, quæ ſunt in hepate, ſeu pororum, & foraminum, quæ ſunt in ſubſtantia eius.

Cauſæ & cura.

OPPILATIO hepatis, ſi eſt à repletione ſanguinis cũ cõmunitate totius fiat phlebotomia venæ communis, ſiue iecorariæ.

Digeſtio.

SI eſt materia phlegmatica, craſſa, detur tale digeſtiuum: Recipe oxymellis ſimplicis, ſyrupi byſantini, ana ʒ vj. aquarum abſinthii, capillorũ Veneris, cuſcutæ, ana vnc. j. Miſce. Vbi autem cum mala oppilatione eſſet mäla complexio calida, tunc pro digeſtione cõuenit ſyrupus acetoſus, & diarrhodon. Similiter ſyrupus de byſantiis, cum aquis dictis.

Euacuatio.

FACTA digeſtione, detur hęc medicina euacuatiua phlegmatis craſsi, & deoppilãs venas. Valet etiam ſi adeſt mala cõplexio calida in forma potabili. Recipe florum boraginis, bugloſſæ, capillorum Veneris, ana

M.j.

M.j. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. ſebeſtẽ nu. viij. iuiubarum nu. x. radicũ petroſelini, fœniculi, apii, ana drac. j. Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & de colatura recipe q. ß. ad diſſoluẽdum, diacatholiconis ʒ v. diaphœniconis ʒ ij agarici optimi & electi ſcupul. iiij. ſalis gemmei, zingiberis, ana gra iiij. aliàs iij. electuarii ſucci roſarum ℥ ß. (alias ℥ ß) Agaricus cum ſale gemmeo, & zingibere infundantur in oxymelle ſimplici q. ß. pro ſui imbibitione: deinde fiat expreſsio fortis, & cum reliquis diſſoluatur, & fiat potus. Et detur poſtea lauatiuũ, ex aqua cicerum, & ſaccharo paratum.

In forma pilularum.

Recipe pilularum aggregatiuarum, de rhabarbaro Meſuei, agarici trochiſcati, ana ℈ j. diagredii gr. ij. vel iij. Reficiantur ſeptẽ cum ſyrupo byzantino.

Confortatio, & deoppilatio.

ELECTVARIVM hepatis cõfortatiuũ & deoppilatiuũ, Recip. diarrhodonis Abbatis, aromatici roſati, ana vnc. j. dialaccæ ℥ ß. Miſce cum ſyrupo byzantino, & reficiatur. De quo ſumat manè ante cibũ, per tres horas ad quantitatem caſtaneæ.

Pilul

Pilulæ ad idem.

Recipe trochiſcorum de eupatorio, trochiſcorum de abſinthio, trochiſcorum de roſis, ana ℈ j. Puluerizentur ſubtiliter, & cũ ſyrupo Byſantino reformentur pilulæ ſeptem. Quæ manè exhibeãtur, ante cibum, per horam, & immediatè his aſſumptis, detur ſequens potio.

Potio.

Recipe ſyrupi Byzãtini ℥ j. aquæ fœniculi, abſinthii, ana ℥ j. ß. Miſce, & exhibeatur.

Epithema.

Recipe abſinthii, eupatorii, capillorũ Veneris, cyperi, ana M. ß cinnamomi electi, caſiæ ligneæ, ana ʒ j. aliàs j. ß. ſpicæ ℈ ß. aliàs ʒ j. Contundantur, & bulliant in libr. j. vini odoriferi, aliqualiter pontici, & nigri, vſque ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde accipiantur petiæ lineæ, & infundantur, quæ expreſſæ ponantur ſuper hepar. Deinde fiat vnctio talis.

Vnctio.

Recipe olei ſpicati, abſinthitis, ana drac. v. cinnamomi electi, caſiæ ligneæ, ana drac. j. ſpicæ ſcrup. ß. Puluerizentur, & cum modico ceræ fiat vnctio. In mala complexione, fiat talis fomentatio, vel epithema: Recipe foliorum abſinthii, endiuiæ, lupulorum, an. M. j. ſandalorum alborum, & rubeorum,

ana

ana ʒ j. Bulliant in ß.q. aquæ roſaceæ, ad cõſumptionem tertiæ partis.

Vnctio ad idem.

Recipe olei roſacei, chamæmelini, ana ℥ vj. ceræ parum: & fiat vnctio. Vngatur pectus manè, & ſerò, cum iſta inunctione: Recipe olei amygdalini amari, linini, albi, œſypi humidæ, ana ʒ ij. Miſce pro linimento.

Additamenta propria.

PRIMO digeratur materia cum ſyrupo cichorite. Recipe endiuiæ domeſticæ, & ſylueſtris, cichorii, aã M.j. roſtri porcini, hepaticæ, fumiterræ, lupulorum, ana M.j. hordei ʒ ij. liquiritiæ raſæ, alkakengi, capillorum Veneris, cuſcutæ, pollinis, polytrichi, vel adianthos, ana ʒ vj. Decoquantur in aqua ſufficienti: coletur, & fiat ſyrupus cum ſaccharo acetoſo, in quo ad omnẽ libram eius ponãtur rhabarbari electi ʒ iiij. ſpicæ ℈ iiij. contritorum, & ligata in petia rara, donec fuerit perfectè decoct⁹ ſyrupus. Doſis eſt ℥ ij. cum ℥ iij. vel iiij. aquæ emulſionis ſeminum communium frigidorum maiorum. Eſt expertus ſyrupus in apoſtemate, & oppilatione hepatis. Ego vtor ſyrupo de hepatica peculiariter aduerſus obſtrictiones viſcerum. Recipe hepaticæ M.j. lenticulæ aquaticę tantundem, florum cucurbitę, roſarum, viol.

violarum, ana ℥ j. cimarum ſchœnuanthos ʒ j. ſacchari taberzeth libram j. Irroretur cum ſucci Punicei triente: & aromatizetur cum ſandali, & ſpodii, ana ℥ j. & fiat ſyrupus arte. Secundò euacuetur cum ſubſequenti miſtura theriacali Varignaniana experta. Recipe ſucci abſinthii, marrubii, ſtœchados, maſtiches, rhabarbari, chamædryos, chamæpityos, ana drac. xij hyſſopi aureos vj. agarici, ad pondus omnium. Puluerizentur, & reficiantur cum melle, & detur ſecundum virtutem, à drach. ij. vſque ad v. cum aqua calida decoctionis ſtœchadis. Tertiò liniatur regio hepatis, cum vnctione iſta: Recipe olei behenini, metopii, de nucleis Perſicorum, añ. ℥ ß. vnguenti mollitiui communis ℥ j. ceræ q. ß. Fiat linimentum molle &c. aquæ deſtillatæ oppilationum hepatis aperitiuæ, ſunt videlicet, Aqua cuſcutæ, taraxaconis, eupatorii, calamenthi, cum antidoto diachidno datæ. Item bibat aquam decoctionis aniſi, marathri, cubebarum, caricarum, paſſularum, ſatureiæ, hyſſopi, calamenthi, ſaluiæ ſiccæ, pampinellæ, enulæ. Recipiendo de ſingulis exiguum, bulliat ad excoctionem tertiæ partis: colatum edulcetur cum ſyrupo Byzantino, vel ſecaniabin de radicibus.

De Apoſtemate hepatis.

Cap. XXXVIII.

Deſinitio.

APoſtema dicitur fieri in hepate, quādo materia per ſe, & primò colligitur in ipſo. Excitatur quando materia de membro alio ad hepar delegatur, ſiue ſit per mediū criſis, ſiue ſine criſi. Hulcus verò dicitur, cùm apoſtema conuerſum eſt in ſaniem, & poſt hoc rumpitur. Fit igitur apoſtema per congeſtionem, exitura per delegationem: hulcus verò per rupturam.

Cauſa.

CAVSAE ſunt duplices: Extrinſecæ, & intrinſecę. Extrinſecę, vt caſus, cōquaſſatio, & ſimilia. Interiores, vt crapula, indigeſtio ſtomachi, debilitas virtutis digeſtiuæ hepatis, aggregatio humorum in hepate, malitia mūdificationis à chyſtis fellis, ſplenis, renum & inteſtinorum.

Aphoriſmi.

1 HEPATI inflammationem patienti ſingultus aduenit. Apho. 58. lib. 5.

2 Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecinore, lethale eſt. Apho. 18. lib. 6.

3 Quo

3 Quorum hepat ſuppuratum aduritur, ſi
pus purũ fluxerit, & albũ, euadunt. In tuni-
ca enim his pus continetur. Si verò qualis
amurca fluat, pereunt. Apho. 47. lib. 7.

Cura.

ET ſi apoſtema hepatis ab aliis humori-
bus fieri poteſt, tñ ſępius eſt ſanguineũ. Vn
de in euacuatiõe talis cõpetit phlebotomia
in principio, niſi aliquid obſtet, vt ętas pueri
tię, & ſenii, paucitas ſanguinis, debilitas vir
tutis, vel alii humores. Fiat igitur de vena cõ
muni, magna ſtãte repletione. Deinde de ba
ſilica, oppoſita ſiniſtra. Sed quia corpus rarò
repletũ eſt maxima repletione, ideo cõmu-
niter fit de baſilica dextra, in magna quãtita
te, niſi adſit virtutis debilitas. Tũc enim de
bet partiri. Quod ſi nõ poteſt fieri de baſili-
ca, fiat de cephalica. Quod ſi apoſtema fue
rit ꝓpter retẽtionẽ ſanguinis hęmorrhoida
lis, vel mẽſtrualis fiat de ſaphena, deinde ſe-
quẽti die de baſilica, deinde de ſaluatella. Si
autẽ ſit apoſtema cholericũ, fiat primò leni
tio vẽtris cũ clyſteri, vel lenitiuo per os ma-
teriã ignorãte: deinde minoratio: poſtea di-
geſtio: deinde euacuatio. Deinde ꝓ ſecũda
intẽſione fiat diuerſio, quæ fit vt ſuperiùs di
ctũ eſt. Et hoc ꝓ cauſa antecedẽte. Nota ꝙ
ſuperius loco phlebotomię vti poſſum⁹ ſan-

guiſugis,vel ventoſis,cum ſcarificatione in natibus. Hæ nanque vicem gerunt venę ſectionis,ſiue phlebotomiæ venę communis, & nigræ(aliàs magnæ.)

Regimen circa cauſam coniunctam.

Primò fiat repercuſsio in principio,&c.vt in aliis apoſtematibus.In calido itaque apoſtemate in principio fiat tale repercuſsiuum epithema: Recipe aquæ roſarum,endiuiæ, ana ℥ vj. roſarum rubearum,ſpodii, ſandalorum albi & rubei, ana ʒ j.Pulueriʒentur, & cum aquis miſce, & fiat epithema ad hepar,cum panno lineo,quę petia exprimatur fortiter,& in manu teneatur,quouſque tepe fiat: & hoc fiat ter , vel quater. Deinde ad idem fiat hęc inunctio. Recipe olei roſarum ℥ ij.nenupharis ℥ j. aliàs ℥ ß.roſarum rubearum,ſandali albi & rubei,ſpodii,ana ʒ ß.ſpicę ſcrupu.ß. Quę apponitur pro cõfortatione. Pulueriʒentur, & cum exiguo ceræ fiat vnctio ſecundum artem.

Emplaſtrum ſiue linimentum ad idem.

Recipe mala cydonia nu.iiij.vel v. Quæ decoquãtur in aqua roſacea,& aceto,ſimul ad perfectam decoctionem,ita ꝙ aqua roſarum ſit tripla ad acetum,& quãdo eſt perfectè decocta,accipiatur pulpæ libra j.Cui ad de ſandali albi,& rubei,roſarum rubearum, ſpodii , ana ʒ ij. olei roſacei q.ß. ad impinguan

guandũ,quod ſuper petiam extendatur, & applicetur. In apoſtemate phlegmatico repercuſsiuum in principio. Applicamentum. ℞. Corticũ thuris, maſtiches, añ. ℥ j. foliorũ cupreſsi, & nucum eius, abſinthii, roſarum, ana M. ß. Bulliant in aqua abſinthii, & roſarum, ita quòd aqua roſatũ ſit ſubdupla ad aquam abſinthii, in ß. q. ad conſumptionẽ tertię partis, deinde imponantur petiæ, &c.

Aliud ad idem.

Recipe olei roſacei, abſinthitis, maſtichini, anethini, ana ℥ j. ß. Miſce, & infundantur petiæ lineæ.

Linimentum ad idem.

Recipe olei roſarum rubearũ, maſtichini, abſinthitis, ana ℥ ß. gallarũ, cupreſsi, maſtiches, roſarum rubearũ, añ. ʒ ß. Pulueriżẽtur, & ſine cera miſce cũ dictis oleis, & fiat linimentum arte. In melãcholici apoſtematis principio, cõferunt eadem repercuſsiua, quę in phlegmatici principio, &c. In augmẽto apoſtematis calidi, fiat hoc epithema ſuprà, in principio poſitum. Cui adde chamomillæ, meliloti, anethi, ana drachmã ſemiſſem, addendo aquis reliquis aquam chamomillæ.

Ad idem inunctio.

Recipe olei roſacei ℥ ij. olei chamęmelini ℥ j. ſandali albi, & rubei, ſpodii, ana drac. ß. pinguedinis anatis, gallinę, ana drach. ß.

aliàs ℥ ß. Pulueriżanda pulueri zentur, & cũ exiguo ceræ fiat vnctio, ita procedendo quòd ad medium ſtatus ſemper plus addamus de reſolutiuis. Vnde poſſumus addere mucilaginis fœnigræci, ſeminis lini, althçæ, procedendo ad ſtatum. In apoſtemate autem puro calido, & eryſipelate, cum talibus ita reſolutiuis non poſſumus procedere. Ad idem poſſumus facere emplaſtrum dictum. Et vbi ponimus aquam roſaceam cum aceto, addamus aquam chamomillæ. Et vbi impinguamus cum oleo roſato ſolo, impinguemus cum oleo roſato, amygdalino dulci, vel anethino. Si autem apoſtema fuerit phlegmaticum, fiat hoc epithema: Recipe chamomillæ, abſinthij, meliloti, foliorum cupreſsi, ana M. ß maſtiches, corticum thuris, ana ʒ. ß. aliàs j. Bulliant in ß. q. aquæ abſinthij & chamomillæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde colentur, & in colatura ponantur petiæ, &c.

Linimentum ad idem.

℞. Olei chamæmelini, abſinthitis, ana ℥ j. aliàs, ana omittitur. Olei roſarum ℥ ß. mucilaginis ſeminis lini, fœnigræci, althææ, ana vncias ij aliàs vncia j ß. maſtiches, ſpicæ, ana ʒ. j. ceræ parum, & fiat, &c. Iſtis poteſt addi ſuccus eupatorij, & eſt conueniens in reſoluendo, & confortando hepar

cum

cum aliis. Alius textus ſic habet: Omittitur cera, & ſuccus eupatorij. Et ſcribitur ſtatim poſt ſpicæ, ana ʒ j. ſic. Bulliant omnia præter farinas, in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde piſtentur in mortario, & in (aliàs ex) dicta decoctione, & oleo ſeſamino, chamæmelino, & roſaceo q. ß. ad impinguandum, fiat linimentum, quod extenſum ſuper petia applicetur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, abſinthij, ana M. j. farinæ ſeminis lini, fœnigræci, hordei, ana ℥ ij. maſtiches, ſpicæ, ana ʒ j. Bulliant omnia præter farinas in ß. q. aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde piſtentur in mortario, & cum prædicta decoctione, & oleo ſeſamino, chamæmelino, & roſaceo q. ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod extēdatur ſupra petiam. Apoſtemate autem exiſtente melancholico (aliàs phlegmatico) & in augmento, verſus ſtatum, miſceantur reſolutiua cum repercuſsiuis mollificatiuis.

Fiat igitur tale linimentum.

Recipe olei roſacei, amygdalini dulcis, ſeſamini, ana ℥ j. Infundantur petiæ, &c.

Aliud ad idem.

℞. Mucilaginis ſeminis lini, fœnigræci, althææ, ana vnc. j. olei roſacei, abſinthitis,

chamæmelini,ana ℥ iij. Miſceantur omnia inuicem,& infundantur petiæ,&c.

Emplaſtrum Auicennæ,in apoſtemate calido, in ſtatu verſus declinationem.

Recipe ſtyracis liquidæ,ceræ,ana danich. aliàs ℥ x.maſtiches,croci,amomi (aliàs cymini) ana ℥ iiij. aliàs ℥ iiij. olei roſati ℥ ij. vini odoriferi cotylas ij.ß.id eſt xx ℥. Omnia bulliant in prædicto vino,& oleo,vſque ad conſumptionem vini, deinde extendatur quod remanet,&c.In phlegmatico,exiſtente in ſtatu verſus decrementum, aliàs declinationẽ,ab omnibus emplaſtris,inunctionibus, & remediis abſcedatur. Remoueantur omnia ſtyptica,ſicut dictum eſt,& procedatur cum illis.

Cotyla eſt menſura viij. vnciarum.

In melancholico,emplaſtrum reſolutiuum.

℞.Chamomillæ, meliloti, meliſſæ, ana M.ß.folliculorũ ſenæ,epithymi,ana ℥ ß. Cõtundantur omnia,quæ bulliãt in ß.q. aquæ meliſſæ,ad perfectam decoctionem,deinde piſtẽtur,& prædictis addantur farinæ fœni græci,ſeminis lini, ana ℥ j.ß. paſſularum ℥ ß. Quæ ſimul piſtentur cum dictis, & cum dicta decoctione,&oleo anethino,&amygdalino dulci,& chamæmelino,& ſeſamino, q.ß.fiat emplaſtrum. *Canon.*

Vbi autem apoſtema non reſoluitur,nec induratur,nec permutatur ad aliud membrum:

brum: cura eſt venire ad maturationẽ, quę niſi (ſi aliàs pro niſi) coacta, vt vita prolongetur, fienda non eſt: quia, vt dictum eſt, maturationem cauere debemus.

Emplaſtrum pro forma maturatiuum.

℞. Radicis althææ, medullæ arietis (aliàs abietis,) ana lib. j. aliàs ß. maluarũ cum radicibus, chamomillæ, meliloti, anethi, ana M. j. farinæ hordei tantundem, vel minus. Alius textus ſic habet: Farinæ hordei, ſeminis lini, ana ℥ ß. Bulliant in ß. q. aquæ, ad cõſumptionem medietatis. Deinde piſtentur, & prędictæ farinæ poſt decoctionẽ addantur, & cum dicta decoctione, & adipe gallinæ, & porci q ß. fiat emplaſtrũ. Cui ſi intendimus eruptionẽ, poſt maturationẽ addamus fermenti ℥ j. fimi columbini ſubtiliter puluerizati drachm. vnam. Rupto apoſtemate, ſanies purgetur, aut ad vias inteſtinorum, aut vrinæ, aut ad vẽtrem inferiorem, circa inguina. Vnde ſi eſt in gibbo, mundificetur, per vias vrinæ. Nã in hoc caſu debemus vti prouocãtibus vrinam, vt aqua mellis, cum aqua ſeminum frigidorum, in calido apoſtemate: In frigido, cum aqua apij, fœniculi, & petroſelini. Si autẽ ſit in concauo, euacuetur per fluxũ ventris, & tũc ſola aqua mellis eſt ſufficiens. Et quia per meſaraicas etiam iſta ſanies poteſt venire ad ſto

machum, ſtomachus mundificetur, cum hydromelitis ℥ iij. & mellis roſacei ℥ j. ß. vltimo fiat conſolidatio apoſtematis.

Adiectitiæ medelæ.

AD idem valet ſyrupus cichorites, ſuprà memoratus. De hac quoque materia vide latiùs Gilbertum Anglicum, in capite proprio, qui copioſè, & bene ſcribit de illo affectu, folio 140. &c.

De dolore Hepatis,
Cap. XXXIX.

Definitio.

DOlor hepatis, eſt ipſius hepatis triſtis quædam ſenſatio, à mala complexione, ſeu qualitate ſiue humore, cum, & ſine materia &c.

Cauſæ.

ET talis dolor poteſt prouenire, aut ex forti inflammatione, aut ex ſpiritu flatuoſo, aut ex obſtructione, & ſimilib' aliis, &c.

Aphoriſmi.

QVICVNQVE hepar circundolent, his febris ſuperueniens ſoluit dolorem ſiue ægritudinem. Aphor. 53. lib. 7.

Cura.

CVRA doloris hepatis à ventoſitate, vel vapo

vapore craſſo, incluſo inter panniculum tegentem hepar, & ſubſtantiam hepatis, ſex exigit intentiones. Quarum prima eſt, euacuatio materiæ, ex qua fit vapor, & ventoſitas. Quæ euacuatio perficitur, aut integratur ex minoratiuis, digeſtiuis, & euacuatiuis. Secunda, eſt diuerſio. Tertia, apertio viarum (aliàs venarum.) Quarta reſolutio vaporum, ventoſitatis. Quinta, correctio accidentium. Sexta diæta.

Minoratio.

Recipe pilularum de rhabarbaro, de eupatorio, ana ℈ j. Reficiantur pilulæ num. v. & exhibeantur ante diem per horam.

Digeſtio.

Recipe ſyrupi de duabus radicibus, de eupatorio, oxymellis ſimplicis, ana ℥ ß aquarũ abſinthij, aquæ eupatorij, cichoreæ, ana ℥ j. Miſce.

Eradicatio.

Recipe pilularum aggregatiuarum, pilularum de rhabarbaro Meſuei, agarici trochiſcati, ana ℈ j. Reficiantur pilulæ ſeptem. Et cum melle roſato detur lauatiuum, aliàs laxatiuum, ex brodio cicerum rubeorum, & ſaccharo ad quinque horas.

Diuerſio.

Diuertatur ventoſitas, & vapor, primò cũ clyſteribus trahẽtibus materiam ventoſabilem

bilem ab hepate, & ſint carminantia. Item cum ventoſis ſine ſcarificatione, infra (aliàs ſupra) hepar, ſub hypochondrio dextro.

Apertio viarum.

Recipe dialaccæ magnæ, diarrhodonis Abbatis, ana q.v. aliàs, ana ℥ i. Doſis caſtaneæ magnę quantitas, ante cibum per duas vel tres horas, ſtomacho ieiuno.

Reſolutio.

Ad reſoluendum fiat eiuſmodi fomentatio: ℞. Abſinthij, eupatorij, chamædryos, pulegij, chamomillæ, ana M. ß. ſpicæ ℈ j. Contũdantur, & bulliant in ß. q. aquæ, cum tertia parte vini albi odori ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde infundatur ſpongia ſubtiliſsima, & parua, quæ expreſſa hepati ſuperponatur, & cùm incœperit infrigidari reiteretur, aliàs remoueatur ter, aut quater. Deinde fiat talis inunctio.

Inunctio.

Recipe olei ſpicati, rutacei, chamæmelini, ana ℥ j. Fiat vnctio.

Diæta.

DIAETA detur ſecundũ quod dicit Auicenna, cap. proprio. Vnde debet dari modicum vini potentis, ſtomacho ieiuno. Curat enim ventoſitatem. Vitet omnem aquã frigidã (aliàs omnia actu frigida) ſit tempera-

ti cibi,& potus. Et omnia declinent ad calidum,& ſiccum.

Appoſititiæ medelæ.

PRIMO fomentetur locus cum decocto origani,chamomillæ,& hibiſci. Deinde inungatur cum oleo crinino calido , vel cum laureo. Poſtea applicetur calidè emplaſtrũ, factum ex ruta & oxycrato, vel quod fit ex abſinthio,ruta ſylueſtri,& oleo de alcanna, vel cyprino. Si hæc non contulerint, purgetur cũ ſubſequenti ſyrupo laxatiuo, qui valet hepaticis,ictericis,hepatis incẽſioni,oppilationi,dolori,& apoſtemati. Recipe ſuccorũ hepaticæ,endiuiæ, lactucæ , ana lib. j. florũ violarum,vuarum paſſularum, ana ℥ ß. prunorũ Damaſcenorum nu. vij. coletur, & colatum dulcoretur cũ ſufficienti ſaccharo albo,& fiat ſyrupus manè,& ſerò ſumendus pro qualibet vice in quantitate ℥ iij. vel iiij. Quo ſyrupo cõſumpto, ſumatur ſequẽs hauſtus laxatiuus,qui ad idem valet. Recipe electuarij de ſucco roſarum ℥ ß. rhabarbari ℈ j. ſpicæ g̃ iij. caſiæ fiſtularis extractæ ℥ iij. Terantur rhabarbarum,& ſpica,& miſceantur cum ſuperiore ſyrupo ℥ iij. Et fiat hauſtus tepidè ſumendus. Reſiduum verò ſyrupi bibat manè,& ſerò,loco lauatiui recipe ſuccorum hepaticæ,&c.

Confortantia.

Vtatur diatria ſandalis, & conſerua violarum. Vltimò, durante adhuc dolore, ſecetur vena ſeylen, vel (ſi adſit magna repletio) baſilicæ, aut iecorariæ dextri lateris.

De Icteritia, Cap. XL.

Definitio.

ICterus, ſiue arquatus morbus, eſt effuſio bilis in cutim. Tingitur autem corporis ſuperficies felleo colore, & fit quaſi viridis, cutéque malè affecta, vitiligines irrepunt, atque deiectiones albæ defluunt.

Alia Bertrucij definitio.

Icteritia, eſt defœdatio coloris corporis totius, ad citrinum, vel nigrum vergẽs, cum permiſtione colorum vrinæ, vel egeſtionis, & exeuntium aliorum.

Symphoriani Champerij definitio.

Icteritia eſt morbus, cùm per totum corpus bilis ſuffunditur.

Icteritia quotuplex.

Citrina, & nigra.

Etymologia.

Dicitur ab aue Ictero: de qua Plinius lib. 30. Naturalis hiſtoriæ, cap. iij. Auis (inquit) Icterus, vocatur à calore, quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & auem mori. Hæc auis aliàs Galbula dicitur.

Syn

Synonyma icteritiæ.

Icteritia dicitur à Plinio, Horatio, Varrone, & Sereno, morbus regius, à Celſo, aurigo. Dicitur item morbus arcuatus, icterus quoque, & alia nomina ſortitur.

Cauſæ.

Cauſæ poſſunt eſſe: Morſus vel pũctura venenoſorum, aſſumptio veneni, comeſtio ciborũ calidorũ, corruptorũ, & oppilatiuorũ, labor in ſole calido, omnia cholerã generãtia, chyſtis, ſplẽ, cholera ipſa, hepar, mala cõplexio, apoſtema, oppilatio venę toti⁹ corporis, & nimius calor ſanguinẽ adurẽs, &c.

Aphoriſmi.

1 QVIBVS in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo die ſuperuenerit, bonum, niſi dextrũ ilium obduruerit. Si verò non, non bonum. Aphor. 94. lib. 4.

2 Quibus in febribus morbus regius ante diẽ ſeptimum accidit, malũ. Aphor. 62. li. 4.

3 Qui regio morbo laborant, non multùm ventoſi ſunt, Aphoriſmo 72. lib. 5.

4 Morbo regio laborantibus, ſi fiat hepar durum, malum. Aphoriſmo 42. lib 6.

Cura.

Remotio cauſæ.

Si cauſa multiplicãs choleram ſit primitiua,

tiua,ſicut morſus ſerpentum, vel aſſumptio veneni,&c.tũc cura ſit talis: Primò ſi morſus, vel punctura ſit, tunc conandum venenum à morſu, vel pũctura extrahere. Deinde prohibere ambulationem veneni ad corpus: poſtea cõfortare principalia membra: & tãdem inuenire bezoar pro veneno. Primò ergo extrahatur cum galbano, aliàs gallina,&c. Et ſi hoc non ſufficit, ponatur vẽtoſa ſuper locum. Deinde circumcirca vulnus fiat inunctio talis, quę prohibet ſparſionem veneni ad corpus: Recipe olei roſacei, myrtini, ana ℥ j. myrtillorum, ſumachij, boli Armeni, ſanguinis draconis, ana ʒ ß Pulverizentur, & cũ modico ceræ q.ß. & aliquantulo aceti, fiat vnctio, cũ qua inungantur, &c. Quidam addũt roſarũ rubearũ ʒ ß. Deinde confortentur principalia membra, principaliter cor, deſcendẽdo (aliàs defendẽdo) à veneno (aliàs à pulſibus) cũ epithematibus ad frigidum tendentibus, vel calidũ, ſecundum quod venenum eſt calidum, vel frigidum, ſemper applicando cordi epithemata contraria qualitati veneni, & hoc modo cor confortetur. Deinde ſi poterit inueſtigare ſpecies veneni, conetur Medicus inuenire medicinã bezoarticam pro illo veneno. Si verò venenum fuerit aſſumptũ per os, educatur per vomitum, vel ſeceſſum exhibẽdo

ſolut

ſolutiua appropriata. Et tunc confortentur membra principalia. Et ſi poſsibile eſt inuenire bezoar, detur. Cibi omnes multiplicantes choleram amoueantur, vt amara, acuta, dulcia, & ſalſa. Si cauſa multiplicans choleram ſit corporea, vel eſt per communitatem à toto, ſicut in febre, & criſibus. Nam ſi ſit multiplicatio propter febres acutas, remoueantur.

1 Primò remouendo cauſas febrium acutarum cum digeſtiuis, & euacuantibus, cum pharmacia, vel phlebotomia,

2 Deinde applicẽtur quæ infrigident, & remittant inflammationem febrilem, quæ eſt cauſa multoties vertendi ſanguinem in choleram, & ita multiplicandi bilem. Si verò communitas totius fuerit, propter criſim tunc iuuetur natura, trahẽdo choleram ad cutẽ plus, & non inpediendo opus naturæ, iuxta Aphoriſmum: Quibuſcũque in febribus icteritia fit IIII. aut VII. aut XI. aut XIIII. &c. vt ſuprà. Adiuuamus balneis dulcibus, fricationibus, & aliis, &c. Si verò fuerit per communitatem hepatis, vel alterius membri calidi, remoueatur dyſcraſia hepatis calida, cum interius aſſumptis, & exterius. Vnde ſyrupi de endiuia, de ſucco acetoſæ, acetoſus ſimplex, oxyſacchara, de acetoſitate citri, &c. Aquæ ſunt, aqua endiuiæ,

acetoſæ, lupulorũ, cichoreæ, ſeminum com munium frigidorum, accipiendo vnc. j. ß. de ſyrupis, & vnc. iij, de aquis.

Electuarium ad idem.

Recipe ſacchari roſati, diatriaſandali dia rhodonis Abbatis, ana ℥ ß aliàs ℥ ß. Et acci piat ad quantitatem caſtaneæ. Epithemata, & emplaſtra poſſunt fieri cum infrigidantibus, quæ ſuprà dicta ſunt.

Cholera multiplicatæ euacuatio.

Hæc intẽtio aliquando debet eſſe prima: quia cholera multiplicata multiplicat ſeipſam aliquando, vel non dat inducias. Eua cuetur ergo ſic, quando materia eſt craſſa: Recipe aloes drac. j. agarici trochiſcati ℥ ß. diagredij gran. v. Pulueriƺentur omnia ſub tiliter, & cum ſucco endiuiæ reficiãtur pilu læ ſeptem pro ℥. Et de iſtis exhibeãtur tres vel quinq;. Laudatur in hoc caſu aloë ſolũ in forma pilularum: quia aperit oppilationem, & euacuat choleram craſſam.

Ad idem medicina, in forma potabili.

Recipe decoctionis cõmunis, cui adde radicum petroſilij, endiuiæ, ana ℥ j. ſeminum communium frigidorum ℈ iiij. Fiat decoctio in ß. q. aquę endiuiæ, ſecundum artem. De qua accipiatur q. ß. ad diſſoluendũ, electuarij de caſia drac. v. electuarij de pſyllio ℥ j. ß. vel electuarij de ſucco roſarum, tan-

tundem, rhabarbari electi ℥ j ß. ſpicę grana v. Infundatur rhabarbarum cum ſpica, in aqua endiuiæ, cum modico vini albi odoriferi. Deinde fiat expreſsio fortis, & propinetur. Remotio dyſcraſiæ membrorum generantium choleram, & nocumentum in mēbris: Hæc intētio fit cum his, quæ dicta ſunt in cura debilitatis hepatis. Remotio citrinitatis ab omnibus, & toto. Hæc fit primò recipiendo vaporem aceti fortiſsimi circa faciem, & totum corpus, & ponere corpus in balneo dulci. Et ſi adeſt febris, vide capitulo Rhazis proprio. Nota duo remedia in ićteritia citrina, experta in meipſo.

Potio.

Recipe praſij, cuſcutæ, ana M j. Bulliant in vino albo, ſubtili, claro, & nō potenti. Sed ego accepi vinū potens menſura ℔ j. aquæ endiuiæ, tantundē. Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis. Et de iſta decoctione exhibeantur ℥ iij cum ſaccharo.

Ad nigram icteritiam, ex oppilatione ſplenis, iulep.

Recipe ſcolopēdriæ, capillorum Veneris, cyperi, corticum radicum capparorū, corticum tamariſci, ſeminis agnicaſti, omniū ana drachmam j. vel M. ß. radicum fœniculi, petroſelini, ana ſcrup. ij. Radices incidantur, & bene mundentur à meditullio,

& cum aliis bulliant in aqua ſcolopendriæ, capillorum Veneris, &c. ana q.ß ad conſumptionem medietatis, & de colatura accipiatur lib.j. cui adde ſyrupi de quinque radicibus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana vnc.iij.ß. Quæ omnia iterum bulliant, quouſq; veniāt ad formam iulepi. De quo exhibeantur iij. vel iiij. vnc. manè. Aperit enim oppilationes, maximè ſplenis, ex quibus fit icteritia nigra.

Additiones propriæ.

VIDE Galenum in lib. de Locis affectis, & in libro de Icteritia conſcripto, atque in Miamir. Huc refer ea, quę in commentariis ſuper Aphor. ſcribit. In longa icteritia Phriſomeliga dedit ſyrupos aperitiuos ab intra. Et ab extra dedit, & iuſsit ſemper portari cerotum, quod ipſi emplaſtrum diachylon cum Armeniaco vocant, in regione hepatis. Galenus præbet diadictamum, in Catageni. In primis fiat expulſio materiæ icteritiam generantis. Rhazes libro Diuiſionum, cap. 38. Recipe aloes, ſcammonij, ana drach. iiij. agarici drach. ij. ſcrupulū j. ſucci eupatorij ſcrup. j. Fiant pilulæ cum ſucco endiuiæ.

Ego *autem ſic compono.*

Recipe aloes drach. j. ſcāmonij quartam partem

partem ℥ j. agarici partes ij. ℥ j. ſucci eupato rij ℈ j. cũ ſucco endiuiæ, fiant vt ſuprà. Materia expulſa ſumat patiẽs ter in hebdomada, ℥ j. theriacæ diapenthe per ſe, vel cum aqua appropriata. Decoctum radicis acori, & cicerum rubeorum potui datum, aurigi nosis multò maximè prodeſt.

Contra icteritiam apozema expertum.

Recipe granorum iuniperi, chelidoniæ viridis, ana M j. radicum petroſelini, radicum fœniculi, ana numero viij. Bulliant ad tertias, in olla noua, & vnum cyathum manè, & veſperi exhauriat. Expertum. Fiat balneum in aqua decoctionis acori. Lauet corpus, & oculos, cum aqua deſtillationis chelidonij minoris.

De duritie & tumore ſplenis, Cap. XLI.

Definitio.

SPlenetici, quibus ſplen præter naturam inflãmatus, nõ recipit liberationem inflammationis, ſed in ipſis remanet durities, & velut in his morbis fluxione infeſtatur. Mutatur autem & ſecundum naturam corporis color. Scirrhus ſplenis, id eſt, durities vix ſentiens, quando ſplenis fit excreſcẽtia, aut is planè durus fit, & tumidus.

Alia Champerij definitio.

Splenis paſsio durities eſt ſui, quæ in propatulo eſt ſenſui.

Bertrucij definitio.

Durities ſplenis, eſt oppilatio antiqua, ſclyrotiſata, cuius ſubtile reſolutũ eſt, cum remanentia craſsi terreſtris. Sed tenſio, ſiue inflatio, eſt oppilatio facta ex materia ventoſa.

Cauſa.

CAVSAE oppilationis, & duritiei ſplenis ſunt: Multiplicatio ciborũ melancholicorũ, vt ſunt, caſeus, caules, & legumina, timor, aut multus humor melãcholicus in hepate aut ſplene, cùm incurrit oppilationẽ, duritiem, apoſtema, aut ſolutionẽ continuitatis.

Aphoriſmi.

1 AVTVMNO verò, & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & hydropes ex ſplene venientes, &c. Aphor. 22. lib. 3.

2 Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniẽte longa inteſtinorum difficultate, aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur. Aphor. 43 lib. 6.

3 Lienoſis dyſenteria, aut difficultas inteſtinorum ſuperueniẽs, bonũ. Aphor. 48. lib. 6.

Cura duritiei, & tumoris ſplenis, ſine apoſtemate.

Digeſtio.

Recipe ſyrupi de eupatorio, ſyrupi de pomis, oxymellis ſimplicis, an̄ ℥ ß. aquarū ſcolopēdriæ, capillorū Veneris, bugloſſæ, an̄ ℥ j. Miſce & exhibeatur. Vel fiat ſyrupus talis.

Syrupus magiſtralis pro ſplenetiсis.

Recipe paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſę, an̄ ℥ ß. corticū radicū capparorū, corticū tamariſci, ana ʒ j. ſeminis agni caſti, endiuię, ana ʒ ij. Bulliāt omnia in ß. q. aquæ ad conſumptionē medietatis. Deinde coletur, & cum melle, vel ſaccharo q. ß. fiat ſyrupus. De quo accipiat pro vna vice drac. j ß. (Arbitror doſim eſſe debere ſeſquiūciam.)

Item alius ſyrupus ad idem.

Recipe aquæ decoctionis florum tamariſci, ſcolopendriæ, capillorum Veneris, ana ℥ iiij. Miſce, fiat ſyrupus. *Euacuatio.*

Facta digeſtione detur hæc medicina, quæ recipit infra ſcripta. *Potus.*

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, capillorum Veneris, ana M ß. ſcolopendriæ, adianthi, cyperi, florum tamariſci, ana ſcrup. ij. epithymi, folliculorum ſenæ, ana drach. ß. Fiat decoctio ſecundum artem. De qua accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, dia-

ſenæ lenitiui,diacatholiconis,ana ℥ ij.ß.dia phœnici ℥ j.ß.electuarij Indi maioris ℈ iiij. confectionis Hamech ʒ j. Miſce, fiat potus, qui dulcoretur cum modico ſyrupi de pomis, & exhibeatur manè calidus.

In forma autem pilularum.

Recipe pilularum aggregatiuarum, Indarum, agarici trochiſcati ana ℈ j.pilularum de lapide lazuli gran. vj. Miſce, & cum ſyrupo de eupatorio fiãt pilulæ. Facta purgatione, fiat fomentatio ad ſplenem talis: Recipe chamomillæ, anethi, capillorum Veneris, adianthos, eupatorij, ana M ß.corticum radicum capparorum, tamariſci, ana ℥ j. ſeminis agni caſti, plãtaginis, ana ℈ ij. Fiat decoctio in ß. q. aquę, cõtuſis omnibus prædictis ad conſumptionẽ medietatis. Deinde accipiatur ſpongia, & in decoctione prædicta ſit tertia pars aceti, & duæ partes aquæ. Et iſta fomentatio fiat ter, aut quater. Poſtea exiccetur locus fomẽtatus, & inungatur ſic: Recipe olei capparacei, amygdalini dulcis, liliacei, anethini, ana drach. vj. ſcolopẽdriæ, polytrichi, corticum radicum capparorum, tamariſci, ana drach ß. vel j. ſeminis agni caſti, plantaginis, ana ℈ ij.ß. Ammoniaci drach j. bdellii ℥. j. Pulueriżentur, & gummi diſſoluantur in aceto, & cum prædictis oleis, & modico ceræ fiat inunctio.

Cera

Ceratum ad idem.

Recipe ammoniaci ℥ ij. bdellij, opopanacis, ana ℈ ij. ſcolopẽdriæ, capilli Veneris, polytrichi, corticum radicum tamariſci, capparorum, ana ℥ ß. ſeminis plantaginis, agni caſti, ana ʒ j. Pulueri zentur, & cum reſina pinea, & pice nauali q. ß. fiat ceratum in forma quadranguli.

Annexa pharmaca.

PRIMO fiat fomentum, vt ſequitur. Recipe florum chamomillæ, rutæ, abſinthij, ſcolopendriæ, ana M ß Cum his in aqua & aceto decoctis, fiat fomentatio cum ſpongia, & cum herbis fiat ſacculus ſuper locũ. Si ſanguis ſit in cauſa, vel repletio, ſecetur vena ſplenetica. Item purgetur cum ſequentibus pilulis. Recipe pilularum Indarum, pilularum de quinq; generibus myrobalanorum, pilularum de fumoterræ, ana ℈ j. Cum ſyrupo de epithymo reformentur pilulæ.

Vel in forma boli.

Recipe diaſenæ ʒ ij. hieræ picræ ʒ iij. electuarij Indi roſati, ana ʒ j. Miſce, cum ſaccharo fiat bolus.

Vnctio.

Liniatur locus calidè cum oleo abſinthite, rutaceo, & chamæmelino, ana vnc. j. ß. ſimul miſtis. Idem facit oleũ capparaceum,

myricite,& metopium.Eidem medetur aſfectioni epithema factum ex binis lotonibus ſalis, cum aceto acerrimo decoctum. Item poſt vnctionem valet ſal toſtum,& in ſacculo ſuperimpoſitum.

Tragea pro ſplene opp lato, & apoſtemato.

Recipe pulueris ſcolopendriæ,tamariſci, ana ℥ j. pulueris cinnamomi craſsiuſculi ℥ ß.pulueris ſenæ ℈ j.ſacchari ℥ ij.vel tãtum, vt ſpecies præualeant. Miſce, & fiat puluis tragealis. Vtatur more ſolito.

Emplaſtrum ad idem, molliens, reſoluens, & mitigans.

Recipe florum chamomillæ,luteolæ,meliloti,foliorum hibiſci, ana M.j.farinæ ſeminis lini,fœnigræci,papaueris ana ℥ j.cum ß. q.butyri,vel butyroſitatis lactis, & fiat emplaſtrum,quod applicetur loco affecto.

De Colica, Cap. XLII.

Definitio.

COli morbus,ſiue affectus, eſt diſpoſitio diuturna, in ventre, per interualla dolores intolerabiles exercens,cum ſpirandi difficultate,& ſudore,ac frigiditate.

Alia Champerij definitio.

Colica paſsio eſt ægritudo maximi cruciatus in vẽtre,ſub cingulo, in inteſtino, quod dicitur

dicitur colon. Hic morbus apud Celſum Chordapſos, & Chordios dicitur.

Bertrucij definitio.

Colica dicitur, quãdo cauſa doloris, puta ſtercus, humor, vel ventoſitas, in inteſtinis craſsis, & propriè colon continetur, propter quod ſentitur dolor circa vmbilicũ, ad quatuor digitos, vbi eſt ſtomachus ſituatus, ſuper quem circulariter tranſit colon.

Gordonij definitio.

Colica, eſt paſsio penultimi inteſtini, quod colõ dicitur, cũ difficultate exitus ſtercoris per inferiora, cũ dolore magno, & pũctura.

Inteſtina quot?

Primum, duodenũ: Secundum, ieiunum: Tertium, longum, ſeu gracile, ſeu ileon, & ibi cauſatur iliaca paſsio: Quartũ, monoculum: Quintum eſt colõ, vnde colica paſsio: Sextum & vltimum vocatur longaon.

Cauſæ.

CAVSAE quære in Gordonio, ca. proprio.

Cura colicæ phlegmaticæ.

PRAESVPPOSITIS canonibus vniuerſalibus, deſcendo ad ſingularia, & ſpecialia. Primò ponemus curã colicæ phlegmaticæ, quæ ſeptem exigit intentiones. Quarũ prima eſt lenitio ventris. Secunda, minoratio materiæ. Tertia digeſtio eiuſdem. Quarta,

euac

euacuatio eradicatiua. Quinta, ſedatio doloris. Sexta, correctio accidentium. Septima, diætæ ordinatio.

Lenitio ventris.

Incipiendo igitur à prima, fiat primò clyſtere leniens tale: Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, ſeminis lini, radicum althææ, ana M j. Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad cõſumptionem tertiæ partis. Et de colatura accipiantur ℥ xv. in quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ ij. mellis roſati colati ℥ j. ß. olei communis vnc. iij. vitellum j. oui, ſalis drach. ij. Miſce, & fiat enema.

Aliud ad idem.

Recipe brodii carnium pinguium ℔ j. & ℥ viij. In quibus bulliãt maluę, cũ radicibus chamomillæ, anethi, aniſorũ, fœniculi, ana M. ß. Colentur, & de colatura accipiantur ℥ xiiij. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ j. ß. mellis roſati colati ℥ j. ß. butyri recentis ℥ iij. olei cõmunis, chamęmelini, ana ℥ j. ß. ſalis ℥ ij. vitellum j. oui. Miſce, fiat enema.

Aliud breuius ad idem.

Recipe olei communis ℥ x. ſacchari rubei vnc. j. ß. vitellum j. oui. ſalis drach. ij. Miſce, fiat enema.

Minoratio.

Minoretur materia primò cũ clyſteribus, ſecundò cum his, quæ per os ſumuntur.

Clyſt

Clyſtere minoratiuum ſimul & lenitiuum.

Recipe chamomillæ, anethi, meliloti, pulegii, calamẽthi, origani, ana M. ß. aniſorum, fœniculi, ana ℥ ß. carthami cõtuſi ʒ vj. Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad cõſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, & de colatura accipiantur ℥ xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ j. hieræ picræ, electuarii de baccis lauri, ana vnc. ß. olei chamæmelini, rutacei, ana vnc. j. ß. ſalis communis ʒ iij. vitellum j. oui. Miſce, fiat enema.

Ad idem fortius.

Recipe centaureæ minoris, chamomillæ, pulegii, calamenthi, rutæ, ana M ß. cymini, ameos, ana vnc. ß. colocynthidis interioris, ligatæ in petia ʒ j. agarici electi, ſimiliter ligati ℈ iiij. furfurum p. j. Bulliãt omnia in ß. q. aquæ ad conſumptionem medietatis. De cuius colatura accipiantur vnc. xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei vnc. j. hieræ picræ Galeni, hieralogodii, ana ℥ ß. diaphœniconis ℥ iij, olei rutacei, liliacei, ana ℥ j. ß. ſalis cõmunis ʒ ij. vitellum j. oui. Miſce, fiat enema. Per os minoratur materia his pilulis: Recipe pilularum aloephanginarum drac. j. Fiant quinque, & exhibeantur.

Aliud ad idem.

Recipe hieræ picræ ſimplicis Galeni ℥ ß.

Exhibeatur eodem modo ante cibum, per tres horas.

Fortius ad idem.

Recipe diaphœniconis vnc. ꝭ. Exhibeatur vt alia.

Ad idem.

R. electuarii eleſcoph in cõfectione ℥ ꝭ.

Digeſtio.

3 Poſt detur tale digeſtiuũ &c. Recipe oxymellis ſimplicis, mellis roſati colati, ſyrupi de duabus radicibus, añ ℥ ꝭ. aquæ fœniculi, abſinthii, meliſſæ, ana vnc. j. Miſce & exhibeatur.

Euacuatio.

4 Facta digeſtione, fiat eradicatio, cum eiſdem quę dicta ſunt in minoratione, ſumptis per os, ſed in maiori doſi. Vnum tamen hic ponam, quod communiter laudatur, quod valet in omnibus ægritudinibus à materia phlegmatica, viſcoſa, vt in neruoſis ſtomachi, & neruorum, iuncturarũ, & inteſtinorum affectionibus. Recipe terebinthinæ claræ, & lucidæ, non lotę ℥ ꝭ. Inuoluatur in hoſtia, vel ſcaleta, madefacta in vino & exhibeatur manè, in crepuſculo diei, in hebdomada bis vel ter. Mundificat enim & ſtomachũ, & inteſtina, ab humoribus craſsis, phlegmaticis, & viſcoſis. Potes etiã dare quater vel ter in hebdomada, ſecundum neceſsitatem in maiori doſi.

Pilulæ valentes in iliaca ſatis periculoſa.

Recipe pilularum fœtidarum, aggregatiuarum, aloephanginarum ana ℈ j Fiant v. & exhibeantur. Caue ab agarico, & pilulis, in quibus ingreditur agaricus, in colica.

Sedatio doloris.

Sedantiũ dolorum quædam verè ſedant, vt quæ remouent cauſam. Quædam mẽdoſè & nõ verè, vt quę tollunt ſenſum à membro, ſicut narcotica.

Canon.

In principio ergo, vbi neceſſaria ſit ſedatio doloris, nõ incipiamus à narcoticis fortibus: Quia cùm materia faciẽs dolorem ſit phlegmatica, frigida, plus infrigidatur, cùm reuertitur ſenſus membri, deficit ideo, & redit dolor. Vnde Auicenna, tertia tertii, capi. de cura colicæ ventoſæ, & phlegmaticę. Incipientes (inquit) ſedare dolorẽ cum narcoticis componunt rem magni terroris. Vera enim ſedatio doloris, eſt abſciſsio cauſę, & remotio. Narcotica autẽ nõ abſcĩdũt cauſam, ſed potius prohibent remotionẽ eius & incraſſant materiam. Volendo ergo verè ſadere, oportet remouere cauſam cũ intus & extra applicatis. Extra, cũ anodynis, facientibꝰ effumare materiam, & euaneſcere, vt in fomentationibus, vnguentis, embrochiis, & c

iuls. Fom

Fomentatio.

Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, pulegii, calamenthi, ſeminis apii, aniſi, fœniculi, ana M. ß. Infundantur, & bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: deinde accipiatur ſpongia, &c.

Deinde exiccato loco inungatur.

Recipe olei liliacei, rutacei, ana ℥ j. Miſce, & fiat vnctio.

Ad idem valet ſequens fomentatio.

Recipe olei communis vnc. j. terebinthinæ vnc. ij. croci ℈ ß. Miſce, & calefactis ad ignem, & cum petia lanea, alba, infuſa in oleo, & fortiter expreſſa, ponatur ſupra ventrem calida.

Ad idem.

Ventoſa poſita ſuper ventrem & vmbilicum: Sedat enim dolorem, vt plurimum à ventoſitate factum.

Ad intra autem clyſtere
appropriatum.

Recipe olei cõmunis, vel chamæmelini, vini potẽtis albi ℥ v. butyri recentis ℥ iij. ſacchari rubei ℥ j. vitellũ j. oui, ſalis ʒ j. Miſce. Aliqui faciunt ſuppoſitorium, hoc modo: Recipe pulueris hierę, picrę, ſalis gẽmei ſubtiliter pulueriżati, ana ʒ ß. mellis ſufficiẽter cocti q. ß. pro duobus ſuppoſitoriis. Miſce. Per os inter cætera cõmendatur comeſtio

allii

allii coƈti,vel crudi, ità quòd cõmendatur eſus illius cum modico panis;deinde bibatur vinum potens,in modica quantitate.

Ad idem.

Recipe diacymini,diagalãgii, añ.ʒ ß.Detur parũ,cũ modico vini potentis. Laudatur etiam cornu ceruinũ vſtũ, cum vino pleno.

Ad idem.

Fiant cõmuniter balnea artificialia, vt ſemicupium, ea tamen lege vt corpus ſit purũ,mundũ,& purgatũ. Fiat ergo tale,Recipe chamomillę,meliloti, anethi,pulegii,calamenthi,parietariæ,ſtipitum alliorũ,fœniculi,ana M.ij.aniſorũ.fœniculi,ana ℥ j.Bulliant in media corba aquę, ad conſumptionẽ tertiæ partis. Deinde effundatur aqua in tinam,in qua patiens ſedeat, ita quòd aqua non aſcendat vmbilicũ, & pertingat ad hepar. Fiat etiam in hoc caſu balneum,ex ſolo oleo cõmuni calido, tepidè factum,in tina, quod etiam valet,vt dicunt aliqui. Quando autem ea quæ ordinata ſunt pro ſedatione doloris non contulerint,veniendum eſt ad narcotica,& ſtupefacientia. Aliquibus tamẽ priùs obſeruatis conditionibus,ſcilicet:

1 Quòd virtus non ſit debilis valde,neque calor naturalis paucus , & debilis, cũ paucitate ſpirituũ . A narcoticis enim magis proſterneretur virtus , & magis extingueretur

naturalis calor debilis.

2 Secundò aduertendum eſt, quando eſſet dubium, quòd materia faciens dolorem cõuerteretur ad aliud membrum magis habens nocere, puta ad neruos, tunc melius poſſumus exhibere narcotica, quàm quando materia eſt quieta. Et ratio eſt hęc: quia quando materia eſt mutabilis ad aliud mẽbrum, vbi plus habet nocere, & magis ſubtilis illa materia, ergo peior eſt talis permutatio. Quando autem quieta eſt, & craſſa, plus debemus cauere narcotica.

3 Tertiò obſeruetur modus, & doctrina Rhazis, in capit de colica. Bonũ eſt cũ illis exhibere illa, quæ reſoluunt cauſam facientẽ dolorem. Vnde Rhazes cum exhibitione philonii, quod eſt narcoticum, exhibet ſcammonium, ſi intẽtio eſt euacuare choleram, &c. Et ſic ex aliis: Adminiſtretur ſecundum exhibitionem euacuandi alium humorem, cum narcoticis. Ad propoſitum ergo veniendo ſicut dictum eſt: Vbi alia nõ cõtulerint, & res ſit poſita in deſperatione, ſecũdũ Meſueum exhibeantur ſequentia narcotica. Et primò in forma electuarii: Recipe philonii Romani, in deſcriptione Meſuei, quod communiter vſitatur ℈ ij. diagalangii tantundẽ. Miſce, exhibeatur ſtomacho ieiuno, manè ante diem, cum modico vini, albi odori, &

antiqui. Poſſumus autem hanc doſim auge re vſque ad ʒ j. diaphœniconis ℥ j. ß. Miſce & exhibeatur vt ſuprà. Et ſic facimus ſimul curam regularem, & coactam.

Sequitur cholagogum opiatum.

Si intentio eſt euacuare choleram, cum philonio miſceatur tantũdem electuarii ſucci roſarum, in forma pilularum. In caſu ſtãte materia phlegmatica, poteſt ſic exhiberi.

Recipe pilularum de aloe lota ſcrup. iiij. opii, croci, ana gra. j. Reficiantur pilulæ, numero v. vel vij.

Ad idem alia pilulæ plurimum vſitatæ, quæ valent ad ſedandum dolorem, & in fluxu dyſenterico.

Recipe pilularum de cynogloſſa, vel alkeide, ordinatarum à Meſueo, in antidotario, diſtinctione de pilulis, ſub hoc titulo: Pilulæ ad omne genus catarrhi, authoritate Alexandri, &c.

Ordinatio pilularum de cynogloſſa ſoporificarum, prout vſus eſt Leonellus.

Recipe pilularum de cynogloſſa ſcrupo. j. & grana vj. Reficiantur pilulæ numero tres. Et vna exhibeatur de ſero, quando vadit dormitũ. Remouet enim ſimul dolorẽ, & prouocat ſomnum. Et eſt expertum.

Confortatio.

Confortetur ſtomachus cum his,quę applicantur in mala cõplexione frigida. Sicut aromaticum roſatum, diagalanga,diatrion pipereon, &c. Ab extra verò, vngendo ſtomachum, & inteſtina, cum oleo de ſpica,& aliis ſuprà dictis ca.de doloribus ſtomachi, etiam cum clyſteri facto ex oleo, & vino,dicto ſuperiùs.

Additamenta propria.

DECOCTVM galli annoſi colicæ phlegmaticæ ex frigida intemperie medetur, & fit hoc modo:Recipè gallum antiquum,percutiatur virga,& illico interficiatur, deplumetur,& farciatur carthamo,polypode,aniſo ,calamentho,& cinnamomo. Quibus ſimul elixatis fiat colatura : de qua potetur, & eſt res experta.

Potus ad idem.

Recipe ſucci iridis ℥ ß. vel ʒ vj. pulueris eſulæ ʒ ß. vel ℈ ij. electuarii dulcis Nicolai ʒ iij.Miſce cum hydromelite,& detur potui calidè,& phlegma craſſum educit.Pòſt detur ʒ j.de iſta tragea:Recipe radicis helenii, cinnamomi,ana ℈ ij galangii,aniſi liquiritiæ,ana ℈ j.radicũ ireos,zingiberis,añ ℈ ß. macis,caryophyllorum,nucis moſchatę ana g̃ j. tertiã.Omnibus pulueriſatis,& admiſto

ſacch

ſaccharo q ß. fiat tragea, qua vtatur cum claretо, & pane toſto, vel cũ vino decoctionis caryophyllatæ, menthæ, & galangii.

De Colica atrabiliari,

Cap. XLIII.

Cauſæ.

CAuſa colicę atrabiliaris, eſt ipſa atra bilis, colon pungens, & mordicans.

Cura.

IN cura colicæ melancholicæ, præcipitur lenire ventrẽ & deoppilare, tandem minorare materiá cum clyſteribus, & aliis: vt quo ad primã intentionẽ ordinetur tale clyſtere: Recipe centaurii minoris, chamomillæ, pulegii, origani, ana M ß. vel j. folliculorum ſenę, epithymi, polypodii, ana ʒ ij. meliſſæ, buglоſſę, ana M. ß. hellebori nigri ℥ ij. Fiat decoctio rerũ harum ſecundũ artẽ, puta ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde coletur, & de colatura accipe ſacchari rubei ℥ j. hieræ picræ, hieralogodii, ana ℥ j. electuarii Indi maioris (aliàs maioris, & minoris) diaſenæ, ana ℥ ß. olei rutacei vnc. iij. ſalis communis drachmas duas. Miſce, fiat clyſtere.

Minoratiuum.

Recipe confectionis Hamech, electuarii Indi, ana ʒ ij. Miſce, & fiat bolus cum ſacharo, & exhibeatur ante diem manè.

In forma pilularum.

Recipe pilularum aloëphanginarum, de lapide lazuli, ana drach. ß. Miſce, fiant pilulæ quinque & exhibeãtur. Ante tamen minorationẽ in cura colicæ melancholicæ, ordinẽtur digeſtiua, poſt digeſtionem eradicatiuam minoratio adhibeatur. In cura colicę ſimiliter in primis fiat lenitio vẽtris, & deoppilatio inteſtinorũ, vnde materia poſsit per anũ exire: deinde minoretur materia cum tali clyſteri: Recipe chamomillæ, anethi, meliloti, pulegii, calamenthi, ana M. ß. ſeminis endiuiæ, portulacę lactucæ, ana ℥ j. Fiat decoctio, de qua accipiãtur ℥ xv. In quibus diſſolue ſacchari rubri, olei chamæmelini ℥ iij. ſalis communis drac. ij. Miſce, & fiat enema. Si vis habere fortius, adde electuarii ſucci roſarum ℥ iij. Deinde procedatur digerẽdo, & euacuando, cum appropriatis.

Adiectitia medela.

PRIMO purgetur humor melãcholicus, cum his pilulis: Recipe pilularum ſine quibus, aggregatiuarum, de quinq; generibus myrobalanorum ana ℈ j. cum ſyrupo de fumo terræ reformẽtur pilulæ numero ſeptẽ vel octo. Pòſt detur micletæ Nicolai, vel tryphere magnæ, aut athanaſiæ ſcrup. j. aut alter, per ſe, vel cum aqua baſilici, ſeu meliſſę.

Syrup

Syrupus melancholiæ eductiuus, Curtianus.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, violarũ, ana ℥ ß. radicum boraginis, bugloſſæ, ana ℥ ß. paſſularũ pinguium, fumiterræ, epithymi, ſenæ, polypodij quercini, ana ʒ vj. Bulliant ſimul, &c. Pro delicatis in ſaccharo, in brodio pulli q. ß. Pro aliis autem adde hellebori nigri præparati ʒ j. Colati recipe q. ß. ad diſſoluendum, electuarij lenitiui. diaſenæ, ana ʒ iij ß. Miſce, fiat potus.

Item iniiciatur clyſtere paratũ ex decocto ſenæ, epithymi, fumi terræ, ſtœchadis, mercurialis, atriplicis, & chamomillæ, oleo violato, luteis ouorum ſale, cum admiſtione hieræ compoſitæ, diaſenæ, & hieralogodij, ſimul concretis, ad formam enematis.

De Colica ventoſa,

Cap. XLIIII.

Cauſa.

CAuſa colicæ ventoſæ eſt ventoſitas, & omnia flatus generantia.

Cura.

COLICA ventoſa eiſdem intentionibus curatur, quibus phlegmatica. Sedatio tamẽ doloris, pluribus fit modis. Quorũ primus eſt, cũ lenitiuis: de quibus in phlegmatica. Secundus cũ aperiẽtibus poroſitates cutis,

ventris. Vnde fiat ſacculus talis, ventoſitates reſoluens.

Sacculus carminatiuus.

Recipe furfurum miliaceorum, aniſorũ, fœniculi, pulegij, ana M. ß. ſalis communis ℥ ij. calefiãt in vaſe, ſine aqua, deinde ponantur in ſacculũ, qui calidus ſæpe applicetur.

Fomentatio ad idem.

Recipe pulegij, calamenthi, origani, menthaſtri, chamomillæ, ana M. ß. cymini, fœniculi, aniſi, carui, ameos, ana ℥ ß. Contundantur iſta, & bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, &c.

Deinde inungatur vnctione iſta.

Recipe olei rutacei, liliacei, amygdalini amari. ana ℥ ij. cymini, carui, ameos, nigellæ, carthami contuſi, ſeminis rutæ, ana ʒ j. Bulliant omnia iſta cum dictis oleis, & in ℥ iij. vini potentis, ad conſumptionem vini, deinde exprimatur oleum, & cum pauca cera fiat vnguentum.

Aliud ad idem.

Recipe colocynthidis interioris ℥ ß. olei communis, butyri recentis, ſine ſale vnc. v. Contundatur pulpa colocynthidis cum oleo & butyro, bulliat per tertiam horæ, deinde vnge ventrem.

Empla

Emplaſtrum ad idem.

Recipe emplaſtri de baccis lauri ℔.ß. Remolliatur cum oleo liliaceo, & ſuprà ventrẽ ponatur. Tertius modus ſedandi dolorem, eſt cum extrahentibus ventoſitatem, ſicut cũ ventoſa lati orificij, applicata loco dolenti, ſubitò ſedat dolorem, quaſi arte Magica fiat. Sedat & matricis dolorẽ. Quartus modus ſedandi dolorẽ, fit cũ clyſteribus ducẽtibus inferius, quale eſt illud: Recipe cẽtaurij minoris, pulegij, calamenthi, mẽthaſtri, origani, chamomillæ, añ M.j. carui, ameos, cymini, ſeminis rutæ, nigellæ, ana ℥ j.ß. olei chamæmelini, communis ana ℥ vj. vini potentis ℥ v. Bulliant omnia ad conſumptionem vini. Et colaturæ adde ſacchari rubei ℥ j.ß. Miſce, & fiat clyſtere. Eſt expertum. Quintus modus eſt per ea quæ inferius & ſuperius educunt ventoſitates.

Electuarium carminatiuum.

℞. Diagalangi j. diacymini, theriacæ antiquæ, ana ℥ ß. Diſſoluantur in vino potenti, & exhibeatur. Poſſunt & alia exhiberi electuaria, in doſi ℥ j.ß. ſine etiam liquore: vt electuarium de baccis lauri. diagalanga, diacyminum, theriaca, Mithridaticum, & his ſimilia. Sexto modo euacuatur ſecundum huc modum: Patiens faſcietur ſecundum, vel circa ventrem ſtrictè: deinde liga-

tus iaceat ſuper puluinari coriaceo, ſupra ventrē, & pendeant manus, & pedes ad terram. Poſtremus modus eſt, vt patiens toleret famem, & ſitim, & exercitetur fortiter.

Appoſititia medela.

DETVR potui decoctio hæc carminatiua: Recipe ſeminis aniſi, ſeminis fœniculi, dauci, carui, ameos, rutæ, cymini, polypodij, ana ℥ j. Bulliant in aqua ſecundū artem. De quo bibat hauſtum calidè, manè & ſerò.

Clyſtere.

Vel fiat ex eodem decocto clyſtere, additis oleo rutaceo, chamæmelino, laureo, & caſtorino: In quo diſſoluatur ℥ j. vel ij. philonij Rhazis ſolutiui, & inficiatur.

Clyſtere ad idem.

Recipe ameos, carui, anethi, rutæ, ana ℥ j. Decoquantur in ß. q. olei communis, & vini maluatici. Coletur cum expreſsione. Cuius decocti recipe q. ß. pro vno clyſteri. Cui adiunge, pinguedinis anatinæ, & gallinaceæ recentium liquefactæ, ana ℥ j. caſtorij pinguis ℥ ij. oleorum chamemelini. lilini, ſeſamini, lini, fœnigræci, vel mucilaginis eorum, & malumi, & amygdalini dulcis, ana ℥ ß. Fiat enema.

Clyſtere carminatiuum, in colica ventoſa.

Recipe aniſi, fœniculi, florū chamomillæ,

ameos

ameos, cymini, carui, ſeminis anethi, an̄ partes æquales. Contundantur, & fiat decoctio in cyathis ternis olei communis videlicet, & tantundem aquæ fontanis, vſque ad excoctionem prædictæ aquæ, & facta expreſſine, imponatur prędictum oleum, & eſt ſanè optimum ac probatiſsimum.

De Colica ex ſiccitate, & retentione fæcum, Cap. XLV.

Cura.

QVæ tres exigit intentiones. Quarum prima eſt mollificatio fæcum, & applanatio inteſtinorū. Secunda, fæcum eductio. Tertia, remotio cauſæ ſiccitatis fæcū.

Mollificatio.

Clyſtere mollificatiuum fæcum. Recipe ℔.j. olei communis, butyri recentis ſine ſale ℥ iij. Miſce fiat enema.

Aliud, quod exhibetur per os.

Recipe brodij caponis, vel gallinæ, vel caſtrati cocti, ℥ xv. ſacchari ʒ ß. Miſce, & bibat calidè.

Aliud in forma clyſteris, valde mollientis.

Recipe brodij decoctionis carnis pinguis, & capitis, vel inteſtinorum caſtrati, vel extorum agnelli craſsi, vel hœdi, ℥ viij. olei communis, vel amygdalini dulcis ℥ vj. Miſce, fiat clyſtere.

Aliud

Aliud per os exhibendum.

Recipe brodij galli antiqui ℥ vj. & bibatur. Et ſi placet, potes aliquid mollificatiui, vel lenitiui, cum hoc miſcere. Faciunt etiam ad rem caricæ pingues conſeſtæ, pruna Damaſcena, ſiue recentia, ſiue ſicca, vitelli ouorum gallinarum, vuæ paſſæ, abſque arillis comeſtæ ante cibum, idem faciunt.

Lenitio ventris.

Recipe paſſularum nigrarum ſine arillis, cochlearia duo. Bene maſticentur, & deglutiantur. Deinde immediatè bibatur ſequens brodium. Recipe brodij pinguis gallinarum, vel caſtrati ℥ vj. In quo diſſoluatur ſacchari rubei ℥ j. Et calidum immediatè bibatur poſt paſſulas.

Aliud.

Recipe olei communis boni ℥ vj. vel viij. Et calidè bibatur. Quantum autem ad exterius applicata, fiat hoc emplaſtrum: Recipe foliorum maluæ, blitis, radicum althææ, ana M. j. ß. farinæ ſeminis lini, farinæ ſeminis althææ, vna ℥ j. herbæ bulliant cum radicibus ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur, & cum dicta decoctione, & dictis farinis, reducantur ad formam emplaſtri. Cui adde butyri recentis ſine ſale vncias quatuor. Fiat emplaſtrum, & applicetur circa ventrem.

Aliud

Aliud.

Recipe olei amygdalini dulcis,butyri recentis, ana vnc. iij. Miſce ſimul,liquefacto priùs butyro,fiat vnctio.

Eductio fæcum.

Recipe brodij valde pinguis,in quo bulliant ficus ſiccæ pingues, ſebeſten, ana nu. v.paſſularum enucleatarum ℥ ß. Poſtea de dicto brodio bullito,cum prædictis colato, accipiatur ℔ j. & ℥ iij. In quo diſſoluantur caſiæ ʒ vj.olei communis ℥ iij.ſalis parum. Et exhibeatur.

Aliud ad idem.

Recipe paſſularum enucleatarum,liquiritiæ raſæ, vna ℥ ß.ſebeſten nu. viij.iuiubarum num.x.caricarum pinguium num. iiij. Bulliant omnia in ß.q.aquæ ad cõſumptionem medietatis, vel tertiæ partis. Deinde coletur,& de colatura recipe q ß. ad diſſoluendum caſiæ optimæ pinguis, nouiter extractæ ʒ x,vel loco caſię accipiãtur mannæ ℥ ij.Miſce,fiat potus, qui calidus per os aſſumatur.Et ſi hæc non ſuffecerint,dentur pilulæ aloëphanginæ, vel pilulæ aloës lotæ, vel diaphœnicõ,quę eſt medicina ſecuritatis,& caſia. Et ſi hæc non ſuffecerint,addãtur in clyſteriis ſuperiùs ordinatis,pro mollificatione,caſia,vel hiera picra, vel aliquid mellis crudi,puta ℥ iij. vel vnc.j. caſiæ, vel

drach.

drach.vj.hieræ picræ. Per talem enim additionem fortificabuntur.

Remotio cauſæ ſiccitatis fæcum.

Si ſit à cauſa primitiua, vt cibus, vel balneum remoueantur. Si propter nimiã caliditatem, & ſiccitatem hepatis, infrigidetur, & humectur cũ epithematibus, & coniunctionibus, dictis ſuprà in cap. de hepatis ægritudinibus. Si propter oppilationẽ felis, pori deoppilẽtur cũ dictis in capite de ictericitia. Si ob debilitatem expulſiuæ inteſtinorum, fiant clyſteria præmiſſa: in quibus ponatur multùm ſalis, vt virtus excitetur. Si verò ex obtuſione ſenſus inteſtinorum, detur theriaca per os, vel Mithridaticum, vel electuarium de baccis lauri exhibeatur.

Additiones propriæ.

SYRVPVS in colica ex ſiccitate, & retẽtione fæcum expertus. Recipe aquarũ maluæ, chamomillæ, parietariæ, aquæ decoctionis prunorum, ſebeſten, iuiubarum, polypodij, doronici, omnium ℥ vj. ſyrupi boraginati bugloſſati ℥ ß. In quibus diſſolue, electuarij lenitiui, diacaſiæ, ana ʒ j. ß. electuarij eleſcoph, de pſyllio, de ſebeſten ſolutiui, ana ʒ j. & ℈ j. Miſce, fiat hauſtus, calidè nocte ſumendus.

Enema

Enema expertum, quod mollit, fæces educit, & humectat.

Recipe decoctionis capitis caſtrati, vel gallinæ pinguis, factæ cum quinque herbis mollificantibus, videlicet, maluæ, biſmaluę, violariæ, brancæ vrſinæ, meliloti, item mercurialis, parietariæ, ciclæ, & betæ, ana M.ß. & trium florũ cõmunium frigidorũ, videlicet, violarũ, boraginis, & buglosſę, ana pug. iij. vel iiij. Cuius decoctionis recipe ℥ xij. vel xv. Quibus adde olei chamęmelini, anethini, ana ℥ ij. butyri ℥ j. vnguentorum liquefactorum, & colatorum, videlicet, diathææ ſubtilis Nicolai, de adipibus, & de mucilaginibus cereitate ſeiuncta, ana ʒ j. ſalis ʒ j. Miſce, & fiat enema, ſecundum artem.

De Colica, ab apoſtemate calido inteſtinorum,

Cap. XLVI.

Cura.

PRimò educantur fæces cũ clyſteribus lenitiuis, ad frigidum trahẽtibus, ſicut cum decoctione ſeminum frigidorum, vel hordei, matris violarum, blitis, iuiubarum, ſebeſten, &c. In qua decoctione rerũ dictarum diſſolue ſacchari vnc. j. olei violati vnc. iij. ſalis drach. ij Miſce, fiat clyſtere. Deinde

facta

facta lenitione, fiat phlebotomia baſilicæ, ad vj. vel vij. vnc. ſanguinis. Poſtea veniendo ad cauſas coniunctas, fiant clyſteria lenientia, habentia frigiditatem, cum aliqua ſtypticitate. Sicut exempli gratia, fiat clyſtere ex decoctione croci & violarum. Et ſumat lib. j. huius decoctionis: In qua diſſolue olei roſarum ℥ iij. ſalis communis parum, ſacchari rubei ℥ j. Miſce.

Vnctio repercuſsiua externè applicanda.

℞. Olei roſarum, violarũ, ana ℥ j. Miſce.

Vnctio alia, in augmento apoſtematis adhibenda.

Recipe olei roſarum, violarum, chamomillæ, ana ℥ ß. vel j. Miſce.

Vnctio in ſtatu bona.

Recipe olei anethini, amygdalini dulcis, chamæmelini, ana ℥ ß. vel j. Et poteſt etiam fieri emplaſtrum ex decoctione maluarum, chamomillæ, radicum althææ, farinæ fœnigræci, & ſeminis lini. Et miſcendo fiat emplaſtrum.

Annexa pharmaca.

FIAT iniectio cum decoctione origani, hibiſci, chamomillæ, furfurũ fœnigręci, carthami, additis olei linini, behenini, œſypi humidæ, dialtheæ, olei nucei, olei lentiſcini, floris lactis, mellis violacei, ana parum. Miſce,

ſce, fiat clyſtere. Ab intra vtatur diabutyro Iſahaci, vel communi, manè & ſerò. Sanat enim apoſtemata inteſtinorum & dolorem colicum ex hoc cauſatum mitigat.

De Colica ex apoſtemate frigido inteſtinorum,

Cap. XLVII.

Cura.

SI autē ex apoſtemate frigido inteſtinorum proueniret, eo modo procedatur, quo in calido. Primò leniendo ventrem. Secundò faciendo phlebotomiam baſilicæ.

Poſtea in principio apoſtematis apponātur repercuſsiua: vt ſunt oleum roſatum, maſtichinum, &c. Quæ ſunt in hoc caſu conuenientia. In augmento adhibeatur oleum maſtichinū, vel liliaceū, ſiue amygdalinum dulce. In ſtatu verò reſoluentia conueniūt. Vinum multæ permiſtionis aquæ, præparat inteſtina ad colicam. Auicenna Fen. 16. li. 3.

De Hydrope, *Cap.* XLVIII.

Definitio.

HYdrops, eſt error virtutis vnitiuæ in toto corpore, ſequens mutationē virtutis digeſtiuæ, in hepate, Et ita.

2 Hydrops eſt error virtutis digeſtiuæ in hepate.

Bertrucij definitio.

3 Hydrops eſt morbus materialis,cauſatus ex refrigida,plurima,ingrediente,& inflante membra omnia manifeſtè, aut loca partium,in quibus regimen ciborum,& humorum.

Champerius.

4 Hydropici dicuntur,quos aqua inter cutem malè habet.

Alexander.

5 Hydrops eſt paſsio chronica, ex frigiditate hepatis generata:quia virtus hepatis cibos nō coquit,nec in ſanguinis ſubſtātiam conuertitur.

Auicennæ definitio.

6 Hydrops,eſt ægritudo materialis cuius cauſa eſt materia frigida exhuberans,& ingrediens per membra, vnde creſcunt,& inflantur membra manifeſtè, omnia autem loca partium interiorum ſunt vacua.

Idem.

7 Hydrops eſt apoſtema aquoſum, vniuerſale.

Ethymologia.

Hydrops ab hydor Græcè dicitur,quod eſt aqua.

Cauſæ.

COMMVNIS omnium hydropum cauſa eſt

ſa eſt

ſa eſt,humoris nimia abundantia,& frigus nimium,hepatis, ac ſtomachi dyſcraſia. Si plura petis,quære cauſas ex Gordonio,Bertrucio,Aetio,&Galeno lib.3.de ſymptomatum cauſis. Species hydropis tres: Aſcites, Tympanites,& Hypoſarca.

De Aſcite, Cap. XLIX.

Definitio.

Aſcites, vel Aſclites dicta eſt paſsio, in qua venter, cruráque extumeſcũt,ſuperiores autem partes extenuantur,& marceſcunt.

Idem ſuper Aphoriſmos.

Aſcites ab vtre dicitur, propter ſimilitudinem, in quo materia collecta,eſt humor aquoſus,& generatur à frigore.

Cauſæ.

Aſcites fit ab aggregatione aquæ plurimæ,& ventoſitatis paucæ,incipítq; à vitio hepatis,& terminatur ad vitium ſtomachi. Aſclites fit ex tenui humore,& ventoſitate. Aſclites fit de cauſa calida,quantum ad cauſam antecedẽtem,licet cauſa cõiuncta ſemper ſit frigida, & cauſatur ex humiditate ſubtili,aquoſa,multa, cum modica ventoſitate.Et eſt deterior inter omnes.

Signa.

SIGNA aſclitis ſunt iſta: Pulſus paruus, & frequẽs, & ſi venter agitetur, ſonat ſicut vter ſemiplenus aqua. De eadem materia ſcribit Gilbertus, in capite proprio.

Aphoriſmi.

1 AVTVMNO verò, & plurimi æſtiui mor bi fiũt & febres quartanæ, & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem &c. Aphor. 22. lib. 3.

2 Aquâ intercute laborantibus, hulcera in corpore facta, difficulter ſanantur. Aphoriſ. 8. lib. 6.

3 Quicunque ſuppurati, aut aquam intercutem patientes vrũtur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua vniuerſum effluxerit, omnes moriuntur. Aphor. 27. lib. 6.

4 Quibus tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neq; aliter ſoluitur, in hydropem ſiccam firmatur. Aphor. 11. lib. 4.

5 Aqua intercute laborãtibus, tuſsis ſuperueniens, malum. Aphor. 35. lib. 6.

6 Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniẽte diſnia longa hydrops innaſcitur, aut lienteria, & moriuntur. Aphor. 43. lib. 6.

7 In mania, dyſenteria, aut hydrops, vel mentis alienatio, bonum. Aphor. 5. lib. 7.

8 Aqua intercute laborans, ſi à tuſsi habeatur, deſperatus eſt. Aphor. 48. lib. 7.

9 Quibus hepar aqua plenum in omẽtum eruperit, his vẽter aqua repletur, & moriuntur. Aphor. 56. lib. 7.

10 A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna nõ ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel talem aduenire. Aphor. 12. lib. 6.

11 Ab aqua intercute habito, ſi aqua per venas in vẽtrem defluxerit, ſoluitur morbus. Aphor. 14. lib. 6. De hac materia paſsim ſcribit Hippocrates in Aphoriſmis, & in Prognoſticis, & in III I. Regiminis Acutorum. Vbi tantùm duas hydropiſis ſpecies ponit: Galenus ibidem, &c.

Cura aſclitis.

CVRA hypropiſis variari debet, ſecundum diuerſas eius ſpecies. Tamen ante ſpecialem curam iſti canones obſeruentur. Quorum primus iuxta Auicennam, cap. proprio: Exiccatio, & extractio ſuperfluitatum. Qui canon tamen magis conueniens eſt in aſclite, quàm aliis. Secundus canon ſumptus ex Auicenna, cap. proprio, eſt apertio pororum corporis, & cutis. Vnde Haly Abbas, tertio Practicæ, cap. proprio inquit: Nihil adeò hydropiſi nocet, ſicut pororum reſtrictio. Veniendo ergo ad curam, pri-

mò,ponatur cura aſclitis: quæ perficitur ſex intentionibus. Prima ponit debitum regimen in vita. Secunda ſuperfluitates minuit. Tertia digerit aperiēdo & cōfortando mēbra vniuerſalia, præcipuè ſtomachū & hepar. Quarta eradicat materiā. Quinta corrigit accidētia. Sexta prohibet recidiuā, quæ ſæpe contingit in iſta paſsione, ex modica cauſa. Et quia aſclites quandoq; fit à cauſa calida, quandoque à frigida, primò ponatur cura à cauſa & interim etiam à calida.

Diata.

REGIMEN vitæ totum vergat ad contrarium cauſæ. Aër in aſchte à frigida cauſa debet eſſe calidus & ſiccus, & ſit luminoſus, nō vētoſus. Habitet in loco alto à terra, puta in ſolari, & non prope terram, præcipuè humidam, neq; prope fontes, & aquas, imò nō in loco, vbi poteſt videri aqua: quia propter ſitim aliquādo coguntur bibere. Vnde Auicenna: Non videant aquam, neq; bibāt. Feneſtræ cameræ ſint ad Orientem. Aër ſit ſiccus, ſi non naturaliter, fiat arficialiter cū igne, vel ſuffumigiis calefacientibus, exiccantibus, & odoriferis. Si autem cauſa ſit calida, tunc aër debet diſponi aliqualiter ad frigidum, non multùm tamen, ita quòd declinet ad ſiccum.

Cibus,

Cibus, & potus.
Regulæ generales.

Prima, Infirmus ſit parcus in cibo & potu Auicenna cap. proprio, Rhazes, nono Almã ſoris, Haly Abbas tertio practicæ dicunt: Arce ipſum à multo cibo, quoniã virtutem aggrauat, digeſtionem prohibet, humiditatem auget, & calorem naturalem debilitat, & ſuffocat. Et dicit Rhazes in textu: Patiatur famẽ, & ſitim, plus tamen ſitim. Secunda regula ſumpta eſt ab Auicenna, tertia primi: Quòd non comedat, niſi prius cibus ſit digeſtus, nec ex corruptione cibi ſupra cibum alium, multiplicentur ſuperfluitates. Veruntamen ſi contingat aliquẽ vehementer pati famẽ, ante digeſtionem primi cibi, aliquid maſticet, ſed non tranſglutiat. Tertia, In eadem menſa non ſumantur diuerſa cibaria. Quarta, Patiens decedat à menſa, adhuc relictis non ſatur, &c. Incipiendo ergo à pane, ſecundum dictum Auicennæ, Panis conueniens eſſet hordeaceus: quia facilis digeſtionis, tendens ad ſiccitatem: Quem ſi quis abhorreat, faciat panem ex farina frumentanea, & in paſta ponatur puluis factus ex aniſo, & fœniculis: non ſit factus ex farina munda à furfure, imò remaneat aliquid furfuris, & ſit vnius dici, nec plu

 rium

rium,quàm triū. Carnes ſint perdices,phaſides,turtures,merula, leporinæ, capreolinæ,caſtratinæ:bouinę autē non conueniūt. quāuis ſint ſiccæ,quia difficilis digeſtionis. Serò ſint aſſatæ,manè elixæ. Fercula multùm brodialia nō conueniunt: ſed facta ex pane cocto in brodio. Oua ſine agreſta conceduntur. Brodium cicerū nigrorum, cum quibus decoquantur radices fœniculi,apij, petroſilij, quia humiditates trahuntur ad vias vrinæ. Omnia holera vitentur,quia humida vt plurimum. Fructus tamen conuenientiores ſunt,amygdala, nuclei pinei, piſtaciæ, auellanæ. Conceduntur etiam vuæ paſſæ, oua præcipuè vitella ſecundū omnē modum adminiſtrationis conueniunt:Lac, caſeus recens butyrum nō conueniunt. Tamen lac camelorum eſt laudandum, quod à proprietate valet. Potus debet eſſe vinum album,ſubtilè,potiùs antiquū,quàm nouū, & modicæ quantitatis. Potus aquę omnino vitetur. Imò, inquit Auicenna, non videat aquam hydropicus,nedum bibat. Si tamen contingeret,quòd infirmus ex cōſuetudine non poſſet bibere vinum, bibat aquam artificialem, ſicut endiuiæ,fœniculi,abſinthij per alembicum deſtillatā. Si autem eſſet à cauſa calida, bibat vinū pauciferum, valde miſtum cum aqua endiuiæ. Potiùs vigiliæ

exced

excedẽtes, quã ſomnus excedẽs cõueniũt. Vnde ſomnus nullo modo ſit diurnus, ſed nocturnus, potiùs diminutus, q̃ ſuperfluus. Exercitiũ magis conuenit, quã quies. Vnde exercitetur ante cibũ manè, & ſerò, quouſq; aliqualiter fatigetur. Et ſi non poſſet moueri, fiãt fricationes circa totũ corpus, cũ panno lineo, aliqualiter aſpero. Procuret habere euacuationes naturales, quãtũ poſsibile ſit, ex vẽtre, vrina, &c. Accidentia animi omnia vitet, quæ humectant, vt eſt timor, triſtitia, quæ calorem naturalem ſopiendo, ſunt cauſa, quare non fiat bona digeſtio, furioſitatem, indignationẽ. Coitus etſi exiccet, plus tamen nocet, debilitãdo calorẽ naturalem.

Minoratio.

CVRATIO minoratiua debet fieri cũ medicinis benedictis, & lenibus. Primò fit cum hiera picra, in frigida cauſa. Et in calida, cũ rhabarbaro, & ſimilibus. Fiẽda eſt iterata euacuatio & nõ in vna vice multa. Phlebotomia non fiat, niſi in tribus caſibus: ſcilicet quãdo hydropiſis pẽdet ab apoſtemate hepatis, aut à retentione ſanguinis mẽſtrui, vel hæmorrhoidarũ. Et cauſa eſt q̃a phlebotomiã debilitat hepar. Ex cuius debilitate cauſatur hydropiſis. Similiter quãdo materia, quæ ex cauſa coniuncta, ꝑ phlebotomiã

educi non poteſt. Vomitus quandoq; cõfert diuertẽdo & euacuando. Similiter clyſteria, in quib' ingrediũtur iſta, quę iſtas materias euacuant. Euacuãtia materiã facientẽ aſcitẽ, quæ eſt aquoſitas, quædã euacuãt à proprietate, quædã per ſimilitudinẽ. Euacuantia à proprietate, quædã ſunt fortia, quædã media, & quædã debilia Fortia ſunt, vt mezereon, laureola, ſuccus cucumeris aſinini, euphorbium, colocynthis, ſoldanella, & huiuſmodi talia. Mediocria, vt ſerapinũ, apiũ, ſuccus ireos, &c. Debilia, vt rhabarbarũ in calida, hiera picra in frigida, cum qua miſcetur agaricus, vel electuarium Indum, vel aliud ſimile. Soluẽtia ergo in aſclite aquam quædam ſunt quæ à proprietate aſcliti, quę omnino hydropiſi, coram, & à proprietate valentia: vt ſuccus ireos, qui debet propinari non coctus, ſed crudus, & iſto modo fit: Accipiatur radix, bene mundetur à cortice exteriori, poſtea piſtetur, & ſuccus ponatur in cyatho, donec faciat reſidentiam, deinde cum illo ſucco clarificato (dicit Gordonius) accipiatur quantum media teſta oui capit, & cum tantidem aquæ mellis, vel ſacchari, calidus accipiatur, & non decoquatur, quoniam virtutẽ perderet. Et debemus de iſto ſucco dare ſæpe, bis per hebdomadam, ad minus. Euacuat quatuor vel quinque ſedes illius

illius aquę copioſe. VndeGordonius refert: Si hydrops manu humana curari nō poteſt curatur hac medicina.

Alia medicina, quæ valet in omni ſpecie, & maximè in aſclite.

Recipe radicum palmæ Chriſti munden tur, & eodē modo, quo radix ireos piſtetur & extrahatur ſuccus vt ex radice ireos, dein de de illo ſucco recipe ʒ ij. vel ij. ß. Et poteſt exhiberi ſolus, vel cum aqua ſacchari. Nam eodē modo euacuat, quo ſucc' ireos, & vir tuoſus eſt ſicut ille, & non vrit, neq; ex aſpe rat, ſicut alter. Nicolaus Florentinus vteba tur iſto, loco alterius.

Alia à proprietate, experta à Gordonio.

Recipe ſucci radicum ſambuci, vel corti cis mediani, & florum eius, & depurētur. Va let vt ſuccus ireos, eodem modo exhibitus. Veniendo igitur ad ſpecialia in aſclite cura pro ſecunda intentione, quæ eſt minoratio, fiat primo tale clyſtere.

Minoratio.

Recipe blitis mercurialis, maluarum, pu legij, calamenthi, ana M. j. carui, ameos, ana drach. ij. carthami vnc. ß. agarici ligati in petia, drach. j. ß. Fiat decoctio ex omnibus iſtis, de qua accipiantur vnc. xv. In quibus diſſolue hieræ picræ ℥ j. electuarij Indi ℥ ß. ſucci ireos ℥ j. ß. ſalis communis drach. ij.

vitell

vitellũ j.oui olei rutacei ℥ iij. Hoc enim mi noratt aquoſitatẽ citrinã in ventre exiſtentẽ.

Pilula ad idem.

Recipe pilularum de hiera ſimplici de rhabarbaro Meſuei, aggregatiuarum, ana ſcru. j. Reformẽtur pilulæ nu. v. cum ſucco ireos. In hoc caſu valet brodiũ, quod ſic fit: Recipe radicum ireos, parum contuſarũ, ponantur in ollã, in qua decoquantur carnes pullorum, & maximè galli antiqui, remaneant in olla, quouſq; decoquantur perfectè carnes illæ: deinde de illo brodio exhibeantur vnc. iiij. vel. v. cum ſaccharo aliqualiter. Et minorat aquoſitatẽ in ventre. Ad idem valet ſoldanellã, hoc modo exhibita, ter vel quater in hebdomada. Accipiãtur de herba illa ſicca ℥ ij. & ß. & pulucrizentur ſubtiliter, deinde exhibeãtur ʒ ij. illius pulueris, cum vino. ante cibum, per duas horas. Recitant aliqui quòd eſt herba quædam, valde efficaciter euacuans ſine moleſtia, & vocatur Peta ſimodula (aliàs legitur Philipẽdula) apud Simonem Genuenſem. Eſt ſpecies ſaxifragiæ, & exhibetur eo modo quo ſoldanellã.

Pilula.

Pilulæ autem de rhabarbaro, poſitæ à Rhaze, ſunt bonæ pro minoratione materiæ: ponendo in eis de mezereon, & dando, ſcrup. ij. pro vice, vel ij. ß.

Digeſt

Digeſtio,& confortatio.

Tertia intentio implctur cum aperitiuis, inciſiuis,ſubtiliatiuis,& præparātibus materiam,& vias ſyrupis. Ergo in aſcli te à frigida cauſa fiat talis: Recipe ſyrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ſyrupi acetoſi, diarhodonis,ana ℥ ß.aquæ fœniculi,eupatorii, endiuię,ana ℥ j.Miſce,& exhibeatur vt alii.

In calida autem ſit talis.

Recipe ſyrupi acetoſi,diarhodonis,de endiuia,mellis roſati colati,añ ℥ ß.aquę cuſcutæ,endiuiæ,abſinthii,ana ℥ j.Miſce.

Eradicatio.

Intentio quarta in aſclitis cura,eſt materię tam eius,quę eſt forma cauſę antecedētis,quàm coniunctæ eradicatio. Quę perficitur primò per ſolutionem ventris. Secundò per prouocantia vrinam. Tertiò per prouocātia ſudorem. Quartò per venā vmbilicalem, Quintò per reſolutionem inſenſibilem. Sextò per cauterizationem, inciſionē, & veſicationem. Primò fiat euacuatio eradicatiua, cum dictis in euacuatione minoratiua, augmentando doſim. Communiter tamen dantur tales medicinæ, in forma pilulari,aut potionis.

In forma pilulari conueniunt iſta.

Recipe pilularum de hiera ſimplici,aggregat

gatiuarum, de rhabarbaro Meſuei, ana ℈ j. elaterij gran. ij. ß. Fiant pilulæ. Aliqui alij exhibēt etiam, & eſt fortius, quod nō debet exhiberi, niſi cum cautela. Recipe pilularū de elaterio ℈ ß. vel ad plus g̃ xv. Fiat pilula j quæ exhibeatur ante diem, per horam. Hoc modo fiant iſtę pilulæ. Recipe cucumeres aſininos, bene maturatos, & colligantur in finæ ęſtatis. Et cognoſcim⁹ eſſe maturos, quādo habent colorem bene citrinum. Deinde extrahatur ſuccus, nō tamen exprimē do, ſed ipſis perforatis, & inciſis, permittatur ſuccus exire, deinde ponatur in vaſe, & fiat reſidentia, poſt hoc accipiamus quod clarum eſt de huiuſmodi ſucco. Deinde accipiantur iſtæ ſpecies ligatæ in petia ſubtili infūdatur in dicto ſucco, & dimittatur quouſq; ſuccus incipiat bene inſpiſſari, deinde extrahātur, & exprimātur ita, quòd virtus earū remaneat in ſucco, deinde dimittatur ſuccus exiccari, ex quo ſic exiccato cum vino potēti reficiatur maſſa pro pilulis, & exhibeantur, vt dictum eſt, ſcrupul. ſemis, vel grana quindecim.

Species infundendæ ſunt iſtæ.

Cinnamomi electi, caryophyllorū, ligni aloes, calami aromatici, macis, zingiberis, piperis nigri, ana ℈ j. Puluerizentur ſubtiliter, & fiat vt ſuprà.

In forma autem potabili.

Recipe ſucci ireos ʒ ij. ß. cum tantundē aquæ mellis, eo modo quo dictū eſt ſuprà: vel de ſucco palmæ Chriſti tantundem, vt cum aqua ſacchari, & ille eſt ita vigoroſus, ſicut ireos.

Ad idem.

Recipe pulueris ſoldanellæ ʒ ij. vel iij. ſecundum exigentiam, ponātur cum vino vel brodio, eodem modo vt ſuprà. Euphorbiū cum colocynthide non dandum.

Secundo fiat vrinæ prouocatio.

Recipe radicis apij, fœniculi, petroſelini, aſparagi, rubeæ tinctorum, ana ʒ ß. Lauentur, & bene mundentur omnia, & nō abſtergantur cum cultello deinde extrahātur medullæ, & incidantur per fruſta, ac bulliant in ß. q. aquę, ad cōſumptionē medietatis, deinde colentur, & decolatura recipe ℥ iij. In quibus diſſolue trochiſcorū de lacca, ſubtiliter pulueri zatorū ʒ j. Et calidè exhibeatur.

Vel ſic.

Reci. dialaccæ ʒ j. Diſſolue in aquæ eupatorij, mēthaſtri, ana ℥ j. ß. Et exhibeatur &c.

Aliud ad idem.

Recipe calamenthi, menthaſtri, ana ʒ j. aliàs ℥ j. Bulliant in ℥ x. vel xv. aquæ fluuialis, ad conſumptionē medietatis: deinde de colatura recipiantur ℥ ij. vel iij. pro vice.

Ad

Ad idem Gerhardi de Solo.

Recipe florũ roriſmarini ℥ j. ß. Bulliãt in vino potenti, ſubtili ad conſumptionem, medietatis, coletur. De colatura exhibeantur ℥ ij. vel iij. pro vice. Albertus Bononienſis recitat, quòd ſuo tempore aliqui fuerint leuati ab aſclite, bibendo vinum maluaticum continuè, & decoquendo carnes, & alia in eo.

Ad idem fortius.

Recipe litontripon, vel Iuſtini ℨ j. ß. Diſſolue in aquę eupatorii, aſparagorũ, ana ℥ j. ß. Detur calidum in mane. Alii, quod nõ laudo, accipiunt cantharides, & de ipſis ſubtiliter puluerizatis accipiunt gra. v. vel vj & cõmiſcent cum ſaccharo violato, & præbent.

Tertiò per viã ſudoris, cũ balneis igneis, aëreis, & aqueis, vt fumo, ſtupha, in ſulphureis, in quibus bulliant calida prouocantia. Vinum vetus, cum aqua fœniculi, prouocat. Quartò apponendo ventoſam, ſcilicet ſupra vmbilicum, quæ attrahit aquoſitatẽ. quæ euacuatur cũ adiutorio naturæ. Quintò per ea, quæ applicantur circa ventrem, vt emplaſtra fortiter reſoluẽtia. Vnde fiat hoc emplaſtrum: Recipe ſtercoris vaccini, caprini, ouini, fimi columbini, ana ℥ ij. vel iij. vel iiij. Deinde puluerizentur, cum vrina infantis reducatur ad formam emplaſtri, quod ſuper ventrem totum applicetur.

Aliud

Aliud expertum.

Recipe limaciarum cum conchis q. v. & ipſas piſta, deinde ſupra ventrem apponātur per modū emplaſtri, & non amoueatur, ſed dimittatur per ſe cadere. Exiccant enim vehementer humiditatem iſtam. Sextò, per cauteria veſicantia actualia, & potentialia, per veſicantia, & cauteria potentialia, quale eſt illud: Recipe cantharidarum, abſciſsis, &c. q. v. & ipſas miſce cum fermento, & modico aceti, & fiat Magdaleō. Accipiatur poſtea de iſta paſta ad quantitatem vnius auellanæ, quæ applicetur loco vbi eſt maior inflatio, & ſtet per decē horas, vel donec fiat veſica, qua rupta extrahatur aqua, cum cauterio actuali, vel potentiali, & teneatur foramen apertum ponendo pilam paruam ceream. Pòſt extendatur diachylon ſuper petiam, & ſuperponatur.

Accidentium correctio.

PRIMVM accidēs eſt ſitis, quę ſitis cū aceto forti reſtinguatur. Alterū accidens eſt, cōmuniter inflatio tibiarum, & aliquādo manuū ꝙ cū lixiuio ſequenti emendetur. Recipe cineris fortis, vt vitis, vt iuniperi, in quo ponatur ſalis parū: Decoctio etiam vrticæ, ſambuci, & ebuli, ſi fiat in vino vel lixiuio, ad hoc multum facit. Itē folia iam dictorū

poſita ſupra tegulam calefactam, & aſperſam vino albo,& ſuperponantur.

Recidiuationis prohibitio.

Primò ordinetur regimen vitæ bonum, vitãdo ſcilicet potum multũ aquæ,& vſum rerum valde humidarum, & fluidarũ, ſiti non indulgendo. Pòſt minoretur,digeratur & euacuetur materia,quæ poſſet eſſe cauſa recidiuæ, & ſic de aliis.

Additamenta propria.

REGIMEN doctoris Ioannis Catzani Phyſici quondam percelebris in Bolſano.

Diata.

ABSTINEAT à pinguibus, & craſsis eduliis,& cõcoctu difficilib', vt caro craſſa, piſces omnes poma,pyra,caules,vitet & gelidam prorſus. Edat digeſtibilia,vt pote pullos, capones,carnem hœdinã, vitulinã,oua recentia, & cõtuſa, pulmentum auenaceũ, hordeatum, pultem paſſulatam,holuſculũ rapaceum, ius amygdalinũ,& phaſeolorũ. Potus ſit poſt cibum,vinum album,eppianum,vel caldarienſe. Vitent vina rubra,dulcia. Decoquãtur radices petroſelini in cibo.

Potus ad idem.

Coquantur rapa recentia in aqua fluuiali, & addantur ſemen cumini,& parum cinnamomi: & de hoc potu interdiu bibatur.

Pòſt

Pòſt fomẽtentur pedes, cum ſummitatibus iuniperi, in aqua decoctis, item chamomillæ, & ſcoriæ accendantur, ac illæ ſcoriæ cum iſta aqua aſpergantur, & ſic fomententur. Prius tamen parum theriacæ comeſto cum vino, ieiunè. Et hoc fiat ſemel, vel bis in ſeptimana. Porrò ſemel poſſet fieri ſcarificatio in pedibus. Et ſi aqua effluerct non multùm, tunc permittatur effluere.

Nullo modo fiat phlebotomia.

Poteſt inſuper ieiuno ſtomacho vti rhabarbaro, doſi auellanę exiguę & immediatè poſt hoc bibere vini parum, & hoc ſemel in hebdomada.

Confectio in morſellis.

Recipe pulueris ſoldanellæ ℥ ß. rhabarbari electi ʒ j. ſpicæ ℈ ß. zingiberis ℈ j. macis ℈ ß. ſucci elaterij gran. iij. ſacchari vnc. iij. Fiant morſelli v. cum aqua endiuię, & detur morſellus vnus pro vice, in decem diebus ſemel in ieiunio. Doſis loto j. Et ſuperbibatur parum vini, & per quatuor horas ſuperieiunet. hoc enim euacuat aquam. Et ſi de iſta confectione nõ poſſet ſumere patiens, vtatur ſequẽti tragea, cum brodio, ſemel in ſeptimana. Doſis ſeſquiaureus: & ſuperieiunet tres horas.

Puluis ad idem.

Recipe rhabarbari electi ʒ j. aliàs vnc. j.

pulueris ſoldanellæ ʒ iij. ſquinanti ℈ j. zingiberis, cinnamomi, ana ℈ ß. Fiat puluis, diuidatur in tres partes, & ſumatur ieiunè. Poſt vſum confectionis, vel trageæ, altera die ſumat quantitatem aurei ſemis theriacæ, cum vino. Interea ſi confectionē, vel trageam ſumpſerit, ſumat tunc ſingulo mane de electuario pondus aureorum duorum, & ſuperbibat parum vini albi.

Electuarium.

Recipe ſpecierum diacurcumæ ℥ ij. vel ʒ ij. ſpecierū dialaccæ ℥ j. vel ʒ j. ſpecierū diarhodonis ℈ ij. hepatis adip, id eſt lupi, ʒ j. cinnamomi ʒ j. ß. conſeruę roſarum, bugloſſæ, ana ℥ j. ß. Fiat electuariū cum ſyrupo roſato, & de radicibus, & dētur ſtomacho ieiuno ʒ ij pro vice. Deinde vngatur venter, patientis, tepidè, ante cibum, cū iſta vnctione.

Vnctio.

Recipe vnguenti Agrippæ ℥ iij. vnguenti Marciaton, Arragonis, ana ℥ j. oleorū nardini, de ſcorpione, ana ℥ ß. Miſce, & fiat vnguētum: quo vngatur venter actu tepidè, manè & ſerò. Et ſi morbus prolongaretur, vtatur ſequenti ſyrupo, ieiuno ſtomacho, lotones iiij ſemel in ſeptimana.

Syrupus largus, ſeu potus vltimatim propinandus.

Recipe ſucci ireos ʒ x. ſucci raphani ʒ vj.

ſold

ſoldanellæ ℥ j. Bulliant in ß. q. aquæ: & addito ſyrupo de quinque radicibus ℔ j. fiat ſyrupus largus, & dentur ℥ ij. pro vice, ieiuno ſtomacho. Eandem ferè deſcriptionem reperies in Antidotario Ioãnis Vigonii, fo. 244. Solutiuum (inquit ille) hydropicorum, facit ad herniam aquoſam, cuius talis eſt ordinatio: Recipe ſolidaginis ʒ j. ſucci ireos ʒ x. ſucci raphani ʒ vj. ſyrupi de quinque radicibus ℔. j. Bulliant cum ß. q. aquæ endiuiæ, & fœniculi, & ſecundum artem fiat ſyrupus longus, & doſis eius ſit vnc. ij. vſq; ad iij. Et potentiſsimè educit aquam citrinam, & ſanat hydropicos.

De Tympanite. *Cap.* I

Definitio.

HYdrops tympanites eſt, in quo plus ſpiritus, & minus humoris inuenitur. Itaque ſi quis pulſet, velut tympanũ ſonum emittet, & edet. Idẽ de hac materia tractat in commento ſuper Apho. 11. libr. 4. Hippocratis, &c.

Bertrucij definitio.

Tympanites eſt morbus, qui accidit ex generatione aquę paucæ, & ventoſitatis plurimæ in ventre naturali colectę inter mirach, & ſiphac, & quandoque inter ſiphac, & inteſtina. Eſt autem ſiphac panniculus neruo-

ſus,ſolidus,continens inter ſe zyrbũ,ſtomachum, & hepar. Mirach verò dicitur pars ventris exterior,compoſita ex cute,pinguedine,& octo muſculis ventris, duobus quidẽ longitudinalibus, & duobus latitudinalibus, & quatuor tranſuerſalibus, procedẽs à furcula inferiori vſque ad ſummũ ventris. Et incipit hæc tympanites à vitio ſtomachi, & terminatur ad vitium hepatis.

Cauſa, & ſigna.

CAVSAS & ſigna require à Gordonio, Gilberto Anglico,Bertrucio, Auicenna,Galeno,& aliis,qui copioſè de his ſcribunt.

Cura.

TYMPANITEN curandi intentiones ſunt duæ.Prima, ventoſitatum reſolutio.Secunda prohibitio recidiuæ.

Prima intentio,ventoſitatum reſolutio.

Fomentum in tympanite, reſoluens ventoſitatem, Recipe pulegij calamenthi,origani, baccarum lauri, & foliorum eius, aniſoni,fœniculi, carui,ana M.ß.Contundantur craſſo modo,bulliãt in ß.q.aquę,ad cõſumptionem tertiæ partis. Deinde accipiatur ſpongia,& infundatur,ac fortiter expreſſa ponatur ſuper ventrem calida,& hoc fiat ter, vel quater.

Deinde exiccetur venter cum panno calido,

do, & aliqualiter fricetur. Poſtea vngatur cum iſto oleo: Recipe olei reſolutiui ventoſitatum, olei liliacei, ſpicati, rutacei, ana ℥ ß. ſeminis fœniculi, carui, ameos, ana ʒ j. Contundantur craſſo modo, & bulliant in prædictis oleis, poſtea inungatur.

Emplaſtrum ad idem.

℞. Emplaſtri de baccis lauri, emplaſtri de meliloto, ana ℔ ß. Miſce, & extendatur ſuper petiam lineam, craſſam, & vẽtri calidũ applicetur. Aliquando autem remouetur ventoſitas, apponendo ventoſam magnam.

Clyſtere ad idem.

℞. Decoctionis ſuperiùs ordinatæ pro fomentatione, ℥ xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ j. electuarij de baccis lauri, hieralogodij, hieræ picræ, ana ℥ ß. olei rutacei, liliacei, ana ℥ j. ß. ſalis ʒ ij. Fiat enema.

Electuarium ad idem.

℞. Diacymini, diagalangij, ana ℥ j. De iſto electuario accipiat ad quantitatem caſtaneæ, cum modico vini maluatici manè.

Prohibitio recidiuationis.

Prohibetur recidiua, à ordinãdo debitum regimen, minorando materias, & aliquando digerendo, ac euacuando. Gentilis in cõſiliis, & in cap. de ægritudinibus hepatis, cõſilio ſeptimo, inquit: In cura hypoſarcæ proceſsi euacuando, & purgando cum ele-

ctuario facto in hunc modum,&c. Recipe ariſtolochiæ longæ, & rotundæ,laccæ,ſquinanti,marrubij,ana ℥ iij.ligni aloës, ſpicæ, ana ℥ iiii.turbith ℥ v.zingiberis drac.j.agarici ℥ viij.ſenæ ℥ ij.ireos drach.iij.Cõficiantur cum melle bono, & dentur ſecundum virtutem,cum aqua calida decoctionis ſparti,& ſatureiæ,vel gladioli.

Pilulæ ad idem expertæ.

Accipiatur frutex cucumeris aſinini,tempore canicularium dierum, & exiccetur ad ſolem,ſemper proiiciẽdo aquam,quæ ſuper natat,donec ſiccetur: Deinde recipe eiuſdẽ ſucci ℥ j. bdellij ℥ j.maſtiches ℥ ß.ſalis gemmei ℈ ij. Incorporentur ſimul & cum voIueris dare, forma pilulas ad modum piperis, vel ciceris, ſeu fabæ. Da in ſero eunti dormitum,vnam ſolam, & videbis mirabilia.Confortetur hepar cum oleo nardino.

Idem Gentilis conſilio IX.

Nota de ſucco τῆς ἀγριογλώσσης,in parato hydropiſi tympanite:Nam confert mirabiliter, dando cyathum vnum manè. Expertum eſt in calore hepatis,& tinctura vrinæ.

Potus ad tympanitem expertus.

℞.Mellis deſpumati ℥ j.ireos ℥ ij.Coquãtur bene, deinde adde pulueris ſoldanellæ herbæ (quam primus omnium inuenit Serapio) vnc.j.Bibatur manè, & eſt mirabile

experimentum.

Syrupus digeſtiuus ad idem.

Recipe ſyrupi de endiuia Gentilis, ſyrupi de cichorea Nicolai, cum rhabarbaro, ſyrupi Byzantini, ana ℥ ß. aquarum cichorij, abſinthij, lupulorum, ana ℥ j. Miſce, fiat ſyrupus digeſtiuus.

Adiectitia medela.

Cura doctoris Theophraſti Paracelſi.

Primò dedit iſtam purgationem: Recipe turbith ℥ j. zingiberis ʒ j. ſenæ ʒ iij. diagredij ʒ ij. maſtiches, aniſi, ana ʒ ß. electuarij de ſucco roſarum, electuarij Indi, ana ʒ j. ß. aloës hepatites ʒ ß. Miſce, detur ʒ j. pro vice. Si æſtas inſtet, cum lacte caprino. Sin hyems ingruat, in brodio caſei.

Puluis, ſeu tragea ad idem, pro condimento.

℞ Aniſi, fœniculi, cuſcutæ, ſquinanti, ana partem vnam, cinnamomi partes duas. Fiat puluis. Poteſt autem addi ſpica, & piper.

De Hypoſarca, Cap. LI.

Definitio.

Hypoſarca prouenit de phlegmatico ſanguine ſuperfluo in toto corpore. Cum quo conueniunt Auicenna, Iſahacus, Serapio & Alexander.

Galeni definitio.

Anaſarca, eſt morbus, in quo corpus totũ intumeſcit, & humore obluitur, morbo affe ctis pudenda eriguntur, febréſque accidũt.

Synonyma.

Anaſarca aliàs dicitur hypoſarcà, aliàs leucophlegmantia.

Cauſæ.

HYPOSARCA eſt de cauſa frigida, ſanguis aquoſus, frigidus, phlegmaticus, cum vniuerſali tumore totiuscorporis, & primò, ac principaliter patitur hepar, molle eſt membrum tumidum, & iſta ſpecies, eſt minus mala inter omnes. Cauſas etiam recenſet Auicenna, Bertrucius, Gilbertus Anglicus, & alij multi.

Signa.

SIGNA hypoſarcæ ſunt: Tumor vniuerſalis totius corporis, pulſus vndoſus, egeſtio alba, ſanguinea: & ſi cõprimatur caro cum digito, dimittat poſt ſe cauernam: & venter non eſt ita tumidus, ſicut in aliis ſpeciebus. De hac materia, vide etiam Gilbertum Anglicum, cap. proprio.

Cura.

De hypoſarca, nihil prorſus conſtat apud Leonellum.

Appo

Appoſititiæ medela.

Regimen proprium in omni ſpecie hydropis, ſed hypoſarcæ, & leucophlegmãtiæ potiſsimæ. Primitus detur ſyrupus hic digeſtiuus: Recipe ſucci aſphodelorũ, item mediani corticis ſambuci, & ebuli, ana trientem ſeminum apij, aſparagi, radicum ruſci, ana ʒ ij. Omnia contuſa bulliant in vino, cum parum aceti, ad conſumptionem medietatis, colatum edulcetur, cum ſaccharo q.ſ. & fiat ſyrupus arte.

Ad purgandum detur talis potio.

℞. Saxifragiæ, radicis fœniculi, eſulæ, hermodactylorum, ana ʒ ij. Fiat decoctio ſecundum artem in vino optimo, claro. Colaturæ cum ſaccharo dulcoratæ recipe q.ſ. ad diſſoluendum, Benedictæ laxatiuæ, diaphœnici, ana ʒ ij. vel j.ſ. caſię extractæ ℥ ſ. Miſce, fiat hauſtus. Reſiduũ decocti bibat ægrotus loco lauatiui ſummo ſemper mane. Vel bibat vinum decoctionis ſquinanti, cum polypodio, & ſucco fumariæ, cum ſaccharo miſcendo, & ſecundum artem decoquendo. Prodeſt iiſdem aqua decocta diuretica, in hũc modum: Recipe radicis ireos, hyſſopi, ſeminum fœniculi, petroſelini, aniſi, liquiritiæ, paſſularum, zizipharum, ana drachmas iij, vel pluſculum. Decoquantur

cum

cum parũ mellis expumati miſcẽdo. Item valent iſtæ pilulæ permultum in hoc caſu. Recipe maſſæ pilularum Almezereon, pilularum de rhabarbaro Rhazis, pilularum de hiera ſimplici, ana ℈ j. Cum electuario Indo reformentur, & dentur nocte. Item confortentur cũ hac confectione tabulati: Recipe ſpecierũ dialaccæ, ſpecierũ diacucumeris, vel diacurcumæ, ana ʒ j. ſpecierum diarhodonis Abbatis ʒ ij. ſpecierum aromatici roſati, diatriaſandali, ana drac. ß. ſacchari taberzeth vncias iiij. Quo diſſoluto in aquis cuſcutæ, & cichorij, ana q. ß. fiat confectio in tabulis, ʒ iij. pro ſingulis. His non cõferentibus, ego hac ſubſequẽti cura vſus multis profui: Dando primùm trageã pręparatoriã iſtam: Recipe pulueris hermodactylorum, turbith electi, ana ʒ j. zingiberis ℈ ij. diagredij g̃ vj. pulueris florum eſulæ ʒ ß. ſacchari ℥ j. Ego autem in adminiſtratione ſoleo dimittere ſaccharum, & diſſoluere ipſum in aqua mellis, & exhibeo eiuſmodi puluerem à drach. ß. vſque ad ſcrup. ij omni ſeptimana ſemel, & aliquando ſemel ſolùm in menſe. Tandem exhibui de his catapotiis, videlicet j. pro vice. Recipe ſucci radicis iridi cæleſtis, euphorbij, ana ſcrup. j. Reformentur pilulę v. numero. Detur vna omni triduo. Ego tamen appono

pono parum maſtiches, ſpicæ, amygdalæi dulcis, pro maiori ſecuritate. Et valet in hydrope curabili, Deo volente.

Trifaria Galeni ratio, in curandis omni genis ſpeciebus hydropis.

Curatio hydropis ad tres reducitur intentiones. Prima, vt ſanemus durum tumorē, qui in viſcere eſt. Secūda, vt ea apponamus, quæ humiditatem diſſoluunt. Tertia, vt medicamenta, quæ vrinam mouent, in potu demus.

De Fluxu ventris, Cap. LII.

Definitio.

ALui profluuium, eſt malorum humorum in corpore contentorum per inteſtina excretio.

Cauſæ, ſigna.

CAVSAS & ſigna pete à Gordonio, Bertrucio, & aliis ſimilibus. Species fluxus ventris ſunt, Dyſenteria, Lienteria, Diarrhœa, & Cœliacus morbus.

Aphoriſmi.

1 In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. Aphor. 14. lib. 2.

2 Deiectiones nigrę, qualis eſt ſanguis niger, ſponte venientes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſsimę. Et quantò colores magis praui

praui fuerint plures, peius: medicamento verò melius. Et quantò colores plures, non praui. Aphor. 21. lib. 4.

3 Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atrabilis, vel ſuprà, vel infrà exierit, lethale. Aphor. 22. lib. 4.

4 Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur. Aphor. 23. lib. 4.

5 Difficultas inteſtinorum, vel aliàs dyſenteria, ſi ab atrabile incœperit, lethalis eſt. Aphor. 24. lib. 4.

6 A difficultate inteſtinorum, aliàs dyſenteria, habito, ſi veluti carunculæ exeant, lethale eſt. Aphor. 26. lib. 4.

7 Quibus bilioſæ deiectiones ſuperuenientē ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus, ceſſat. Aphor. 28. lib. 4.

8 Mulieri in vtero habenti, tenaſmus innatus, abortiri facit. Aphor. 51. lib. 5.

9 Mulieri in vtero gerenti, ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiatur. Aphor. 44. lib. 5.

10 In longis lienteriis, ſi ructus acidus fiat, qui priùs non erat, ſignum bonum. Aphoriſ. 1. lib. 6.

11 In longis difficultatibus inteſtinorum, inediæ ex faſtidio, malum, & cum febre peius. Aphor.3.lib.6.

12 Trauli, aliàs balbi, ab alui profluuio, aliàs diarrhœa, maximè capiuntur. Aphoriſ.32.lib.6.

13 Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniente longadiſnia, aqua inrercus, aut leuitas inteſtinorũ aduenit, & moriũtur. Aphor.43.lib.6.

14 Lienoſis difficultas inteſtinorum, aut dyſenteria ſuperueniens, bonum. Aphoriſ. 48.lib.6.

15 A mania, dyſenteria, vel hydrops, vel mentis alienatio bonum. Aphor.5.lib.7.

16 A cholerico ſeceſſu, aliàs à deiectione ſyncera, dyſenteria malum. Apho.24.lib.7.

17 Qui alba pituita detinetur, ſi fortis ventris fluxus, vel diarrhœa ſuperuenerit, à morbo liberatur. Aphor.29.lib.7.

18 Quibus in alui profluuiis excrementa ſpumoſa ſunt, his ex capite pituita defluit. Aphoriſ.30.lib.7.

19 Vltra hanc ætatem aſthma, id eſt, creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, hæmorrhoides. Aphor.30.lib.3.

Canon

Canones de fluxibus.

Primus, Nullus creticus fluxus reſtringendus eſt, qui confert, quemcunque natura bene tolerat. Quòd ſi ſuperfluus fuerit, creticus etiã reſtringẽdus eſt: quia multoties natura inchoat ad bonũ, & materia mota, aut propter multitudinem ſui, aut acuitatem, effrænitat, & non poteſt regi à natura. Secundus, Nullus fluxus reſtringendus, niſi materia pro maiori parte euacuata, vel minorata. quod veriſimile eſt, in termino octo vel decem dierum vſque ad xij. diem. Tertius, Fluxus diuerſorum colorum nunquã ſtringendus eſt, conſtante virtute: quia ex hoc arguitur diuerſitas, & multitudo humorum à toto. Quartus, Infirmus nõ debet toties adire ſedem, quoties moleſtatur. Nota in primis, antequam exhibeatur clyſtere, da ad bibendum illi, in quo medicina effrænitauerit aquæ calidæ vnc. vj. vel viij aut tantundem aquæ hordei, cum ſaccharo rubeo. Intẽrio principalis fluxus ventris curæ talis eſt, videlicet ſtypticare, & reſtringere fluxũ, vbi materia, & cauſa fluxus eſt pro maiori parte euacuata. Vnde fiat tale clyſtere: ℞. Foliorum roſarum, plantaginis, balauſtiorũ, ſumachij, hypociſthidos, ana M.ß. ſeminis plantaginis drach. j. Bulliant omnia in ß. q. aquæ chalybeatæ, ad cõſumptionem tertiæ

partis

partis, deinde coletur, & de colatura accipiantur vnc.xv. In quibus diſſolue ſacchari roſati antiqui vnc. ß. ſacchari rubei vnc.*j*. olei omphacini vnc.iij. ſucci plantaginis ℥ j; vitellum j. oui. Miſce, fiat enema, & calidũ abſque ſale tamen iniiciatur.

Aliud clyſtere ad idem.

℞: lactis ouini, ſi haberi poteſt, vel vaccini ℔ ij. In quo extinguantur lapides igniti fluuiales bis vel ter, deinde de tali lacte accipiatur ℔ *j*. in qua diſſolue, boli Armeni, terræ ſigillatæ, ſpodij, ana ʒ j. Subtiliter puluerizentur, & cum vitello oui fiat enema.

Aliud ad idem.

Recipe oryzæ mũdæ excorticatæ & torre factæ partem j. Bulliat in ß. q. aquæ chalybeatæ, cũ foliis plantaginis, quouſque oryza adeò coquatur, quòd tota ſit facta per decoctionẽ: deinde accipiãtur de colatura vnc. xij. vel xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei vnc. j. boli Armeni, ſanguinis draconis, tragacanthi, gũmi Arabici, ana drachmam *j*. olei omphanici ℥ iij. vitellum j. oui. Miſce, fiat enema.

Poteſt etiam fieri ad idem ſuppoſitorium tale.

Recipe roſarum rubearum, ſpodij, balauſtiarum, corticum granatorum, myrtillorũ, ana drach. ß. lycij. q. ß. ad faciendũ ſuppo-

ſitorium. Vel poſſumus etiam hoc modo facere loco ſuppoſitorij. Recipe tentam bombycinam, ad quantitatem digiti minoris, deinde ipſam madefac in albumine oui, & poſtea inuolue in dicto puluere, & iniicias in anum, ac ſi eſſet ſuppoſitorium.

Ad idem electuarium.

Recipe ſacchari roſati antiqui, diacydoniтem cum ſaccharo, ſine ſpeciebus, ana drac. j. boli Armeni, ſanguinis draconis, coriandrorum præparatorum, oſsiũ dactylorum, ana drach. ß. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſyrupo myrtino fiat electuariũ. De quo ieiuno ſtomacho, ante cibũ per horam aſſumat continuò, ad quantitatem caſtaneæ magnæ. Ad idem valet electuarium de pulpis ſorborum Meſuei, & electuarium de pulpis cydoniorum.

Iulep ad idem.

Recipe iulepi roſati, myrtini, ana vnc. iij. pulueris boli Armeni, ſanguinis draconis, tragacãthi, coriandrorum præparatorum, ana drachmã ß. Miſce puluerem cum aliis, & ante cibum per horam exhibeantur duo cochlearia calida.

Puluis expertus ad idem.

Recipe panis infuſi in ß q. aceti, decoquatur, deinde extrahatur, & exiccetur ſuper prunas, poſtea torrefac, & torrefactus pul-

uerize

uerizetur ſubtiliter,&exhibeatur cum vino rubeo,ſtyptico,cochlear vnum.

Aliud ad idem,valens à proprietate,& eſt laudatum ab omnibus.

Recipe caſei ouini veteris,& exiccati,quã tũ vis:&ipſum ſcinde in fruſtra parua,poſtea aliqualiter bulliat in aqua, vt ſal,& nitroſitas remoueatur, & in tali aqua poſtquam bullierit , pluribus vicibus lauetur , donec fiat totaliter dulcis, & quouſque remoueatur totũ ſal, deinde exiccetur, & pulueriſetur ſubtiliter. Et de tali puluere exhibeatur drach j.ß.cum vino rubeo ſtyptico.

Confectio ad idem.

Recipe ſpodij,roſarum rubearum,coriandri præparati , tragacanthi, gũmi Arabici, ana drach. j. Puluerizentur ſubtiliter, cum ſaccharo taberzeth,& aqua plãtaginis, fiat cõfectio ſolida in rotulis,quorum quilibet: fit drac.iij.& exhibeatur rotulus vnus ante cibum.

Aliud ad idem,valens à proprietate.

Recipe coagulũ leporis,vel hœdi,ita ſcilicet exhibendo,quòd detur drach.j. Et diſſoluatur in vnc.j.ſucci,vel aquæ plãtaginis.

Aliud.

Recipe lactis ouini,in quo ſæpius lapides igniti extincti ſunt,vnc.ij. In quibus diſſolue pulueris boli Armeni,drach.vnam.

Pilulæ ad idem.

Recipe trochiſcorũ de terra ſigillata, trochiſcorum de ſpodio Meſuei, ana ʒ j. Puluerizẽtur ſubtiliter. Et pulueris detur ʒ j. cum vino ſtyptico. Vel fiant ex puluere pilulæ cũ ſucco plantaginis, & exhibeatur ʒ j. vel j.ß. Ad idem valet ʒ ß. vel ℈ ij. pilularum ſtypticarum Nicolai. Quando autem horum nulla contulerũt, veniendũ eſt ad opiata, conſtante tamen virtute, & cum cautela.

Pilulæ opiatæ.

Recipe pilularum de cynogloſſa ſcrup. j. & g̃. iiij. fiant pilulæ iij. & exhibeatur vna quando vadit dormitum. Ad idem valet emplaſtrum ordinatum inferiùs, ſcilicet de triphera, & micleta. Item theriaca noua plurimùm laudatur.

Lotio exteriùs applicata ad idem.

Recipe foliorum ſorbarũ, foliorum meſpilorum, roſarum rubearum plantaginis, balauſtiarum, corticum granatorum, ſumachij, hypochiſthidos, ana q. v. Contũdantur omnia ſimul, & in ß. q. aceti bulliant, deinde lauẽtur pedes, nõ aſcendendo vltra genua, imò lauando tantummodo ſupra clauiculas, & fiat iſta lotio ante cibum. Et ex eiſdẽ rebus poteſt fieri fomentatio ad ventrem: & facta fomentatione fiat talis inunctio circa totum ventrẽ, quæ ſequitur. Recipe olei

roſati,

roſati,omphacini, myrtini, cydonitis.ana vnc.ij.tragacanthi, gummi Arabici,ſpodij, coriandrorum præparatorum, cornu cerui vſti,ana drach.j.Pulucrizentur ſubtiliter,& cum modico ceræ fiat vnctio.

Alia Meſuei.

Recipe olei roſati antiqui,calefacti,& eo inungatur totus venter.

Deinde aſpergatur puluis ſequens.

Recipe maſtiches,roſarum rubearum,antheræ,gallarum,ana drach.j. gallæ moſchatæ drac.ß. Pulucrizentur omnia,& fiat &c.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe balauſtiarum, corticum granatorum,myrtillorum,ſumachij,cupularũ glandium,boli Armeni,ſanguinis draconis,ana drach.j.ß.ſpodij,roſarum rubearum,ſandali rubei, ana ſcrup. ij. Puluerizentur omnia ſubtiliter. Deinde recipe ſucci cydoniorum, plantaginis, ana ℔.ß. Bulliãt parum,& addatur puluis,& ſimul bulliãt,quouſque fiat emplaſtrum,quod ſuper petiã craſſam ventri apponatur calidum.

Aliud.

Recipe pomacydoniorũ iij.vel iiij Mundentur à cortice ſuperiori,& granis interioribus & à parte dura. Deinde recipe foliorum plantaginis,roſarum rubearum,hypociſthidos, ſorbarum, meſpilorum, ana M.

ſ.Herbæ contundantur parũ, & ſimul cum cydoniis bulliant in vino nigro, ſtypticó cũ quarta parte aceti, vſque ad perfectã decoctionẽ, deinde omnia piſtẽtur bene in mortario: quibus adde farinæ lentium excorticatarum vnc.iiij. Et cum dicta decoctione, & oleo myrtino, & omphacino q.ſ. ad impinguandum, fiat &c. Ad idem valet emplaſtrum diaphœnicon Meſuei, in ſuo Antidotario: Quod maximè valet in dyſenteria. Et iſto emplaſtro vtuntur Medici, & Aromatarij, in fluxu ventris, in materia calida cholerica.

Additiones propriæ.

Potus in fluxu ventris.

Recipe ſeminis arnogloſſæ, boli Armeni, coralliorum rubeorum, ana drach.j. Redigantur in puluerem, & detur drac.j. ex eo, cum ſucco arnogloſſæ.

Aliud.

Recipe burſæ paſtoris, plantaginis, boli Armeni, ana q.v. Decoquantur in aqua pluuiali, vel pyraceo q.ſ. De quo bibat patiens, donec ceſſet fluxus.

Cataplaſma ad idem.

Cataplaſmentur inteſtina cum hoc emplaſtro: Recipe millefolij; coronopodis, burſæ paſtoralis, arnogloſſæ, foliorum quercinorum,

cinorum, menthæ, roſarum, ana M.j. vel ß. Contundantur, & cum albumine ouorum miſceantur, & fiat emplaſtrum.

De fluxu ſanguinis, à toto cretico, *Cap.* LIII.

Cura.

FLuxus ſanguinis à toto creticus, proueniens à materia, vel ſymptomatibus, qui ſi proportionetur repletioni, & virtuti, toleretur, quia cõfert & bene fertur, iuxta Aphoriſmum. 2. lib. j. In purgationibus ventris, & vomitibus ſpontinis &c. Superfluus autem fluxus cõſtringatur omni modo, diuertendo cũ phlebotomia diuerſiua venæ communis, vel hepaticæ. Si verò ſanguis acuitate ſua etiã peccat, propter admiſtionem choleræ, & nõ ſolùm ſui multitudine, euacuetur primò cholera, cum euacuantibus, aliquid ſtypticitatis habentibus, deindè ſtringatur ſanguis.

Minoratiuum itaque ſit tale.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, roſarum rubearum, ana M.ß. corticum myrobalanorum citrinorum drach. ij. Bulliant in ß. q. aquæ plantaginis, ad conſumptionẽ medietatis. Et colaturæ accipiatur q.ß. ad diſſoluẽdum, rhabarbarici optimi, electi ſcru. ij. Miſce, fiat potus.

Aliud magis appropriatum.

Recipe ſucci plantaginis,facta reſidentia drach.ij ß. aliàs vnc.ij.ß.rhabarbari electi drach.j.Pulucrizetur rhabarbarũ, miſce,& exhibeatur.Inquit enim Meſueus,cap.proprio,quòd rhabarbarum cum ſucco plantaginis habet proprietatem euacuandi choleram,& ſiſtit fluxum ſanguinis, à quocunq; loco veniat.Facta itaque euacuatione choleræ,ſtringatur ſanguis,ipſum incraſſando, & prohibendo ne fluat ad inteſtina, & ne fiat generatio choleræ nouæ.

Vnde fiat iſte potus.

Recipe aquæ plantaginis vnc.iij.trochiſcorum de terra ſigillata ,puluerizatorum ſubtiliter drac.j.ſyrupi roſati vnc.ß.Miſce.

Aliud ad idem.

Recipe ſanguinis draconis,boli Armeni, ſpodij , coriandrorum præparatorum , oſſium dactylorum, ana ſcrup.ij. Fiat puluis ſubtilis,de quo drach.j.diſſoluatur in aqua plantaginis, cũ ſyrupi myrtini vnc.ß.& exhibeatur. Iſte enim potus cõuenit omni fluxui ſanguinis cholerici,menſtruorum,vel à naribus,ſiue à quocunque loco . Si autem horum nullum ſuffecerit,detur drac.j.trochiſcorum de terra ſigillata cum opio , & diſſoluatur in ſucco plantaginis, vt dictum eſt.

Pilulæ

Pilulæ ad idem.

Recipe pilularũ de cynogloſſa, cum aqua plantaginis, vt ſuprà dictum eſt.

Ad extra ſupra venam chylis applicetur linimentum hoc.

Recipe vnguenti ſandalini vnc.ß.boli Armeni, lapidis hematitis, ſanguinis draconis ana drac.j.Pulueri zentur, & cum oleo myrtino fiat linimentum, miſcendo ſimul, & apponatur (aliàs nõ apponatur) cera, & inungatur regio hepatis, & dorſum, ſupra venam chylis.

Ad idem epithema.

Recipe aquæ plantaginis, roſarũ acetoſæ, ana ℥ v. aliàs vnc. v. ſandalorum alborum, & rubeorum, ana ℥ j. ſpodij ℈ ij. camphoræ g̃. iij. Puluerizentur, & cum aqua ſanguinariæ miſcendo, fiat epithema. Cui adde aceti ℥ j.ß. Si autem contingat fluxus ſanguinis propter aquoſitatem miſtam ſangui ni, euacuetur phlegma aquoſum miſtũ cũ hac medicina. Recipe myrobalanorum ce bulorum vnc.ß. aliàs j.ß. florum boraginis, bugloſſæ, foliorum cupreſsi, ana M.ß. Bulliant in ß.q.aquæ, ad conſumptionẽ medietatis, & colaturæ accipiat q.ß. ad diſſoluendum, turbith boni, electi, & gummoſi dra. j.ß. Miſce, fiat potus dulcoratus cum modi co ſyrupi de mentha. Et debet dari in hoc

caſu turbith, abſque zingibere, & ſale gemma: quia ſine correctiuo ſolum euacuat phlegma ſubtile, cũ zingibere autem vtrunque, ſubtile, & craſſum. Poſtea verò conſtringatur ſanguis ille, cum ſucco plantaginis, mentha, & trochiſcis præſcriptis.

Annexa pharmaca.

In fluxu ventris curatiuo & ſymptomatico experimenta propria. Detur patienti potandum brodium de gelatina valde glutinoſa inuiſcata, cum tragacantho, gummi Arabico, lycio, acacia, & veſica piſcis antacæi. Item pòſt comedat panẽ induratum, frixum, cum ſepo caſtratino, & ſtatim compeſcetur fluxus.

Puluis reſtrictiuus.

Si fluxus eſt impotẽs multùm, immiſceatur puluis iſte prædictæ gelatinæ. Recipe pulueris ſumachij ſcrup. j. antheræ, gallarũ, nucularum cupreſsi, olibani ana ſcrupul. ij. pulueris ranarum viridium cinefactarum drac. j. Miſce. Doſis eius ß drac. j. pro vice.

In forma potabili.

Item bibat omphacium, ſiue myrtidanũ, in quo cera ſit liquefacta, & dicto citius ſiſtetur fluor inteſtinalis.

Miſtura reſtrictiua.

Recipe diacydonites ſimplicis vnc. ij. con

ſeruæ roſarum veteris ℥ j ß.coralliorum rubeorum ℈ iiij.trochiſcorum de karabe,trochiſcorum de terra ſigillata,ana ℈ ij.ſpodii, lapidis hæmatitis,ana ℈ ß.cum miua cydoniorum,fiat miſtura.

Tragea conſtrictiua.

Recipe ſpecierum diacameron ℈ iiij.boli Armeni ʒ ß.maſtiches, raſuræ eboris,coralliorum rubeorum,ana ℈ j.ſacchari ℥ iij. Miſce,fiat tragea.

De Fluxu cerebrali, vel catarrhali. Cap. LIIII.

INtentiones hunc fluxū curandi ſunt,Minoratio , Digeſtio , Euacuatio,Diuerſio, Confortatio, Siſtio catarrhi,&c.Ad fluxum catarrhalem , à materia frigida prouenientem,minoratiuum medicamen. Recipe pilularum de hiera ſimplici,agarici trochiſcati,corticum myrobalanorum cebularum,& Indarū , ana ℈ j.Reformentur pilulæ num. v.cum ſyrupo de ſtœchade, (aliàs cum ſyrupo de duabus radicibus) & exhibeantur ſerò, poſt cœnam per duas horas.

Aliud ad idem,vbi materia eſſet multa.

Recipe pilularum cochiarum, pilularum de hiera compoſita Nicolai,corticum myrobalanorum cebularum, ana ℈ j.Fiant pilulæ num.v.cum ſyrupo ſtœchadite.

Digeſt

Digeſtiuum in eadem materia.

Reci.ſyrupi ſtœchaditis, mellis roſati colati ana ℥ ß. aliàs vj. ʒ corticum thuris, maſtiches, foliorum & nucum cupreſsi, ana ʒ j. Contundantur, & bulliant in ℔ j. aquæ chalybeatæ, ad conſumptionem tertię partis, & colaturæ accipiantur ℥ iij. in quibus diſſolue ſyrupum immediatè præſcriptum. Facta digeſtione detur euacuatiuum præſcriptũ ſuprà, aucta tamen doſi: Si verò catarrhus eſſet calidus, aut cõpoſitus ex calido, & frigido dentur pro minoratiuo hæ pilulæ: Recipe pilularum de hiera ſimplici, aurearum Nicolai, rhabarbari electi, ana ℈ j. corticum myrobalanorum citrinorum ℈ ß. Puluerizentur, & cum ſyrupo roſarum formentur pilulæ nu. v. vel vij. & dentur.

Ad idem in calido ſubtili.

Recipe pilularum azaireth, aurearum Nicolai, boli Armeni, ana ℈ j. Fiant pilulæ nu. v. cum ſyrupo myrteo, & dentur.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi roſarum ℥ j. ſyrupi myrtini ℥ ß. aquæ plantaginis ℥ ij. aquæ roſarum ℥ j. Miſce, & exhibeatur. Medicina eradicatiua, cum minoratiua aucta doſi.

Diuerſio.

Diuertatur materia catarrhalis, cum fricationibus, ventoſationibus, ligaturis, bal-

neis

neis,circa extrema,de quibus ſuprà,cum caputpurgiis,maſticationibus,gargariſationibus.Attamẽ in hoc caſu cum maſticatoriis, & ſimiliter cum gargariſmis, non debet fieri diuerſio:quia traherent materiam ad ſtomachum,& ad inteſtina.Sed cum caputpurgiis diuerſionem facere, eſt conuenientius.

Confortatio cerebri.

Pro confortatione cerebri,ne generet materiam aptam fluxui,in catarrho calido,fiat ſacculus talis : Recipe roſarum rubearum, radicum nenupharis exiccatarum, myrtillorum, ſumachij, ana M.j. Contundantur,& puluerizentur craſſo modo,& calefactis ſuper tegulam calidam,in ſacculo lineo,& talis calidus ponatur ſuper commiſſuram coronalem.

Poteſt etiam fieri talis puluis, vel Suffuf,ad idem.

Recipe roſarum rubearum,myrtillorum, ſandali rubei,corallij rubei,ſandarachę,ſtœchadis Arabicę,ana ℥ ß.Fiat puluis ſubtilis, qui etiam applicetur commiſſurę coronali. In catarrho autem frigido,ſeu à cauſa frigida cõfortetur cerebrum cum ſequenti ſacculo. Recipe maioranæ , ſtœchadis Arabicæ,foliorum cupreſsi, chamomillæ,ana M. ß.Contundãtur craſſo, modo &c.Et fiat vt ſuprà.

Ad

Ad idem, electuarium in frigido.

Recipe diamoſchi dulcis, diacori, conſeruæ ſaluiæ, ana ℥ ß. Miſce, fiat electuarium: de quo teneat in ore, quando vadit dormitum ad quantitatem caſtaneæ.

In cauſa calida exhibeatur hoc per os.

Patiens teneat in ore ſaccharũ roſatũ, in cauſa calida pódere ℥ j. vel tantundẽ diacodij, boli Armeni, ana ʒ j. Miſce fiat electuarium, cum ſyrupo roſarum, & teneat in ore.

Siſtio catarrhi.

In catarrho frigido valet ſpica retenta in ore. Item grana thuris vel maſtiches deglutita.

Item fiat electuarium.

Recipe conſeruæ roriſmarini, Mithridatici optimi, ana ℥ vj. ſpicæ, corticum thuris, ana ℈ j. Pulucrizentur, & cum ſyrupo ſtœchadite fiat electuarium, de quo ſumat ad quantitatem auellanæ, pro vice.

Mundificatio ſtomachi, & inteſtinorum.

Stomachi mundificatio fit cum vomitu leni & forti, ſecundum exigentiam materiæ peccantis, & ſecundum tolerãtiam virtutis patientis, quantitatẽ materiæ, & diſpoſitionem ſtomachi. Inteſtinorum autem fiat mundificatio cum clyſteribus, nõ tamẽ fortibus, ne augmentetur fluxus, ſed cum confort

fortantibus inteſtina, & leniter educētibus, de quibus ſuprà.

Confortatio ſtomachi, & inteſtinorum.

Stomachus confortetur cum dictis ſuperiùs, ita tamen ꝙ plus ſtypticitatis habeant quàm in debilitate ſtomachi abſolutè Inteſtina autem confortentur cum vnctione facta ex oleo maſtichino, roſaceo, & alijs, quæ dicentur in fluxu inteſtinali.

Additamenta propria.

Recipe aquarum plantaginis, acetoſę, tormentillæ, verbaſci, ana q. ß. Miſce, extinguatur in eis chalybs ignitus: & diſſoluatur in quolibet hauſtu ʒ j. vel ſolum ℈ ij. athanaſiæ, ſeu micletæ.

Decoctio ad idem constrictiua.

Recipe malicorij cicidum gallæ omphacitidis, acinorum vueorum, ſorbarũ, ſumachij, meſpilorũ, mororum immaturatorũ, balauſtiorum, pſidiæ, myrtillorum, nucularum cypariſsi, acaciæ, licij, caudæ equinæ, fructuum cynosbati, ana ℥ j. vel ʒ j. Bulliãt in ß. q. aquæ plantaginis, foliorũ querceorũ, ſecundum artem, & dulcoretur cũ rob oxyacanthæ, de agreſta, ribes, miua cydonite, aut ſyrupo de albelach q. ß. & fiat iulep. Item valet ad idem inſeſſus in decocto rerum prædictarum, per modum ſemicupij.

Item

Item dentur de ſerò tripheræ magnæ ℥ ij. in vino decoctionis maſtiches aſſati. Et mirabiliter ſtringit eiuſmodi fluxum.

Aliud expertum.

Recipe cotoneum malum nu. *j*. Teratur, & diſtemperetur cum aqua diſſolutionis camphoræ, addendo albumen oui, & tranſglutiatur. Valet indubié.

De Lienteria.

Cap. LV.

Definitio.

LIenteria, eſt paſsio cum dolore inteſtinorum, veluti per quaſdam cicatrices, & tubera. Fit in partibus exhulceratis quæ condenſantur, extenuantúrque, & minus dolorem ſentiunt. Neceſſe eſt enim ante concoctionem quos aſſumpſeris cibos immiſtos, & nondum concretos, ſed quales voraueris raptim excretione deiici.

Alia Gordonij definitio.

Lienteria, eſt fluxus ventris, in quo comeſta, & bibita egeruntur in eiſdem qualitatibus, in quibus intromiſſa ſunt, hoc eſt, non chylata, propter debilitatem contentiuę ſtomachi, & inteſtinorum ſuperiorũ, & hulcera eorundem.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAS & ſigna pete à Gordonio, Gilber

berto Anglico, Bertrucio, & aliis, &c.

Cura.

CVRA lienteriæ à phlegmate viſcoſo, in ſtomacho. Primò digeratur cũ ſequenti ſyrupo: Recipe ſyrupi acetoſi, vel oxymellis compoſiti ℥ j. mellis roſati ℥ ß. aquarum fœniculi, meliſſæ, abſinthij, ana ℥ j. Miſce, & exhibeatur. Vel ſi fortius abſtergere volumus, loco oxymelitis cõpoſiti ponatur oxymeli ſcilliticũ, æqua doſi. Facta digeſtione, euacuetur materia, cũ euacuantibus phlegma à ſtomacho, nõ trahentibus à remotis: vt, Recipe pilularũ aloephanginarũ ʒ j. Fiãt pilulæ v. Itẽ valent pilulæ ſtomachicæ Meſuei. Vbi autẽ materia fluat à mẽbris remotis, & à capite ad ſtomachum, dẽtur medicinę trahẽtes à capite, & remotis. Sic exempli gratia procedendum erit: Recipe electuarij eleſcoph in confectione ʒ ß. & exhibeatur. Deinde fiat diuerſio per brachia, cum fricationibus, & ligaturis. Poſtea confortetur ſtomachus, ne recipiat materiam, cum appropriatis, intus & extra. Succurratur accidentibus ſecundum capita propria. Inquit Conciliator, co. 23. aliàs 22. de leuitate ſtomachi ſiue lubricitate, ſiue lienteria, authoritate Humayn: Caue in ægritudinibus ſtomachi, ne prætermittas mentham, quoniam ipſa

mentha ſtomachum confortat multum, & propriè hortulana confert ſtomacho, plus cæteris herbis: caſtorium, cæteris carnibus: maſtiche, cęteris gummis: galanga, plus aromatibus omnibus: & enula magis radicibus ſingulis: & cappares conditi, plus omnibus floribus. Et ex compoſitis omnibus, eſt miua aromatica plus conueniens, ſyrupus conueniens, diaolibanum, diacydonite cũ maſtiche, & ſimilia. Electuarium noſtrum aloephanginũ, boni, ſaporis, quod fit tempore æſtatis. Zingiber quoque conditum: retinet enim fluxum ex indigeſtione, & lubricitate ſtomachi cauſatum.

Adiectitia medela.

In fluxu ventris cibali, ſeu non chylato, valet ſequens decoctum. Recipe ſeminis baſilici ℥ j. acaciæ ℈ ij. Puluerizetur, & detur cum aqua pluuiali q. ß. vel cum aqua acetoſæ.

Miſtura ad idem.

Recipe conditi de berberis, de ribes, de cynosbatis, ana vnc. ß. ſacchari roſati antiquiſsimi, diacydonites de ſtruteis parati, an̄ drach. vj. Cum ſucco vel ſyrupo de granatis acidis, & ſucco prunellorum, fiat miſtura. Doſis heracleoticæ nucis quantitas pro vice.

Potus

Potus ad idem.

Item puluis coriandri, cum aqua plantaginis potatus, prædictum fluxum lientericum indubitanter compeſcit. Dolore verò nimis exacerbeſcente, fiat clyſterizatio cum lauacris coronidalibus, capit de dyſenteria ſubnexis.

De Dyſenteria. Cap. LVI.

Definitio.

DYſenteria, eſt inteſtinorum exhulceratio, cum inflammatione, & excretione ſanguinolentorum, fæculentorúmque, ventrem, & inteſtina dolor exercet, frequẽs deſidendi voluptas eſt. De eadem illa materia vide apud Galenum in lib. 2. de medendi methodo. Item lib. 3. de Symptomatum cauſis. Item apud eundem lib. 6. cap. 2. de Locis affectis, &c.

Champerius.

Dyſenteria, eſt tormen, & inteſtinorum exulceratio.

Gordonij definitio.

Dyſenteria eſt fluxus ſanguineus, cũ excoriatione, exhulcerationéq; inteſtinorum.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAS & ſigna pete à Galeno li. 5. cap. vltimo, de Locis affectis. Item lege Gordo-

nium,capite proprio.

Fluxuum differentiæ.

1 Hepaticus, eſt cum ſanguine congelato, recenti,& pauco,cum excrementis,& nonnunquam ſine excrementis.

2 Dyſentericus eſt,cùm ſanguis per ſtercoris ſubſtantiam eſt permiſtus.

3 Hæmorrhoicus, eſt cùm ſanguis ante,& poſt egeſtionem emittitur. Sequitur enim, vel præcedit immediatè egeſtionem,& non eſt permiſtus ſtercoribus. Rhabarbaro vſto multi vtuntur, ſed malè, nam virtus eius conſumitur, & terreſtreitas manet. Potiùs adde ſtyptica, & acaciam, cortices arantiarum,&c.

Cura.

QVIA ſæpius materia faciens dyſenteriã eſt cholerica,acuta,adeò primo ponetur cura. Pro prima igitur intentione,minoretur hoc modo:Recipe florum boraginis,bugloſſæ, roſarum rubearum,ana M.ß.corticum myrobalanorum citrinorũ, non vſtorum à principio, ℥ ß. ſeminis plantaginis, endiuiæ,ana ʒ j. Fiat decoctio in ß.q.aquæ plantaginis,ſecundũ artem.De qua accipiatur q ß.ad diſſoluendũ,micletæ ʒ ij.rhabarbari electi ʒ j.ß. Sit autem rhabarbarum non vſtum à principio, & ſubtiliter pulue-

rizet

rizetur,ſine correctione, & cũ dictis miſce, fiat potus dulcoratus cum ℥ ß.miuæ cydoniorum. Et in hoc caſu eſt aduertendum, quòd quando fluxus eſt in principio, euacuando materiam,debemus habere intentionem ſemper aliqualiter ad reſtringendum,non tamen multùm.Ideo dentur iſtæ medicinæ, quæ habent virtutem ſoluendi, cum aliquali tamen ſtypticitate, & abſque aduſtione.Nec materia in tantum conſtringatur, & incineretur,vt non poſsit euacuari.Item quando exhibẽtur tales medicinæ, oportet eas habere virtutem ſtypticam.Vnde caſia,manna,&ſimiles linientes nõ conueniunt,quantumcunque leues ſint. Quia ſic cum ipſis procedendo, quando velimus ſtringere fluxum, potiùs euacuamus. Ne verificetur prouerbium illud.Conſilium bonum poſt conſummationem litis.

Medicina ſolutiua pro pauperibus.

Recipe decoctionis immediatè præſcriptæ,q.ß.ad diſſoluendum,micletæ ℥ iij.ß. aliàs ʒ iij. & ß. corticum myrobalanorum citrinorum, ſubtiliter puluerizatorum ʒ ij. Miſce,& fiat potus dulcoratus cum ℥ ß miuæ cydoniorum, vel ſyruporum,&c.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi myrtini,miuæ cidoniorũ, ſyrupi roſati,aquę plantaginis,endiuiæ,ana

℥ j. ß. miſce. Pro intentione ſecunda, quæ mundificat inteſtina à cholera ibidem exiſtente, & hulceratione exequenda, fiat tale clyſtere mundificatiuum, & confortatiuum inteſtinorum. Recipe aquæ hordei aliqualiter torrefacti ℥ xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ j. ß. olei roſati ℥ iij. vitellũ j. oui. miſce, fiat enema. Et ſi hoc tempore contingeret vehemens dolor in inteſtinis, propter excoriationem à cholera illa acuta prouenientẽ, tunc fiat clyſtere lauatiuum, & mitigatiuũ doloris, & inteſtinorũ confortatiuũ, quod eſt tale: Recipe aquę hordei conditionati, vt ſuprà, ℥ xv. ſacchari rubei ℥ j. ß. adipis renũ capræ ℥ ij. olei roſati ℥ iij. vitellum j. oui, miſce, & fiat clyſtere lauatiuum. Stante adhuc dolore, fiat talis inunctio: Recipe olei myrtini, ana vnc. vnam, miſce, & ex his calidè inungatur venter. Deinde facta digeſtione aliquali, fiat eradicatio cum medicinis ſuprà ſcriptis, ita tamen quòd addatur in doſi, ſtante decoctione (aliàs diſpoſitione) ſuperiùs dictæ apponamus rhabarbarum, in maiori doſi, quàm priùs. Vt puta damus rhabarbarum doſi drach. ij. vel ij. ß. ita quòd parum vſtum & torrefactum detur. Et pro pauperibus damus de cortice myrobalanorum citrinorum torrefactorum drachmas duas ſemis. Et ſubtiliter

pulue

pulverizetur. Et ſi materia faciens dyſenteriam, eſſet materia ſalſa, phlegmatica, tunc loco myrobalanorum citrinorum pone cebulas. Et ſint cortices myrobalanorum cebularum in principio non vſti. Et dentur in eadem doſi, in qua dabantur myrobalani citrini, in materia cholerica. Et in decoctione ſimiliter, & etiam in ſolutione poſita eradicatiua augeatur doſis. Vbi autem materia faciens dyſenteriam, eſſet materia melancholica, aduſta, exhibeantur myrobalani Indi, & ſimilia.

Ad dyſenteriam, quando quis abhorret clyſteria, & alia medicamenta, & eſt experimentum.

Recipe cæpe album, num. j. pinguedinis renum capræ ℥ iiij. Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Et da poſtea omni mane cyathum dimidium huius ſyrupi. Tertia intentio eſt, diuerſio materiæ. Vnde materia cholerica exiſtente, diuertatur pluribus modis: aut cum euacuatione, aut ſine eradicatione. Cum euacuatione, vt cũ aqua tepida, cũ vomitiuo leni. Nam fortia vomitiua in fluxibus vitanda ſunt. Cum prouocatione ſudoris, vrinæ. Si iſta diuertentia in principio non iuuerint, vel neglecta fuerint, fiant in declinatione. Aliæ autem diuerſiones, quæ ſunt ſine, & abſque

euacuatione,ſicut ſunt fricationes circa brachia,& ſpatulas.Et non fiant circa inferiora ligaturæ,etiam circa brachia,& ſpatulas,& lotiones ad brachia,& ſpatulas.Talia enim diuertentia ſunt bona. Quarta intẽtio,quę regit membrum mittens. Quinta cõfortat, & conſtringit inteſtina, & completur cum his quæ dicta ſuprà ſunt.Quod etiam ponitur ab Herculano,cap. 3. tractatu j.de cura fluxus ventris in generali,quæ ſeptem intẽtionibus completur.Sexta intentio,quæ eſt hulceris,& excoriationis inteſtinorum mũdificatio,completur ſequentibus.Vnde pro cura hulcerum inteſtinorum,fiat primò clyſtere lenitiuum tale,materia exiſtente cholerica. Recipe aquæ hordei ℥ xv. ſacchari rubei ℥ j.ß.vitellum j.oui.Miſce, & fiat clyſtere, quod exhibeatur, lauat enim, & aliqualiter abſtergit.

Ad idem aliud clyſtere,lauatiuum,& abſterſiuum hulceris inteſtinorum.

Recipe aquæ hordei bene cõditionati vncias xv.ſacchari rubei ℥ j ß.mellis roſati colati vncias duas,vitellum vnius oui. Miſce, & fiat clyſtere. Vbi autem materia faciens excoriationem inteſtinorum eſſet plegma ſolum & ſalſum,fiat illud clyſtere lauatiuũ, quod ſequitur.Recipe aquę mellis factę ſe-

cundum

cundum artem ℥ xv. ſacchari rubei ℥ ij. Miſce, & exhibeatur. Facta abſterſione, fiat clyſtere hoc cõſolidatiuum, materia exiſtente calida, cholerica: Recipe hordei excorticati, & parum torrefacti M. j. Bulliat in ß. q. aquæ chalybeatæ, ad conſumptionem medietatis, deinde accipiantur ℥ xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥ j. tragacāthi, gummi Arabici, boli Armeni, ſanguinis draconis, ana drach. j. lycij ℈ ij. Puluerizanda puluerizentur, & miſceatur cum prædictis aquis, & fiat clyſtere cum vitello oui. Et in hoc clyſteri non debent poni olea, neque pinguedines: quia hæc omnia prohibent conſolidationē fieri. Vbi autē materia excoriationem faciens, eſſet materia phlegmatica, ſalſa, fiat ſequens clyſtere conſolidatiuū. Recipe oryzæ bene mundatæ, & excorticatæ M. j. Torrefiat, & ex iſta fiat aqua, (aliàs decoctio) quemadmodum fit aqua hordei, & de iſta aqua accipiantur ℥ xv. In quibus diſſolue, thuris, maſtiches, ſandarachæ, gallarū, cupreſsi, ana ℥ j. Puluerizanda pulueriꝛentur ſubtiliter, & cum prædicta aqua fiat clyſtere cum vitello vnius oui. Septima intentio, puta quantum ad accidentia corrigenda, quę ſolēt aduenire, & inde oriri crudeliſsimi dolores ſolēt. Ideo ꝓ remiſsione doloris fiat clyſtere, quod ſimul & dolorem

mitigat, & ſtringit, & ſit tale: Recipe aquæ chalybeatæ, ſucci plantaginis, ana vncias vj. olei roſati, omphacini, myrtini, ana ℥ ij.ß. vitellum vnius oui, ſacchari rubei ℥ j. Miſce, fiat clyſtere, & exhibeatur. Aliquando etiam in hoc caſu fit clyſtere ex ſolo oleo roſato. Ad idem optimè confert enema factum ex ſolis albuminibus ouorum.

Ad idem aliud clyſtere confectum ex lacte, hoc modo.

Recipe lactis vaccini, vel ouini ℔.j.ß. In quo extinguatur lapis ignitus ter, vel quater: deinde ex hoc lacte ſolo fiat clyſtere, & reiteretur ſæpe hoc clyſtere. Ad extra verò applicetur ſequens fomentatio ℞. Roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, anethi, chamomillæ, ana M.j. Cōtundantur omnia prædicta, & bulliant in ß. q. aquæ, ad cōſumptionē tertiæ partis: deinde accipiatur ſpongia, quæ in prædicta decoctione infundatur, & vētri applicetur, nō multùm tamē calida, imò plus ad frigidum tendat, quàm ſit calidum, aut tepidum. Deinde facta fomentatione, fiat tale linimentū. Recipe olei roſati, omphacini, anethini, ana ℥ ij.ß. Accipiantur petiæ lineę & infundantur in dictis oleis, ſimul miſtis, parum calefaciendo, aut petiæ ventri applicentur, & præſertim in eo loco, vbi dolor infeſtat. Vbi autē dolor eſſet

vehem

vehementiſsimus, & alia nihil contulerint, detur hoc electuarium, quod ſimul ſedat dolorem, & ſtringit fluxum, fit autem ſic: Recipe tripheræ magnæ, philonij, micletæ, ana ℈ j. Miſce, & exhibeatur hoc electuarium cum vino ſtyptico.

Ad idem, vbi alia non contulerint, fiat ſequens remedium.

Recipe pilularum de cynogloſſa ℈ j. & gr. iiij. Formentur pilulæ nu. iij. Et vna earum exhibeatur, quando patiens vadit dormitum. Porrò ad duos, vel tres dies non ceſſante dolore, nec fluxu, iterum exhibeatur de dictis pilulis de cynogloſſa, vna. Pro cõplemento primæ intentionis ſuprà poſitæ. Vbi autem materia faciens dyſenteriam, eſſet materia phlegmatica, ſalſa, aduſta, vel eſſet melancholica, aduſta, quantum ad digeſtionem poſſet exhiberi tale digeſtiuum, facta tamen priùs minoratione. Recipe ſyrupi roſa. ℥ ß. mellis roſati colati, in quo chalybs extinctus ſit, vnciam vnam, aquæ plantaginis, abſinthij, endiuiæ, ana vnciam vnam. Miſce. Et hoc digeſtiuum detur in materia pendente à phlegmate ſalſo. In materia verò melancholica, aduſta, fiat tale digeſtiuum: Recipe ſyrupi de fumo terræ vnciam ß. ſyrupi roſati vnciam vnam, aquarum decoctionis gallarum, cupreſsi, &

nucum

nucum eius,roſarum rubearum, myrtillorum,ana ℥ iij.Miſce, fiat decoctio, de qua accipiantur ℥ iij.Et miſce cum prædictis ſyrupis. Tandem dentur ſolutiua prædicta ſuprà. In materia melancholica myrobalani Indi,in phlegmatica,myrobalani cebuli, in cholerica verò,citrini, vt ſuperiùs dictũ eſt.

Appoſititia medela.

De dyſenteria vide Galenum de locis affectis,lib.vj.Item de Accidenti, & Morbo, v.Item Paulus Aegineta lib.iij.cap.62.Galenus li.v.de ſimplicibus medicinis, de medicinis lenitiuis,& conſolidatiuis.Item Hippocrates lib.6.Aphor.j. Idem lib.4.Aphoriſmo 26.

Cura phriſomeligæ.

Item Phriſomeliga ſtatim à principio clyſtere lenitiuum, dein conſtrictiuum dedit,ſyrupos ordinauit, & diætam præſcripſit.Dedit enema tale : Recipe caput caſtratinum,coquatur cum aqua,fiat clyſtere.

Aliud eiuſdem.

Recipe brodij pulli decocti cum hordeo ℔.ij. olei violati vnc.iij. vitella duorum ouorum, ſacchari rubei vncias ij. Miſce: fiat clyſtere.

Augubij cura.

Augubius ſic parabat enema:Recipe iuris

tris pulli pinguis ℥ xij.mellis roſati ℥ ij.vitellorum ouorum,numero ij.

Aliud ad intra.

Recipe cruſtas panis aſsi, numer. iij.vel iiij.frixentur in butyro, melius in ſepo caſtratino circa renes: & adde pulueris tormentillæ,& vtatur,eſt mirabile.

Aliud ad idem

Recipe ſtercoris equini, vel ſuilli recentis. Cui adde pulueris nucis moſchatæ, & detur cum rob de berberis.Eſt expertum.

Experimenta propria,Puluis.

Puluis priapi ceruini,doſi ʒ j.propinatus dyſentericis multùm valet.

Agreſta.

Item recipe cyathũ vnum agreſtæ,bulliat modicum,pòſt clarefiat:&infrigidetur. Detur tertia pars, vel dimidium pro vna vice.

Contra vehementiſsimum dolorem,quo torquentur dyſenterici,fiat eiuſmodi enema anodinum.

Recipe olei oliuarum,vel olei druppacei, ℔ j.mucilaginis pſylliticæ trientem. Miſce,fiat enema. Reiteretur aliquot vicibus.

Item contra exhulcerationem inteſtinorum detur hoc clyſtere conſolidatiuum.

℞. Sepi hircini, vel de renibus caſtrati liquefacti,vnc.ij.olei roſati vnc.j. vel quantum

tum volueris. Colliqueſiant, addito viſco communi. Iniiciatur ano. Quod ſimul exhulcerata inteſtina conſolidat, & fluxum pariter ſtringit.

Si autem hoc pacto non conſtringatur, nec dolor remittatur, ſiat iſtud enema.

Recipe mala Punica numero ij. vnà cum lemmatibus ſuis. Terantur ſimul in mortario cupreo, vel æreo. Poſtea ſuperinfunde aquæ roſaceæ cyathum j. Miſce bene, & cola, pòſt addito ſubſequenti puluere, fiat enema.

Puluis autem talis eſt.

℞. Sarcocollæ, nutritæ in lacte muliebri pluribus diebus, & iterum pluribus aliis (ſi poſsibile eſt) nutritæ in ſucco rubi, aloës, myrrhę, ſanguinis draconis, antimonij terræ ſigillatæ, boli Armeni, ana ℥ j Fiat puluis ſubtiliſsimus, qui prędictæ colaturæ inſpergatur, & clyſterizetur. Si dolor ſit nimius, addatur opij. ℈ j. vel pluſculum.

De Tenaſmo. *Cap.* LVII.

Definitio.

TEnaſmus, aſsidua deſidendi eſt cupiditas, inferioribus partibus accidens affectus. & ipſi recto inteſtino, vt inde multæ ſiant deſidendi voluptates, & pauca recrementa eiiciantur.

Cham

Champerij definitio.

Tenaſmus, eſt expreſsio inteſtini recti cũ gemitu, & conamine ad egerendum, facta ab expulſiua, ſtimulata à cauſa præternaturali, lædente ipſum, aut extremitatem eius.

Gordonij definitio.

Tenaſmon, eſt appetitus, & voluntas nimia egerendi, cũ modico aut nullo effectu.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAS & ſigna pete à Gordonio, in capite proprio.

Cura.

CVRA tenaſmonis veri exigit quatuor intentiones. Prima, eſt ad cauſam antecedentem, antequam tranſeat in cõiunctam, & antequam affigantur in inteſtino recto.

Secunda intentio, eſt ad cauſam coniunctam, quæ iam fixa eſt in inteſtino recto. Tertia intentio, eſt ad ſedationem doloris. Quarta intentio, eſt ordinatio debiti regiminis in vita. Prima intentio eſt ad cauſam antecedentẽ, & perficitur minorãdo materiam, quæ eſt fluxa ad inteſtinum rectum, digerẽdo ipſam, & eradicatione euacuãdo, & etiã ipſam diuertẽdo ab inteſtino recto: quæ omnes intentiones ſunt cõpletæ ſuperiùs, in cura dyſenteriæ Secũda intẽtio, quæ eſt ad cauſam cõiunctam, ſic perficitur, ſcilicet

licet reſoluendo materiam illam ab inteſti-
no recto & mũdificãdo inteſtinum rectum ab illa materia. Et illa intentio perficitur cũ clyſteriis, ſiue ſuppoſitoriis, cum fomentationibus, encatiſmatibus, ſiue ſeſsionibus, & vnctionibus. Vnde primò cum clyſteriis ſic ordinetur, primò in tenaſmone pendẽte à materia cholerica, quę eſt inuiſcata in inteſtino recto, fiat clyſtere, vt ſequitur. Recipe aquæ hordei ℔. j. vel ℥ x. ſacchari rubei ℥ j. caſiæ ℥ ß. mellis violati ℥ j. ß. vitellum j. oui. Miſce, fiat clyſtere. Quod eſt abſterſiuum, & mundificatiuum inteſtini recti à cholera. Et notãdum, quòd clyſteria in hoc caſu ſint modicæ quantitatis, ita quòd ſufficiant x. vel xij. ℥ De quo vide Herculanũ.

Lycinium ad idem, quod abſtergit & mundificat inteſtinum rectum, à cholera, & fit ſic.

Recipe lycij, croci, ana ℨ j. ß. ceruſſæ ℨ iij. Puluerizentur ſubtiliter, & cum adipe renũ capræ reformentur ſuppoſitoria, vel lycinia, quiæ imponantur. Nam hoc lycinium reprimit choleram, & mundificat inteſtinũ rectum à cholera. Nota quòd etiam in tenaſmone, à materia cholerica, nõ debẽt poni olea, ſed in phlegmatica ponãtur. Si autẽ tenaſmon fuerit à materia phlegmatica, fiat tale clyſtere: Recipe aquæ mellis ℥ x. mellis roſati

roſati colati vnc.j.ß.vitellum j,oui,olei ſeſa-
mini vnc.ij. Miſce,& fiat clyſtere.

Lycinium ad idem,in materia phlegmatica.

Recipe thuris croci, ana drach.ij.ladani drach.ß. Pulnerizentur ſubtiliter,& cũ adipe gallinæ,& pauca cera, reformentur lycinia,& ſuppoſitoria,quæ mittantur in anũ, vt ſuperiùs dictum eſt. Si autem tenaſmon fuerit à materia melãcholica, aduſta,in inteſtino recto cõtenta,fiat ſequens clyſtere. Recipe furfuris, (aliàs ſulphuris, ſed falſo, credo.)M.vnum,aquę mellis vnc.x. In dicta aqua mellis furfur,(aliàs ſulphur,)ligatum in petia bulliat parum, deinde coletur illa aqua à furfure,(aliàs ſulphure,)&in ea diſſoluãtur mellis roſati colati vnc.ij.vitellum j.oui.Miſce,& fiat clyſtere.

Lycinium alias linimentum ad idem, in materia melancholica.

Recipe croci, maſtiches, ana ʒ ij. ladani ʒ ß aliàs ℥ ß.plumbi aduſti,pulnerizati ʒ ß. aliàs j.ß.Pulnerizanda pulnerizentur,& cũ pinguedine anatis, & pauca cera, fiat lycinium,(aliàs linimentum)quod ponatur in anum. Cum fomentationibus verò procedendo,ordinetur ſequens fomentũ, in materia cholerica, faciente tenaſmonem. Recipe roſarum rubearum,violarum,chamo-

millæ,meliloti,ana M. j.radicũ althæę,mal naľ ñ,ana M.ß.Bulliant omnia in ß.q.aquę. Deinde accipiatur ſpongia,quæ infundatur in prædicta decoctione,&ea expreſſa,ponatur circe anum,vel pectinem,vel circa peritonion, & infra locũ medium inter teſticulum,& anũ,& fiat talis fomẽtatio ſæpe.Reſoluit enim materiam cholericã, in inteſtino recto exiſtentem Si autẽ materia faciẽs tenaſmonẽ fuerit phlegmatica,fiat talis fomentatio:Recipe parietariæ, abſinthij, pulegij,calamẽthi,chamomillæ,meliloti, fœnigræci,ana M j.vel ß.Contundantur craſſo modo,& bulliant etiã,pro fomentatione fienda,vt ſuprà diximus. Si autẽ talis materia fuerit melächolica, fiat talis fomẽtatio: Recipe fumiterræ, lapathi,florũ violarum, boraginis, bugloſſæ, chamomillæ, anethi, ana M. j. Contundantur craſſo modo,& bulliant pro fomẽtatione,vt ſuprà.Cùm ſeſsionibus.ſeu balneationib⁹ procedẽdo,poteſt fieri ſemicupium, ſeu balneũ, ſeu ſeſsio, ex eiſdẽ rebus. Diuerſificatur tamen ſecundũ exigentiam diuerſitatũ materiarum facientium tenaſmonem,ita quòd aqua decoctionis illarũ aſcendat tantùm vſq; ad vmbilicum. Talis enim ſeſsio,ſeu balneatio reſoluit materiam,& cõfortat inteſtinũ rectum. Cum ſacculis etiam procedendo:primò poteſt

teſt fieri ſacculus ex petia, vel panno lineo, mundo, non multùm poroſo, vel tenui, ſed mediocri tēdenti tamen ad ſubtilitatē, & ad tenuitatem, recipiēdo herbas ſuperiùs ſcriptas, ſecundū materias peccantes, & facientes tenaſmonē, & eiſdē herbis impleatur ſaccul' paruus, poſtea ponatur in aquā calidā, ſimplicē, vel parū feruentem, exprimatur, & tandem ano calidè applicetur. Cum inunctionib', quę & in cura tenaſmonis poſſunt fieri. Vnde in materia calida, cholerica, fiat tale vnguentū: Recipe olei roſati, nenupharini, ana ℥ vj. Lauentur huiuſmodi olea in aqua frigida, deinde adde butyri recētis, & loti in aqua frigida, pinguedinis anatis, ana drac. j ceræ parum. Fiat vnguentum, cum aqua inungatur anus.

In materia phlegmatica, vnctio ani.

Recipe olei ſeſamini, liliacei, ana vnc. j. pinguedinis gallinæ, taxi, ana ℥ ij. ceræ parum. Et fiat vnctio ani: quæ valet in materia phlegmatica, frigida, & etiam melancholica. Hæ tamen inunctiones fiant, præmiſsis priùs fomētationibus, ſeu balneationibus, ſeu ſeſsionibus pręſcriptis. Tertia intētio eſt ſedatio doloris. Vnde in doloribus acerbis in tenaſmone fiant ſequentia remedia, cum ſacculis.

Sacculus.

Recipe meliceta, quæ vulgò melgetæ, vel grana Paradiſea vocantur, pug.ij. vel plus (aliàs partes ij.) & impleatur ſacculus paruus cum illis granis, poſtea ille ſacculus im pletus bulliat in vino nigrò, qui poſtea exprimatur, & apponatur calidus ano, ita quòd patiens ſedeat ſupra illum ſacculum calidum. Ad idē valet ſacculus refertus furfure, ſimili modo bullitus in vino, & calidus ano applicatus.

Ad idem valet hoc experimentum.

Accipiatur aſſer ligneus, bene politus, nec ſit aſper, & bene liniatur læuigali, id eſt, torno, & calefiat ad ignem, deinde huiuſmodi aſſer læuigatus, id eſt, dedolatus, & calefactus, inungatur cum adipe renum capræ, & iterum calefiat, & ſuper ipſum patiens ano nudo ſedeat.

Ad idem valet ſequens balneum, eſt ſolenne, & expertum.

Recipe verbaſci, id eſt, taxi barbati p.iiij. vel v. Bulliant in vino, & aqua ad conſumptionem tertiæ partis, deinde tali decocto impleatur vas, ſuper quo ſedeat patiens tenaſmonem ano ſuo. Item etiam valet in ſedando dolorem in rhagadiis, ſeu fiſſuris an, & hęmorrhoidibus, & etiam in teneſmi

dolore

dolore intenſo, ſub forma inſeſſus. Quarta intentio, eſt debiti regiminis in vita ordinatio. Regimen itaque patientis tenaſmonē, ſicut & cuiuſlibet alterius ægritudinis, generaliter ſemper debet eſſe contrarium cauſæ facientis tenaſmonem, & id in aliis quoque morbis.

Additiones propriæ.

BALNEETVR primùm ægrotus ſic: Recipe radicum cardui fullonum M. vj. corticum granatorum, balauſtiorum, corticum mori, verbaſci, ana M. iij. Coquantur in ß. q. aquæ, & fiat balneum, in quo ſedeat patiēs, vmbilico tenus. Commendant Medici fomētationem factam cum decocto ſauinæ, artemiſiæ, ocymi caryophyllati, naſturtij, & his ſimilibus.

Aliud fomentum ad idem.

Recipe abſinthij, parietariæ, maluæ, biſmaluæ, mēthaſtri, pulegij, hyſſopi, origani, florum chamomillæ, foliorum porrorum, ana q. v. Hæc omnia, vel aliqua, in vino optimo bulliant, & patiens fumum recipiat, ſtatim dolorem ſedat.

Ad idem ſubfumigium.

Recipe thuris, picis Græcæ, ana q. v. Proiiciantur ſuper carbones viuos, & eſt mirabile ad hoc.

Aliud ad idem.

Ad idem valet ſuffumigatio facta cum colophonia, vel ſarcocolla, ſeu terebinthina.

Suppoſitorium ad idem.

Fiat ſuppoſitorium ex radicibus taxi barbari, & oleo violarum inunctum: & prouocabitur ſella. Deinde immittatur cũ digito in inteſtino, parũ de puluere ſambuci combuſti, ſubtiliter puluerisati.

Lycinium ad idem expertum.

Recipe olibani drach. j. amcos tantũdem, opij drach. ß. croci ſcrupul. x. aliàs g̃ x. Conſice cum melle, & fiat peſſus glandiformis, & ſupponatur cum cautelæ.

Lycinium ad idem.

Recipe thuris, myrrhæ, acaciæ, ſeminis iuſquiami albi præparati, gummi Arabici torrefacti, ana vnc. iij. mumiæ, croci, boli Armeni, ana drach. j. lycij. vnc. ij. opij ſcrupul. ij cum albumine oui, fiat lycinium.

Sacculus ad idem.

Impleantur duo ſacculi furfure triticeo, in aceto bulliant, & modò ſedeat ſuper vno, iam ſuper altero callido, ſi poteſt pati, ſtatim dolorem ſedat. Item valet ſaccellatio, cum anetho torrefacto.

De fluxu hepatico chyloſo.
Cap. LVIII.
Cura.

CVra fluxus hepatici chyloſi primo exigit, vt minus de chylo generetur. Si verò non poſſent abſtinere de illa quantitate cibi, propter famem, vel appetitum, debent cibari cibariis, quæ ſunt multæ quantitatis, pauci nutrimenti, vt per multã quantitatem ſopiatur appetitus, & propter paucam qualitatem parum de chylo progeneretur: vt eſt regula Auicennæ, quarta primi, cap. j cùm dicit, Cùm deſiderium fuerit ſuperabundans, & in venis fuerint multi humores abundantes, debent dari cibi multæ quantitatis, pauci tamen nutrimenti, quę tamen generent nutrimentum bonum, ſicut ſunt holera, lactuca borago, bugloſſa, &c. Si autem contingat fluxus chyloſus, propter craſsitiem chyli, & viſcoſitatem, dentur cibaria quæ ſint facilis digeſtionis, & ſubtilis chyli generatiua: vt carnes auium laudabilium, vitella ouorum, cum quibus dari poterunt aperitiua, vel brodia cicerum, decoctio radicum fœniculi, petroſelini, apij, &c. Si verò idem fluxus prouenit propter paruitatem hepatis, debet dari cibus bonus,

ſubtilis multùm, paucarum ſuperfluitatum, ventrem non lubricans, ſæpe, & parum pro vice vna: Parum, vt poſsit hepar attrahere: Frequenter, vt corpus bene nutriatur. Si verò fluxus chyloſus originem traxerit ab apoſtemate hepatis; tunc in principio fiat phlebotomia baſilicæ dextræ, & euacuetur ſanguis, vel materia miſta ſanguini, quæ facit apoſtema. Nam regula generalis, & poſita ab Auicēna, quarta primi, eſt, quòd in omni abſceſſu intrinſeco membrorum principalium competit phlebotomia. Deinde ad curam apoſtematis, quantū ad cauſam coniunctam, applicentur remedia ſecūdum diuerſitatem temporis apoſtematis: Quia in principio apponantur repercuſsiua ſola. In augmento repercuſsiua miſta cum reſolutiuis. Et in principio augmenti repercuſsiua ſuperent reſolutiua. In fine verò augmenti, & in principio ſtatus, recurratur ad caput de apoſtemate hepatis. Si tamen fluxus chyloſus contingat ab oppilatione, à materia ſanguinea, faciens iſtam oppilationem, & non ab apoſtemate hepatis, fiat ſectio venę baſilicæ, eo modo, quo dictū eſt in cap. de apoſtemate hepatis. Si verò fiat oppilatio iſta à materia craſſa, viſcoſa, phlegmatica, tunc procedatur iſto modo: Primitus digeratur materia, leuiter ſubtiliando, vtpote cum tali

ſyrupo:

ſyrupo: Recipe oxymellis ſimplicis vnc. j. ß.aquæ abſinthij vel betonicæ ℥ iij. Miſce, & fiat ſyrupus, & exhibeatur. Poſt aliqualẽ digeſtionem exhibeatur ſequẽs medicina, in forma pilularũ. Recipe pilularum aloephanginarum, pilularum de rhabarbaro Meſuei,agarici trochiſcati,ana ſcrup.j. Reformentur pilulę numero v. cum ſyrupo de duabus radicibus,& exhibeantur. Euacuãt enim materiam oppilantem hepar. Deinde vlterius procedatur ad digeſtionem hoc modo fortiorem: Recipe oxymellis ſcilliticici, vel compoſiti vnciam j. mellis roſati colati vnc.ß .aquarũ apij. fœniculi, abſinthij, ana vnc.j. Miſce, &c. Tandem facta digeſtione cũ iſtis præſcriptis,ſed tamen in maiori doſi,dentur tales pilulæ: Recipe pilularum aggregatiuarum, aloephanginarum, agarici trochiſcati,ana ℈ j.b.p. Reformẽtur pilulæ numero ſeptem,cum ſyrupo de quinque radicibus,& exhibeantur. Deinde dentur aperientia ad modũ electuarij,vt: Recipe diacalamenthi drach.j.ß.Exhibeatur cũ vino albo, ſubtili odorifero. Et hoc eſt cõſilium Auicennæ. Similiter & in xiiij.fen.tertij. Theriaca valet. Vlterius talis fiat vnctio inter hepar, & ſtomachum. Recipe olei ſpicati, abſinthitis,ana drach.vj. Miſce, & inungatur locus inter hepar,& ſtomachum.

Vt aperiantur viæ meſaraicarum, fiat talis ſomẽtatio: Recipe abſinthij, chamomillæ, capillorum Veneris, polytrichi, ana M.j. Parum contundantur, & bulliãt in ß.q. aquæ, cum modico vini albi, ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde accipiatur ſpõgia parua, & infundatur, quæ expreſſa calida applicetur regioni, quæ eſt inter hepar, & ſtomachum. Quantum ad diætã, dẽtur ea cibaria, quæ confortant ſtomachum, & hepar, & diæta ſit ſubtilis, omnino dentur cibaria facilis digeſtionis, nutrimenti boni, & paucioris ſuperfluitatis. Panis in hoc caſu plus recipiat de fermento, quàm tempore ſanitatis. Et puluis aniſorum ponatur in iſta paſta, ex qua fit panis. Si autem oppilatio aliqualiter pendeat à materia craſſa, calida, detur ſequens ſyrupus: Recipe ſyrupi de Byſantiis, acetoſi ſimplicis, ana drach. vj. aquæ cichorij, capillorum Veneris, cuſcutæ, ana vnc. j. Miſce fiat ſyrupus. Pro euacuatiua verò exhibeantur ſequentes pilulæ. Recipe pilularum aggregatiuarum, pilularum de rhabarbaro, ana drach. ß. Miſce, & formentur pilulæ numero v. Item paſſulæ lotæ valent in oppilatione calida aperienda. Similiter materia exiſtente calida, detur ſequens electuarium. Recipe paſſularum enucleatarum vnc. ß. diarhodonis Abbatis,

triaſ

triaſandalorum,ana ʒ vj. Miſceātur paſſulę cum prędictis electuarijs,& bene piſtentur, quouſq; veniāt ad formam electuarij. Quā tum ad diætam patientis: Diæta vergat ad contrarium cauſæ,ſeu materię,facientis oppilationem,vtputa ſi materia eſt calida,regimen vergat ad frigidum,& econtrario. Si verò fluxus chyloſus proueniat à debilitate attractiua,ſequente mala complexione frigida, humida, cum materia, ſicut accidit vt plurimum,tunc pro cura huiuſmodi fluxus ęducatur materia eo modo,ſicut dictum eſt in fluxu oppilatiuo,à materia frigida,& exhibeatur regimen calefaciens hepar. Si autem fluxus chyloſus pēdeat à mala complexione frigida & humida ſine materia, tunc pro cura eius,remoueatur prędicta dyſcraſia circa hepar:cū intētionibus prędictis. Et præſertim fiat ſequēs vnctio circa regionē hepatis. Quę vnctio eſt hepatis cōfortatiua & malæ complexionis frigidę,& humidę remiſsiua. ℞ olei ſpicati ℥ iiij. vini albi,odoriferi,potētis ℥ iiij. Bulliāt ad cōſumptionē vini. Deinde fiat inūctio. Flux' hepaticus,phlegmaticus,& aquoſus, ſi cauſa eſt conuerſio aquæ ſtomachi ad inteſtina,& fit à materia, dimittatur ipſa operari,& cōfortetur digeſtiua,& expulſiua cū ꝓprijs moderatę ſtypticiati participātibus. Si tamē nimis ſuperfluit, prohi

prohibeatur eò magis ſtypticis,& confortetur hepar. Si in cauſa fuerit aliquod hepatis nocumentum primò per eſſentiam, vel per conſenſum alterius membri, tunc cura primò exigit euacuationẽ,& diuerſionẽ: deinde hepatis confortationem: tertiò, accidentium correctionem: vltimò, diætã debitam.

Textus variatio.

Si fluxus phegmaticus fiat à materia, ita quòd virtus dimittatur (aliàs diminuatur.) Si autem talis fluxus vltra debitum procedat, tũc reſtringatur,& cõfortetur hepar, ac digeſtiua, ne generet talem aquoſitatẽ: reſtringatur autem eo modo, quo ſuprà dictum eſt. Si autem fluxus aquoſus, phlegmaticus pendeat ab hepate, vel per eſſentiam, vel per communitatem, tunc itidem exigit quatuor intentiones. Prima, eſt euacuatio cauſæ facientis huiuſmodi fluxũ aquoſum, & ipſum diuertit. Secunda, eſt confortatio hepatis. Tertia, eſt correctio accidentium. Quarta, eſt debitum regimen in vita.

Prima intentio perficitur cum euacuãtibus materiã illam aquoſam. Vnde euacuatio aquoſitatis,& confortatiuum hepatis, in forma pilularum fiat hoc modo: Recipe pilularum de rhabarbaro Meſuei, aggregatiuarum, agarici trochiſcati (aliàs rhabarbari electi, ana ſcrup.j.) Formentur pilulæ: quæ

etiam

etiam valet in hydropiſi, fiant num.vj.cum ſucco ireos,& exhibeantur tres interpolatis diebus,pro vna vice. Loco pilularum aggregatiuarũ, vbi multùm ſuperflueret fluxus. pone pilulas de hiera ſimplici.

Ad idem valet iſta decoctio ſequens.

Recipe myrobalanorum cebulorum, & citrinorum, ana ℥ ij.radicum ireos vnc. vj. Bulliant in ß.q.aquæ endiuiæ,vel abſinthij, cum aqua mellis, ad conſumptionem medietatis. Alius textus addit hoc, coletur, & colaturæ accipiãtur vnc.ij.In quibus diſſolue ſucci ireos ʒ j. ß. & exhibeatur iſte potus calidus. Deinde exhibeatur iſta aqua, poſtquam colata fuerit, cum modico iulepo roſaceo commiſcendo.

Aliud ad idem,euacuans cauſam, & confortans hepar.

Recipe myrabalanorum cebulorum, & Indorum,ana drach.ij.Bulliant in ß.q.aquæ endiuiæ,abſinthij, ana partibus æqualibus, ad conſumptionem medietatis, coletur,& colaturæ accipiantur vnc. ij. In quibus diſſolue ſucci ireos drac.j.ß.Et exhibeatur iſte potus calidus. Diuertatur etiam iſta materia ab inteſtinis, cum prouocantibus vrinam, & ſudorem. Cum prouocantibus autem vrinam,diuertatur cum ſequenti decoctione: Recipe ſeminis apij,fœniculi,radi-

cum petroſelini, aſparagi, ana ℥ j. Bulliant in ß.q.aquæ fœniculi,ad conſumptionē me dietatis: coletur,& de colatura recipe ℥ iij. In quibus diſſolue dialaccæ ℥ j ß. Miſce,& fiat potus. Prouocat etiā lotiū mirabiliter.

Prouocatiuum ſudoris bonum.

Recipe aquæ fœniculi, apij, ana ℥ ij.vel iij.vini albi,potentis,&clari tantundem.Miſce, & calidum iſtum potū exhibeas,& patiens ilico lectū calidum ingrediatur , & bene cooperiatur.

Aliud.

Item aqua hordei cum vino exhibita prolicit ſudorem Item alius modus prouocandi ſudorem eſt,vt patiens bene cooperiatur in lecto pannis,& anhelitū retineat, vel ingrediatur ſtufam, & ita cōpletur prima intentio,quę perficitur euacuando,& diuertēdo.Secunda intentio:Si corruptio digeſtionis hepatis proueniat à mala complexione hepatis ,remoueatur illa mala complexio cum contrarijs habētibus cōfortare hepar. Sicut ſi veniat à mala complexione calida, remoueatur cum frigidis confortātibus hepar ab intra, & ab extra cum vnctionibus, & vomitorijs,& epithematibus,confortātibus hepar,& remouētibus malam complexionē calidam hepatis,vt ſuprà copioſè dictum eſt. Ex confortantibus autem hepar,

quæd

quædam ſunt à proprietate conſortantia, vt habetur in XIII. & XIIII. fen. tertij canonis, ab Auicenna, videlicet de auellanis cõſortantibus hepar, à proprietate. Tertia intentio, quæ eſt correctio accidentium requiratur in capitulis proprijs. Quarta intentio, & vltima eſt, ordinatio debiti regiminis in vita, quod vergere debet in cõtrarium cauſæ facientis dolorem.

Cura fluxus hepatici cholerici.

QVATVOR exigit intentiones. Prima euacuat, & remouet cauſam fluxus. Secũda hepar conſortat. Tertia accidentia corrigit, eiſdem ſuccurrendo. Quarta ordinat debitum regimen. Quantum ad primam intentionem, euacuatur cholera, cum tali medicina ſolutiua.

Potio, ſiue cholagogum.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, roſarum, ana M ſemis, corticum myrobalanorum citrinorum, ſeminis endiuiæ, plantaginis, ana drach j. Fiat decoctio in aqua plantaginis. De qua accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, micletæ ℥ iij. rhabarbari electi ℥ j. vel vnam ß. Rhabarbarum ſubtiliter puluerizetur, & cum reliquis ſubtiliter puluerizatis miſceatur, cũ prædicta decoctione q. ß. & fiat potus. Et eſt notandum, quòd rhabarb

barbarum in fluxibus datur abſque correctiuo, quia intendimus poſt euacuationem euacuare(aliàs reſtringere.)Et ſi poſt euacuationẽ intẽtio eſt ſtypticare,tunc rhabarbarum aliqualiter vſtuletur.Sed pro pauperibus loco rhabarbari,accipiatur myrobalanorum citrinorum parumper vſtorum, qui puluerizentur,& cum reliquis,vt ſuprà,miſceantur , & fiat potus,qui dulcoretur cum modico ſyrupo roſato,puta ℥ ß.

In forma pilularum ad idem,euacuatiuum choleræ.

Reci. rhabarbari electi ʒ j. Puluerizetur, & cum ſyrupo cydonite formẽtur pilulæ,numero vij.Pro pauperibus autem loco rhabarbari accipiantur pulueres myrobalanorum citrinorum;doſi ʒ j. Et formentur cum prædicto ſyrupo pilulæ.Secunda intẽtio,facta euacuatione eſt confortare hepar, remouendo malam complexionem calidã ab hepate. Et hoc fit cum his,quę applicantur ab intra,& extra.

Ab intra cum ſequenti potione,ſic.

Recipe ſyrupi de endiuia , vel violarum, vel ſyrupi roſarum, vel ſyrupi nenupharini, ℥ j.ß. aquæ endiuiæ, plantaginis, ana ℥ j.ß. Miſce Nam hic ſyrupus digeſtiuus eſt choleræ , & etiam alteratiuus, alterans malam complexionem hepatis.

Ab extra.

Epithemata verò,& ea,quæ applicantur ad extra,ad confortandum hepar,& remouendum malam cõplexionem hepatis,quãuis ſunt multa,ſequens tamẽ epithema pręcæteris commendatur,quod ſic fit: Recipe aquarum roſarum,endiuiæ,hepaticæ,ana ℥ vj.vel vij.roſarum rubearum,ſpodij,ſandali albi & rubei,ana ℥ j.ſpicæ ℈ ß.Puluerizẽtur omnia ſubtiliter,& cum prędictis aquis,& modico aceti miſceãtur,& fiat epithema. Epithemetur hepar cum petijs in iſta miſtura intinctis calidè.

Aliud epithema ad idem.

Recipe aquæ plantaginis,endiuiæ,ana ℥ j.ß.Miſce pro epithemate.

Vnctio ad idem.

Recipe vnguenti ſandalini, infrigidantis Galeni añ ℥ ß.Miſce,& inungatur regio hepatis hoc vnguẽto tepidè,& non calidè valde. Quantum autẽ ad tertiam intentionẽ, quæ eſt correctio accidẽtium.Et quandoq; ſolent venire accidentia mala,ſicut dolor vehementiſsimus inteſtinorum,quę remouẽtur cum his,quæ dicta ſunt in cap.de dyſenteria.Accidit etiã aliquando ſyncopis(aliàs ſynthesis) & aliquando inſtantia vigiliarũ, Et pro horum omnium atque ſimiliũ correctione, & remotione recurritur ad capi-

 tula

tula propria. Quarta intentio eſt, debitum regimẽ in vita,&in ſex rebus non naturalibus,quod totum debet declinare ad cõtrarium cauſæ facientis ægritudinem, ſcilicet ad frigus & humidum.

Cura fluxus hepatici. melancholici.

CVRA fluxus hepatici,melancholici,fæculenti,ſeu fæcalis,exigit quatuor intentiones. Quarũ prima eſt remotio cauſæ faciẽtis fluxum. Secunda,eſt hepatis cõfortatio. Tertia,eſt accidentium correctio. Quarta, eſt debitum regimen in vita.

Intentio prima perficitur hoc modo.

Primò remouendum eſt regimen multiplicatiuũ huiuſmodi melancholiæ fæcalis. E ideo caueat ſibi ab aëre vehementer frigido, vel etiam vehementer calido adurente. Caueat ſibi ab omnibus generantibus aduſtionem,& ſanguinẽ aduſtum,ſicut ſunt carnes ſalitæ, cibaria calida, acuta, amara, & multũ dulcia. Vnde comedat carnes vitulinas iuuenes,caprinas iuuenes,pullinas gallinaceas,ouinas iuuenes: & huiuſmodi carnes cõtrariãtur,& aduerſantur melãcholiæ ſeu humori melãcholico. Caueat à vino potẽti: & potiùs bibat aquã ſaccharatam: exiſtent

ſtente materia, vel cauſa nimis calida hepa-
tis, ſanguinem adurente. Si autē in cauſa fue
rint febres adurētes, hepar multùm calefa
ciētes, ſicut ſunt ſynocha, cauſon, febris cōti
nua, tertiana, febris peſtilētialis, priùs iſtius
febris cauſa remoueatur, euacuando illum
humorem facientem febrem cum phleboto
mia. Si eſt ſynocha baſilicæ dextræ. Si autē
eſt cauſon, aut aliæ febres adurentes, peſti-
feræ, euacuentur humores illi cum appro-
priatis, de quibus alibi dictum eſt. Attamen
in omni euacuatione in tali fluxu ponatur
aliquid, quod poſt euacuationem relinquat
veſtigia ſtypticitatis: Sicut in cholerica, cum
rhabarbaro, vel myrobalanis citrinis. In me
lancholica, cum myrobalanis Indis. Poſtea
& ſecundò attendēdum eſt remotioni cali-
ditatis relictæ ex febre, cū omni modo ex-
tinctionis. Primò cum infrigidatione aëris,
infrigidando aërem. Secundò, cū his, quę in
ore retinētur. Tertiò, cū clyſteribus infrigi-
dantibus. Quartò, cū cibo, & potu frigidò.
Quintò, cū epithematibus infrigidantibus,
circa hepar, & cor factis. Sed iſta epithema
ta infrigidātia non debēt applicari, niſi prę-
cedente euacuatione. Et vlterius etiam non
debent applicari circa maiorē partem cor-
poris: quia fugat calidum ad intra, & plus ca
lefaciunt per antiperiſtaſin. Et omnes iſti

modi extinctionis caliditatis,ac aduſtionis habentur ab Auicenna j.quarti, de cura febrium acutarum in generali. Si autem contingat,quòd iſte fluxus ꝓueniat à nimia caliditate hepatis,adurēte maſſam ſanguineā & conuertente aliquam partem illius maſſę ad humorem melancholicum fęcalem:tunc euacuetur primò ſanguis ille melācholicus, cum phlebotomia venæ baſilicæ. Deinde ſi alius humor ſuperauerit in maſſa illa, fiat omnino humoris illius euacuatio ſuperātis ſecundum eius exigētiam. Deinde attendatur mala complexio hepatis,ipſam remouē do cum exterius applicatis,& interius adminiſtratis,de quibus dictum eſt ſępe ſuperius in cap. de debilitate hepatis,à mala complexione calida. Exterius etiam apponēdo epithemata infrigidantia ipſum hepar confortantia, cum aliquali ſtypticitate, ſimiliter etiam inunctiones circa hepar,confortātes, & omnino infrigidantes ipſum hepar. Ab intra autē ſumendo remouetur mala complexio hepatis,cum diatriaſandalis,electuario diarhodone,ſaccharo violato cum cōſerua nenupharina. Si autē cauſa fuerit huiuſmodi fluxus melācholię fæcalis,mala complexio frigida hepatis,generans melancholiam fæcalem,per congelationem: tunc illa melācholia euacuetur cū medicinis appropriatis,

priatis,de quibus vide ſuprà.Deinde remoueatur illa mala complexio frigida hepatis congelans ,cum his quæ ſumũtur ab intra, & ab illis,quæ applicantur ab extra. Ad intra demus hunc ſyrupum:Recipe ſyrupi de eupatorio,de calamentho,de abſinthio,añ ℥ ß.aquæ abſinthij,aquæ eupatorij,apij,añ ℥ j.Miſce,&fiat ſyrupus.Ad calefaciendum hepar detur ſequens electuarium : Recipe aromatici roſati, diacalamenthi diatrionpipereon,ana ℥ j.Miſce,& fiat electuarium: de quo ſumat manè, & ſerò , ad quantitatem caſtaneæ magnæ,ante cibum per duas horas. Ab extra verò vngatur hepar , ſeu hepatis regio, cum oleo ſpicato , maſtichino,ſimul miſtis tepidè. Si autem huiuſmodi fluxus melancholicus fæcalis proueniret ab hulcere hepatis,in quo hulcere maneat virus ſordidum aliqualiter:tunc procedatur in cura hoc modo:Nam primò mundificetur hulcus, cum aqua hordei , vel cum aqua mellis : & in aqua hordei diſſoluatur oxymel ſimplex , vel ſyrupus acetoſus.

Conſolidatio.

Deinde facta mundificatione hulceris, conſolidetur hulcus cum potione , quæ ſic fit,Recipe aquæ plantaginis,endiuiæ,ana ℥ j.ß. boli Armeni vnc. j ß.aliàs ʒ j. ß.Pulueritzetur bolus, & cum prædictis aquis miſceat

ſceatur, & detur in potu calidè. Item ad cõſolidandum detur de tribus ſandalis drac. j. pro vice tantùm, admiſcendo ℈ j. rhabarbari (aliàs ſcrup. ij. boli Armeni) Conſolidat enim hulcus, & confortat hepar. Si autẽ huiuſmodi fluxus melancholicus fæcalis proueniat ab eruptione apoſtematis hepatis. euacuetur eo modo, ſicut dictũ eſt in cap. de cura apoſtematis hepatis. Si verò huiuſmodi fluxus melancholicus fęcalis proueniret ab oppilatione hepatis: quia materia propter retentionem induratur (aliàs aduritur) & conuertitur in materiam fæcalem, melancholicam: tunc cura eius eſt deoppilare, remouendo cauſam oppilationis, & etiã hepar confortare, ſicut dixi in cura oppilationis hepatis. Si autem talis fluxus melancholicus fæcalis proueniat à fortitudine virtutis expellentis, & ſequeſtrantis illam materiam fæcalem ab alijs malis humoribus, tunc talis fluxus dimittatur naturæ forti, ad expellendum eam. Si autem huiuſmodi fluxus fortis virtutis expulſiuę fortiter proueniens, multùm durauerit, & longo tempore perſeuêret, tunc retineatur cum his, quę dicta ſunt, ne virtutem debilitando proſternat ægrum. Secunda autem intentio, tertia, & quarta, requirãtur, & videantur in capitulis proprijs.

Cura

Cura fluxus oppilatio-nis venarum.

CVRA fluxus oppilationis, facti ex oppilatione venarũ meſaraicarum (aliàs inteſtinorum) venæ portæ,& venarũ,quæ ſunt inter ſtomachum,& hepar. Et quinq; perficitur intentionibus. Quarum prima eſt, aperire oppilationes, & eius cauſas remouere. Secũda eſt,poſt euacuationẽ,& apertionẽ oppilationũ confortare membra, & reſiduũ materię euacuare,& attrahere nutrimentum ad membra. Tertia eſt, ipſum hepar cõfortare. Quarta eſt, ſuccurrere accidentibus. Quinta,debitum regimen. Prima intẽtio perficitur hoc modo,procedẽdo cum aperitiuis, ſecundum exigentiam materię.Et quia materia oppilãs,vt plurimùm eſt phlegma groſſum,vel viſcoſum,vel etiã cholera craſſa: Idcirco in primis procedamus cum inciſiuis,& abſterſiuis temperatè aperientibus. Fiat ergo primò ſequens ſyrupus: Recipe ſyrupi de duabus radicibus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana ℥ ß. aquæ abſinthij, fœniculi, capillorum Veneris,ana vnc j. Miſce, & fiat ſyrupus,& exhibeatur:& hoc materia exiſtente phlegmatica.Vbi autem materia eſſet cholerica craſſa,oppilans, detur ſequens ſyru-

pus:Recipe ſyrupi de Byſantiis de endiuia, mellis roſati colati, ana ℥ ß. aquæ cuſcutæ, endiuiæ,capillorum Veneris,ana ℥ j Miſce: fiat ſyrupus. Facta digeſtione detur medicina infra ſcripta. Et primò in forma potabili,materia exiſtente craſſa, phlegmatica, oppilante.Recipe florum boraginis,bugloſſæ,capillorum Veneris,ana M ß. paſſularũ enucleatarum,liquiritiæ raſæ,ana ℥ ß. radicum fœniculi,petroſelini, ana ʒ j. ß. aniſorum M. ß. Fiat decoctio ſecundum artem. De qua accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, diacatholiconis ʒ v. agarici electi ℈ iiij. (Quidam addunt electuarij Indi maioris ʒ ij.) ſalis gemmæ, zingiberis, ana g̃ iiij. agaricus cum ſale gemma,& zingibere,infundantur in oxymelle ſimplici, per octo horas, deinde fiat fortis expreſsio, & cum reliquis diſſoluatur,& fiat potus, qui exhibeatur hora & tempore conſuetis. Et obſeruandum eſt vnum,quod in hoc fluxu oppilatiuo debemus cauere à fortibus medicinis, & etiam à magna doſi. Vnde procedendum eſt cũ medicinis benedictis,quantum poſsibile eſt, participantibus aliquali ſtypticitate,& à principio cauere debemus in cura huiuſmodi fluxus, à cõſtringẽtibus fluxũ:quia talia ſunt cauſa maioris fluxus, & etiam talia ſunt cauſa mortis, vt inquit

Auic

Auicenna 16.tertij,tractatu 2.cap.1. Vbi autem materia oppilans,ſit cholerica, craſſa tendens ad aliqualem caliditatem,detur ſequens medicina. Recipe decoctionis communis,cui adde cuſcutæ,capillorum Veneris,ana M.ß.radicis endiuiæ, fœniculi, ana ℥ j.Colaturæ huius recipe q.ß.ad diſſoluendum, diacatholiconis, electuarij de caſia, ana ℥ ij.ß.rhabarbari optimi electi ℥ ij.ſpicæ g̃ v. electuarij roſati Meſuei ℥ j.ß. diaprunis ſolutiui ℥ ß.Rhabarbarum cum ſpica infundatur in aqua endiuiæ. Et adde modicum vini,per octo horas.Deinde fiat fortis expreſsio, & cum reliquis diſſoluatur,& fiat potus,qui exhibeatur.

In forma pilulari.

Materia exiſtente craſſa,& phlegmatica, dentur ſequẽtes pilulæ. Recipe agarici trochiſcati,pilularum aggregatiuarum, ana ℥ ß.Miſce,& formentur pilulæ, nume.v.cum oxymelle ſimplici,& exhibeantur. Materia verò exiſtente calida, vtputa cholera craſſa, oppilante,dentur hæ pilulę:Recipe rhabarbari electi ℈ ij.ſpicæ g̃ ij. pilularum aggregatiuarum ſcrup. j. b. p. Formentur pilulæ nume.vij.cum ſyrupo de Byſantiis,& exhibeãtur. Facta euacuatione materię,& aperta oppilatione,in fluxu oppilatiuo,ex meſaraicis,vt oppilatio venarum meſaraicarum

plus appareat, fiat ſequens fomentatio. Recipe capillorum Veneris, meliloti, anethi, abſinthij, cyperi, ana M. j. Bulliant omnia ſimul in ß.q.aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur ſpongia, quæ infundatur in prædicta decoctione, & expreſſa ponatur calida inter hepar, & ſtomachum, ſæpe reiterando. Secunda intentio eſt, confortare virtutem attractiuam membri, & præcipuè hepatis, vt chylum attrahat ad ſe, & bene ſeruet, & digeſtio eius confortetur. Perficitur autem hæc intentio cum his, quæ aperiunt, & quæ ſunt cauſæ penetrationis nutrimenti ad membra,

Electuarium, quod confortat ſtomachum, & hepar.

Recipe diacalamenthi, diarhodonis Abbatis, ana ℥ ß. Miſce, & fiat electuarium: de quo detur pro vice, ad quantitatem caſtaneæ magnæ, cum modico vini potentis, ante cibum per horam vnam, facta media (aliàs materiæ) digeſtione prima, in ſtomacho, vt attrahatur cibus ad hepar, poſt tres, vel quatuor horas, ab aſſumptione cibi detur iſtud electuariū, accipiēdo diacalamenthi ʒ j.ß. & detur cum vino potēti, ſubtili, & pauco, vt penetret, tandem remota oppilatione venarū, quæ ſunt poſt hepar. Idē electuariū eſt bonū præſcriptum, in maiori tamen

men doſi, & debet dari celebrata prima, & ſecunda digeſtione. Et ad iſtam intentionem eadem hora faciendæ fricationes circa membra totius corporis,& ſint ſatis fortes: quia iuuant ad attractionem nutrimenti ad membra, & tales fricationes debent eſſe continuæ. Hoc facto,ſi fluxus non ceſſat, & moderatè procedit, dimittatur naturæ. Si autem talis fluxus ſuperfluat, tunc debet moderatè conſtringere, cum his quæ participant ſtypticitatem, & confortant membrum. Et inter omnia laudatur ſequens electuarium. Recipe paſſularum cum earum arillis drach. ij. aliàs vncias ij. fiſticorum, auellanarum aſſatarum, an a drachmam j. hepatis lupi conditionati ſcrupulum j. Puluerizanda pulueriżentur, & piſtanda piſtentur, ſicut paſſulæ, & cum ſaccharo taberzeth diſſoluantur in aqua abſynthij, formetur electuarium. De iſto electuario manè & ſerò antè cibum per duas horas aſſumat cochlear dimidium. Tertia intentio eſt correctio accidentium, quæ corrigantur cũ his, quæ in proprijs capitulis dicuntur. Vltima intentio, eſt debitum regimen in vita. Primò quo ad aërem: Aër patientis tendat ad temperiem in actiuis, & paſsiuis, ad ſiccum. Cibus,& potus habeantur, ſicut in fluxu generali dictum eſt.

Addit

Additamenta propria.

Electuarium.

℞. Pulueris lapidis hæmatitis, ſubtiliſſimè puluerizati, ʒ iij. pulueris coralliorum rubeorum ʒ j.ß. pulueris radicum tormentillæ rubeæ ʒ j. boli Armeni puluerizati ℈ ij. cretæ rubeæ ℈ j. ſandali rubei ʒß. trochiſcorum de carabe ʒ ij. pulueris radicis biſtorte, vel ſerpentariæ ʒ j. diacydonitis ſimplicis ℥ ij. Miſce, & incorporentur cum ſyrupo cydonite, myrteo, & roſaceo, ana q.ß. pro electuario molli.

Aliud ad idem.

Recipe rhodoſacchari ℥ ij. pulueris lapidis hæmatitis, trochiſcorum de carabe, de terra ſigillata, de ſpodio, ana ʒ j. Miſce, & inauretur. Ad idem, valet vinum granatinum, cum coriandro, aliquibus diebus potatum. Similiter & myrtidanum.

De fluxu oppilatiuo ſplenis,

Cap. LIX.

Cura.

CVra fluxus oppilationis ſplenis, quinq; intentionibus perficitur. Prima, cùm deoppilantibus ſplenē. Secūda, cum reſoluentibus reſiduum materiæ, poſt deoppilationem. Tertia, cū confortātibus ſplenem.

Quart

Quarta,corrigendo accidētia. Quinta,con ſtituēdo debitum regimen in vita. Pro prima intentione fiat phlebotomia baſilicæ ſiniſtræ,ſi plus quærimus diuertere, quam euacuare.Sed nota modum Benedicti, qui non aperit venam baſilicę ſiniſtræ,ſed dextræ, & poſt hoc ſaluatellæ ſiniſtræ manus. Digeratur materia infrà ſcripto digeſtiuo, quod eſt ſimul inciſiuum, abſterſiuū,& aliqualiter aperitiuū ℞.Syrupi de epithymo, oxymellis ſimplicis,ana ℥ vj.aquę ſcolopēdriæ,capillorum Veneris,pulegij,ana ℥ j.ß. (Alius textus ſic habet. Recipe corticum radicū capparorum ℥ iij.tamariſci,ſcolopēdriæ,capillorum Veneris pulegij,ana ℥ j.ß. ſeminis agnicaſti,granorum iuniperi,ſeminis plantaginis,ana ℥ j.ß) Miſceantur omnia ſimul, contundantur, & bulliant in ℔ iij.aquæ, ad conſumptionem medietatis. poſtea colentur. Colaturæ adde maſtiches electi ʒ iij. aliàs iiij.aceti ʒ j.ß. Bulliant iterum quouſque veniant ad formam iulepi, vel ſyrupi.Recipe de iſto ſyrupo ʒ j.ß.aquarum ſcolopendriæ,capillorum Veneris,fœniculi,ana ʒ j Miſce, & exhibe.Facta digeſtione,detur infrà ſcripta medicina, in forma potabili: Recipe florum boraginis, bugloſſæ,meliſſæ, ana M. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ʒ ß. corticum

cum radicum capparorũ, ſcolopendriæ, ana ℈ ß. folliculorum ſenæ, epithymi, ana ℈ j. ß. Fiat decoctio ſecundùm artem: deinde de eadem accipe q. ß. ad diſſoluendum diaſcenæ lenitiui ʒ v. diaphœniconis ʒ ij. electuarij Indi maioris ʒ j. confectionis Hamech ℈i j. Miſce, fiat potus, qui exhibeatur.

Ad idem in forma pilularum.

Recipe pilularum Indarum, de lapide lazuli, aggregatiuarum, ana ℈ j. diagredij g̃ ij. Diagredium datur, vt ſit calcar aliarum. Formentur pilulæ vij. & exhibeantur ante diem, per horam. Et poſt quinque horas ſumatur lauatiuum: Recipe aquæ mellis factæ ſecundum artem ℥ vj. ſacchari rubei ℥ ß. Miſce, & exhibeantur calide. Facta euacuatione, pro ſecunda intentione, ad confortandum, & deoppilandum ſplenem, & reſoluẽdum reſiduum materiæ oppilationis, fiat talis vnctio: Recipe olei capparacei: amygdalini dulcis, lilini, ſcolopendrij, cyperi corticum radicũ capparorum, florum tamariſci, ana ℥ ß. Puluerizentur, & aliæ res in aceto diſſoluantur, & cum prædictis oleis, & pauco ceræ, fiat vnctio pro ſplene, qui inungatur manè, & ſerò, & ſuperponatur tela tenuis ſeu lana ſuccida.

Ad idem fiat ſequens emplaſtrum.

Recipe ſcolopendriæ, florũ tamariſci, ca-

pillo

pillorum Veneris, cyperi, adianthos, ana M. j. ſeminis agnicaſti, plantaginis, ana ʒ ij. calami aromatici (aliàs Armoniaci, vel aromatici) bdellij, ana ʒ j. ß. vel ij. corticum radicum capparorum, corticum geneſtæ, ana ʒ j. (aliàs ℈ j.) farinæ fœnigræci, farinæ hordei, ana ʒ ß. Omnia hæc præter gummi, & farinas, bulliant in ß. q. aquæ, ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario, & addantur gummi, & in aceto diſſoluti, & farinæ, & cum prædicta decoctione, & oleo amygdalino dulci q. ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod reſoluit, & aperit oppilationem, ac ſplenem confortat. Pro alia intẽtione ad materiam, quæ remanſit ex deoppilatione, ſi fluxus perſeuerauerit, tentante natura euacuationi, & reſolutioni dimittatur. Si verò ſuperfluat, reſtringatur cum his, quæ dicta ſunt in cura fluxus generalis.

Adiectitiæ medelæ.

POTIO partim deoppilatiua, & partim reſtrictiua. Recipe aquarũ vtriuſque ſaluiæ, acetoſæ, hederæ terreſtris, verbaſci, ana ℥ j. ß. ſyrupi myrtei, maſtichini, roſacei, ſcolopẽdritis, ana ℥ ß. Miſce, diſſoluẽdo in eis dia capparis ʒ j. diacori magiſtralis ℈ j. Fiat potus ieiunè ſumẽdus. Si reſtrictiuo ſit opꝰ, fiat

tale

tale vnguentum: Recipe vnguenti infrigidantis Galeni ℥ j. raſuræ eboris, maſtiches, boli Armeni, ana ʒ j. ß. gummi Arabici, tragacanthi, ſeminis agnicaſti, ana ℈ j. oleorum maſtichini, cydonitis, roſacei, ana parum. Miſce, fiat vnctio.

Emplaſtrum ad idem.

Item amurca, ſeu vinacea, cum aceto diſtemperata, ſuper regionem ſplenis emplaſtretur, ſtatum ſedat.

Ad intra.

Recipe ſanguinis draconis, thuris, maſtiches, mumiæ, terræ ſigillatæ, ana ʒ j. boli Armeni drach. iiij. lapidis hæmatitis, carabæ, ana ʒ j. Fiat puluis: vel cum conſerua roſarum, aut nenupharis, & ſyrupo acetoſitatis citri, fiat miſtura. Doſis ſit ʒ j. pro vice, in ieiunio, Hæc ſi non contulerint, recurratur ad curam fluxus, facti ob exhibitionem violenti, & noxij cathartici.

Secunda Pars medicinæ Practicæ Phyſici clariſſimi Leonelli Fauentini Auſonij.

De fluxu poſt purgationem violentam. Acceſſorium proprium. Cap. LX.

SOLET nonnunquã accidere fluxus poſt nimiã & violentã medicinam catharticam, quod vt plurimũ vſu venit his, qui ab atrocibus pſeudo empiricis, & pharmaceutriis potionati ſunt. De quibus hîc vnicũ referam exemplum. Erat Halæ Oeni quidam circũforaneus, veneuarius potiùs, quàm medicamentarius, idiotes inſulſiſsimus. Hæmomantis proceritus, circunferens paſsim cryſtallum leoniformem, ocellatum, ſculptilẽ, quo ille prodigioſa. προγνῶσι tranſactos hominum languores, caſúsque perpeſſos per Magicas (vt arbitror) præſtigias noſcitare videbatur. Emittebat ille (inquam) tres pſecades cruoris, ex interſtitio auricularis, & annularis digitorum, quas concauitati lapidis, quæ ad

 iubam

iubam exciſa eſt,irrorabat. Tandémque loca ſola petens,dæmonis ſui potẽtia, præmiſſo exorciſmo ariolabatur. Cuius exitili fallacia heu quot immatura morte prærepti ſunt,&adhuc vbiubi ille degit,extrema pati cogũtur: Is(inquam)cucurbitas agreſtes, multas incorrectas ſimul in aheno decoquebat: De quo decocto cyathũ j. nónunnciarũ accipiẽs,impoſito croci exiguo,& puluiſculi ſebræ,lathyridis,& veratri candidi,crudorum omniũ ℥ j.pro infuſione rhabarbarici, falſo propinabat.Singulum hauſtum aureo Rhenenſi,nonnunquã etiam(videns vulgi incautiſsimi inſipientiam,& cæcitatẽ) ſolato venditabat. Vnde plurimis dyſenteria, & minimè paucis mors ſubſequuta eſt. Quorũ compluriũ periculoſa cura mihi à nebulone poſcinummio illo clanculum ſubdelegata poſtea fuit. Hos ego tãdẽ(ſuperius adſpirantibus)licet ægerrimè,tamen incolumes denuò reddidi. Qui ſoſpitati deierarũt,ſuo periculo ſe nũquam poſthac eiuſmodi impoſtoribus, & citeniatris , fidem adhibituros,quantò minus vitam ſuam concredituros. Pereant igitur, & dignum aliquando ſupplicium hauriant,qui non curandis,ſed trucidandis ęgrotantibus,queſtus gratia capitalem admittere fraudẽ nõ verecundantur,nec minus directa abeãt idiotæ, præter etiam

etiam hoc, lucriores, myropolæ, deniq; & argentangina correpti quicunq; Medici. Contrà, nulla non celebratione dignentur, qui obſeruato Hippocratico iureiurãdo, pretiũ vltra iuſtum nõ intendunt, adeóq; puram, caſtam, & ſanctam ſuam vitam, & artẽ præſtant, & conſeruãt, & ſuo ſemper iudicio ad languentium vtilitatẽ vtuntur, nec ſuæ rei potiſsimùm ſeruiũt. Verùm huic malo his ſubſidiis auxiliabimur.

Cura.

SEDABIMVS primò dolorem enemate ex oleis & aliis rebus anodinis parato, non tamen aluiducis.

Clyſtere intercipiens talem fluxum.

Recipe brodij elixationis vtriuſq; iaceæ. roſæ caninæ, tapſi barbati ℔ j. cui admiſce athanaſiæ, vel mieletæ ℥ ß. miſce.

Aliud valentius in reſtringendo.

Recipe ſucci plantaginis, roſarum, ana trientem, aquæ decoctionis roſarum, meſpili, ſorbi, corni, radicis tormẽtillæ, factæ cum aqua pluuiali, ℔ ß. Addendo de opiatis prædictis ſemiunciam, & fiat enema. Poſſunt addi, vitelli ouorũ, numero ij. vel iij. ſanguinis draconis, ſepi hircini, tragacanthi, gummi Arab. ad placitum Si dolor eſſet intenſus nimiùm, detur clyſma conſolidatiuum,

& mitigatiuum tale. Recipe olei, roſati ℔ ß.ſepi caſtratini quartã j.mulcilaginis pſyllij tantundem. Colliquefiant, & diſtemperentur ſimul, & adiectis vitellis ouorum, fiat enema.

Aliud reſtringens cum ſecuritate.

Recipe decoctionis hordei, factæ cum aqua ferrariorum, ℔ ij.vel j.ß.rhodini,omphanici,olei myrtei,ana vnc.ß.miuæ cydonitis vnc ij.ß. vitellum oui j. ſacchari rubri vnc.j.miſce.Et eſt expertum per me ſæpius. Valet etiam in fluxu hæmorrhoidali, & matricali,ſi rectè adminiſtretur. Deinde adhibebimus & cataphaſmata mitigãtia,ex herbis ſtypticantibus, ſed interim etiam, quibus inſit vis ſedatiua,veluti nymphæa,hyoſcyamo,ſolano,plãtagine,tragorigano,acedula,roſis,ſerpyllo,verbaſco foliis cydonij, quercus,lentiſci,œnãthes, agrifolij,&c. In aceto,'vel oxygala,ſeu garo ſimul elixatis. Sedato dolore,confortetur patiens cum ſequenti condito. Recipe conſeruæ roſarum antiquæ, micletæ,ana vnc.j.ſandali rubei ℥ ß.pulueris ſeminum pſylliiaſsi,plantaginis, acetoſæ,boli Armeni,lapidis hæmatitis,ana drach.ß.corallij rubri, carabæ,ana ſcrup.j. pulueris ſiliquarum dulcium, ſeu ſeratiorũ drach.iij.cum miua cydonite,& ſyrupo roſato.ana q.ß.fiat conditum.

Miſt

Miſtura reſtrictiua & confortatiua.

Recipe lapidis hæmatitis ſcrup. *j*. carabæ, coralliorum rubeorum, pſyllij aſſati, oſsis de corde cerui, ana ℈ j. electuarij athanaſię ʒ j. Diſtemperentur cũ ſucco plantaginis. Aluo impotentiùs per catharticũ citata, detur hæc miſtura, quæ ſimul & ſtringit & cõfortat. Recipe margaritarũ electarum ʒ j. thuris ʒ *ß*. maſtiches drach. j. *ß*. nucis moſchatæ, macis añ ʒ *ß*. corallij rubei, boli Armeni, lapidis hæmatitis, añ ʒ ij. Fiat puluis ſubtilis, infundatur priùs in ℥ *j*. ſyrupi menthacei modicum calefacti, ſtet ternis horis, pòſt adde ſacchari roſacei vetuſtiſsimi vnc. iij. diacydonitis ſine ſpeciebus, aromatici roſati, diagalangij, ana vnc. j. Cum ſyrupo menthaceo q. *ß*. fiat miſtura.

Durante verò adhuc fluxu ſiſtatur ſic.

Recipe argillã furnaceã, pluries aduſtam q. v. Decoquatur in àqua chalybeata, bene & detur potui. Reprimit enim fluxũ breui.

Puluis expertus in profluuio eodem.

Recipe boli Armeni, terræ ſigillatæ, nucis combuſtæ, omnium, ana drach. iij. ſeminũ acetoſæ, lactucæ, hyoſcyami, portulacæ, endiuiæ, plantaginis, acinorum de malis punicis, & vuis, omnium, ana drac. j opij, camphoræ, croci, ſingulorum g̃ x. Torreſiant omnia, & fiat puluis ſubtiliſsimus: quo vti

conuenit in dolore dyſenterico,inteſtinali, & etiam ventrali,in cibis, vel cum liquore aliqua ſtyptico,vel cum aliarum potionum prædictarum in ſuperioribus capitibus. Valet idem puluis in hicterico,& hæmorrhoidali fluxibus,per modum inſpergij adhibitus in peſſulis. Valet etiã cœliacis, vel aluinis,& tenaſmonicis,

Emplaſtrum reſtrictiuum.

Recipe thuris,maſtiches,ana vnc. j. boli Armeniaci vnc. ß.tragacanthi vnc.ij. ſucci menthæ vnc.iiij.vel q.ß.miſce,&c

De Vermibus ventris.

Cap. LXI.

Licet in pluribus corporis humani partibus poteſt generari materia vermiũ, & cauſa efficiẽs exiſtat in pluribus partib⁹, tamen de his tãtùm agetur,quæ in inteſtinis generãtur. Sic cauſa generalis vermium eſt in vnoquoque,putrefactio humiditatũ. Ita cauſa vniuerſalis vermium in hominibus eſt ex putredine de toto. Prius ergo determinandum de ſpeciebus earum:Secundò,de cauſis:Tertiò de ſignis tam demonſtratiuis,quàm prognoſticis.

Species vermium tres diſtinguuntur.

Vna in inteſtinis quidem,qui dicũtur rotũdi & ſubtiles,generati in inteſtino recto,

& aſsi

& aſsimilantur tarmis, hoc eſt, vermibus qui naſcuntur in caſeo putrefacto. Altera, qui ſunt lati, curti, non longi, & vocãtur cucurbitini, vt ſi cucurbitæ naſcuntur in inteſtinis mediis. Tertia, qui ſunt lõgi, & etiam ſubtiles & rotundi, qui vocantur lumbrici, qui generãtur in inteſtinis ſuperioribus. Diſtinguuntur ex parte materiæ, quæ dicitur eſſe phlegmatica. Pòſt ſciendum, quòd ex alio humore nõ poſſunt generari, quàm ex phlegmate. Eſt autẽ phlegma hoc in inteſtinis. Eſt enim illa materia modica, quæ non poteſt ibi retineri, cùm ſit prope exitum ani, & illi vt plurimũ cum fæcibus euacuantur. Cucurbitini verò generantur in inteſtino colo, & cellulis eius, & multoties etiam ſunt lati, craſsi, & paruæ lõgitudinis. Contingit enim, vt inter vnam cellam, & alteram contineatur phlegma viſcoſum, quod contineat ramum vnum cum alio, & videtur quòd ſit vermis valde magnus, & longus, & non eſt. Ita lumbrici ſunt ſubtiles, & longi aliquando ad quantitatem palmæ, vel cubiti, etiam generantur ex phlegmate putrefacto ſubtiliore.

Cauſa.

Cauſa efficiens eſt duplex.

VNA præparans, éſtque putredinalis. Se

cunda inducens formam,& eſt virtus recti-ua totius,mediāte calore naturali,& in tali nota talem formam illius animalis inducit. Cauſa remota materialis , eſt repletio ex multo cibo malo,ebrietas, & quæcunq; habent cibaria diminutè concoquere,& diſponere ad generationem phlegmatis. Et lumbrici ſunt quandoque in roſtris ita acuti, vt quòd venientes ad ſtomachum inducūt dolorem, & expelluntur quandoq; per os & nares, aliquando perforantur inteſtina, vt dicunt quidam. Aliquando propter malitiam horum generantur nocumēta cordi, & cerebro. Vnde ſyncopem, & epilepſiam, aliquando ſubitam mortem inducunt.

Signa vermium.

EORVM quæ apparent tempore ſomni, apparent etiam tempore vigiliarum: Quia aliquando mordicati mouentur in lectis, & expergiſcuntur, clamant, & videntur territi ex aliqua cauſa ipſos moleſtante, & apparet in ſomno ſaliua in ore, quia humiditas illa aggregatur in ſomno. Secundò in vigilia habēt ſiccitatem oris, & labiorum: quia calor naturalis exteriora petēs, exiccat illas humiditates. Dētes ſtridēt aliquādo in nocte. Et garriunt propter hos fumos eleuatos à materia vermium, quę eſt maligna, & corrupta

tempore

tempore vigiliæ, addũtur iſta. Et quandoq; maſticant, ac ſi aliquid haberẽt in ore, propter vapores malos, eleuatos ad cor, & cerebrum. Quandoq; patiuntur pruritũ in naribus. Quandoq; alleuiãtur ac ſi eſſet phreneticus. Quandoq; incurrũt cordis tremorem, & epilepſiam: quæ omnia procedũt ab vna cauſa, ſcilicet, malis vaporibus eleuatis. Quandoque apparet in ventre inordinatio quædam, & in ſtomacho, & hoc præcipuè, quando patientes ſunt ieiuni, & quãdo vermes nõ inueniunt cibũ in inteſtinis, & ſtomacho, mouẽtur quandoq; pungendo. Aliqui authores referũt, quòd quandoq; perforant inteſtina, & exeunt, quod eſt mirabile. Et ideo præcipiũt authores, quòd nũquam ſine cibo debet eſſe patiens.

Cura.

QVATVOR ſunt curandi vermes intentiones. Prima eſt, prohibere generationem vermium materiæ. Secunda eſt, euacuare talem materiam iam genitam. Tertia eſt, interficere vermes. Quarta eſt, interfectos è corpore educere. Primo, conſiderandum eſt regimen ſex rerum, declinans ad frigidum, & humidum. Nam propter tale multiplicatur materia phlegmatica, quę eſt cauſa, & materia vermium. Nõ comedat ergo

craſſas carnes & viſcoſas, veluti porcinas, vitulinas, agninas, propter humiditatem multam. Comedere poteſt de caſtrato, ſeu pullis communiter, quæ habent abſterſionem in ſe, non autem viſcoſitatem. Vinum ſit ſubtile, antiquum, in modica quantitate. Vitet dulcia, & vnctuoſa omnia.

Secunda intentio.

Secunda intentio perficitur digerendo materiam, cum digerentibus phlegma, & contrariantibus vermibus.

Vnde fiat iſte ſyrupus.

Recipe ſyrupi acetoſitatis citri, ſyrupi de endiuia vnc. j. ſyrupi de abſynthio, ana vnc. j. aquarum abſynthij, graminis, portulacæ, ſingulorum vnc. j. Miſce, fiat ſyrupus.

Alius ſyrupus ad idem, magiſtralis.

Recipe herbæ agrimoniæ, radicum graminis, ana M. j. ſiliginis drach. j. coriandri præparati, corticum capparorum, & radicum eorũdem, ana ʒ ß. ſeminis portulacæ, centonici, ſingulorum parum. Omnia contundantur, & bulliant in ß. q. aquæ ad conſumptionẽ medietatis: colaturæ adde mellis q. ß. Et reducatur ad formam ſyrupi, cui adde aceti ℥ iij. De iſto ſyrupo recipe vnc. j ß. cum aquis ſuprà ſcriptis vnc. iij. & detur. Digeſta materia, fiat euacuatio cum ſequ-

tibu

tibus pilulis. Recipe aloes ſubcitrini ℥ j. myrrhę. ℈.ß.croci g̃.xij.rhabarbari electi ℈ j. agarici trochiſcati ʒ ß.turbith electi ℈ ij. zingiberis, ſalis gemmis, ana grana iiij. Omnia puluerentur, & cum ſyrupo abſynthite fiat maſſa pilularũ de qua recipe ʒ j. & fiant inde pilulæ num. vij. Hæ nãque interficiunt vermes, & euacuant materiam.

Vel detur medicina in forma potabili.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, violarum M.ß.corticum capparorum, & radicum eorum corticum fraxineorum, capilli Veneris, ana ʒ j. radicum graminis, ſiligiuis, ana ℈ ij. Bulliant in ß. q.aquæ abſynthij, ad conſumptionem medietatis. Colaturæ recipe q.ß. ad diſſoluendum. Diacatholiconis ℥ ß. ſi patiens eſt iuuenis. Si verò puer infra xiiij.annos, dentur ſolum ʒ ij. pro lenitiuo eleſchoph ʒ j. rhabarbari electi ℈ *j*. ſpicæ granũ j. Si tamen iuuenis eſſet, dẽtur electuarij eleſchoph drach. ij.rha barbarici ſcrupu.ij.ſpicæ grana duo.

Tertia intentio.

Pro tertia intentione medicinarũ interficientiũ vermes, quædã exhibẽtur intus, ſiue per os quarũ nonnullas recenſuimus. Quædã exterius, vt emplaſtra linimenta, clyſteria. Educũtur etiã vermes quãdoq; per bal

nea

natione͂, ſed rarò, vbi vermes eſſent in inteſtino recto, quales ſunt parui. Earũ igitur, quæ per os exhibentur, quædã ſunt ſimplices, quædam compoſitæ ſimplices laudatę ſunt iſtæ, præcipuè calidæ. Seme͂ apij, quod multùm ab Auice͂na laudatur, in j. tertij pulueratum, & datum cũ ſyrupo acido ſimplici ℥ ij. & aquæ graminis tantunde͂. Item ſeme͂ herbæ, quæ dicitur Macedonicum, ſimiliter exhibitũ. Dictamus albus puluerizatus ſubtiliter, & cũ aqua decoctionis eius, vel aquę raphani ℥ ij. potui datus, nõ ſolum vermes, ſed & fœtum mortuum à matrice expellit. Ego exhibeo cũ aqua ſauinæ. Puluis ſeminis gith datus vt ſeme͂ apij, ide͂ facit. Idem zedoaria tenuiter trita, & eodem modo data operatur. Quædam minus calida ad ide͂ vale͂t, ſicuti coriandrum præparatum, & inſtar pulueris exhibitũ. Item ſemen portulacæ. Cornu cerui vſtũ, & præparatum. Doſis eſto vtriuſlibet ʒ j. per ſe, vel cum aquis appropriatis: vtputa, aqua agrimoniæ, valerianæ, fœniculi, abſinthij, rutæ, violarum, artemiſiæ. Ex compoſitis ſunt, theriaca, Mithridaticum. De quibus poteſt dari ʒ j. vel j. ß. ſtomacho ieiuno, cum vino merato.

Peculiariter autem valet ſubſequens electuarium magiſtrale.

Recipe tormentillæ, dictami albi, ſeminis apij,

apij,zedoarię,ana ℥j.cornu cerui vſti,raſuræ eboris,ſeminis plantáginis,ana ℈ j.Puluerentur omnia tenuiter, & cum melle cocto fiat electuarium arte. Doſis ℥j. ieiuné.

Canon.

Si vis dare interficientia vermes, dandum cum melle, vel ſaccharo, vel lacte, & cum nutrimento fiat ſic venenum.

Quarta intentio.

Educentia vermes per inferiora, videlicet per clyſteria. Recipe ſebeſten numero xv. Bulliant in ß q.aquæ,donec bene intumuerint,deinde manibus fricetur,vt ſuccus exeat. De hac decoctione recipe librã vnã. In qua diſſolue ſacchari rubri vnciam vnã, butyri recentis,ſine ſale,mellis crudi,ana ℥ ß. vitellum oui, ſalis parum, & ſine oleo, fiat,&c.

Aliud ad idem.

Recipe lactis vaccini, vel aſinini ℥ x.ſacchari parum,fiat,&c.

Quantum ad exteriora fiat emplaſtrum.

Recipe ſucci abſynthij,rutæ praſsij,Mercurialis,ana vncias quatuor,farinæ lupinorum libram ß.ſeminis apij,naſturtij,Macedonici,ana ʒ ij. Puluerizanda puluerizentur, & ſimul permiſta reducantur ad formam emplaſtri, vel linimenti.

Aliud

Aliud ad idem.

Recipe foliorum abſynthij, abrotoni, ſaluiæ, ana M. j. ß. Bulliant in ß q. aceti, & aquæ, infundatur ſpongia, vel petia, quæ ponatur circa ſtomachum, & ventrem.

Vnctio ad idem.

Recipe olei abſynthitis, rutacei, amygdalini amari, ana ℥ j ſucci abſynthij, rutæ ℥ ß. tormẽtillæ, dictami albi, zedoariæ, ana ʒ j. cornu cerui vſti ℈ ij. ſeminis plãtaginis, coriãdri præparati, ana ʒ ß. raſuræ eboris ℈ j. Pulueriza̅da puluerizentur, & cum modico ceræ fiat vnctio: Partes ſuperiores ſtomachi & regio cordis vngãtur. Item valet theriaca, & Mithridaticum, circumcirca nares, & tempora applicata, pellũt vermes ad inferiora, nec ſinũt eos aſcẽdere ad ſuperiora.

Appoſititiæ medelæ.

Syrupus diacapparis, valens contra vermes ventris.

RECIPE corticum capparorum ℔ ß. Decoquantur in ſucco radicis ebuli q. ß. Et addito ſaccharo fiat ſyrupus arte Doſis ℥ j. pluſve, per ſe, vel cum aqua agrimoniæ, vel rapiſtri.

Pulnis contra lumbricos, & peſtem expertus.

Recipe centomici in aceto fortiſsimo per

enim

diem naturalem infuſi,boli Armeni præparati,ana ℥ j radicis dictami ℥ ß.raſuræ cornu cerui combuſti, ſeminis portulacæ,endiuiæ,caulium,ana ʒ ij ſeminis citri, corticum citri,radicis tormentillæ, tunicæ terræ ſigillatæ,margaritarum ſplendidarum, coriandri præparati, ana ʒ ij. ß. fragmentorum ſmaragdi,ſapphiri, hyacinthi, granatorum,rubini, ana ʒ j. coralliorum rubeorum ʒ j. ß. ſetæ combuſtæ,ſeminis plantaginis,ana ʒ ij.oſsis de corde cerui, raſuræ eboris, ana ʒ ß. vnicornij ℈ j. fiat puluis Huius pulueris vſus eſt cum conſerua roſarum,& modico vini, & aqua ſcabioſæ acetoſæ,vel portulacæ. Sed pueris lactentibus exhibetur cum modico lactis. Et ex hoc puluere poteſt fieri opiatum cum ſyrupo citreo,vel cum ſaccharo roſato.

Inter alia ἀντορμακαῖα, præſentiſsimum eſt illud, in forma pulueris, qui eſt expertus aduerſus omne genus vermium.

Recipe lupinorum, menthæ, abſynthij, centaurij,cornu cerui vſti myrrhæ,hermodactylorũ,colocynthidis aloes, ana ℥ ß. ſeminis centonici,ad pondus omnium, Doſis ʒ ß.Pueris verò minus pro reſpectu ætatis. Item olei de lignis colurnis deſtillati, pueris guttæ binæ, ſenioribus ternæ, ſeu quaternæ,

ternæ,datæ ſummo mane, cum mica panis vermes enecat, & per ſeceſſum deiicit. Eſt medicamen forte, ob id cautim agendum, hoc puellis, & inualidis exhibendo.

De vermibus ani.

Cap. LXII.

DVplex eſt intentio in curatione vermium ani. Vna vergit ad cauſam coniunctam, & ad ipſos vermes. Alia ad cauſam antecedentem, & ad ipſum phlegma, ex quo generantur vermes.

Prima intentio.

Quantum ad primam intentionem, debemus applicare remedia, quæ vermes interficiunt, & mundificant anum à phlegmate craſſo & viſcoſo.

Primò ergo fiat talis ablutio ani.

Recipe aceti ℥ iiij. oxymellis ſimplicis ℥ ij. miſceantur, & calefiant, ac infundantur petiæ lineę, in tali liquore & abluatur anus, deinde ſedeat patiens in infrà ſcripta decoctione: ℞. Abſinthij, praſsij, foliorũ perſici, ſtœchadis Arabicæ, ana M. ij. amygdalarũ amararum parum piſtatũ ℥ ß. (aliàs ℥ iij. ß.) Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde patiẽs ſedeat cum ano in iſta aqua: Deinde exiccetur anus, & cum ſequenti inũctione inungatur.

Recipe

Recipe olei amygdalini amari (aliàs dulcis) olei abſinthitis, olei de nucleis pſicorũ ana ℥ j. aloes non loti ʒ j. ß. colocynthidis interioris, agarici, ana ʒ ß. PulueriZanda pulueriZentur, & cum prædictis oleis bulliant vnica ebullitione, & cum modica cera fiat vnguentum, & inungatur anus vſque ad interiora. Eſt enim iſta vnctio abſterſiua phlegmatis, & interfectiua vermium. Quantũ ad ſecundam intentionem, quæ vergit ad cauſam antecedentem, digeratur primò illa materia phlegmatica viſcoſa, cum infrà ſcripto ſyrupo.

Secunda intentio.

Recipe ſyrupi de duabus radicibus vnc. j. oxymellis ſcillitici vnc. ß. (aliàs oxymellis ſcillitici, & ſimplicis, ana ℥ ß.) aquarum abſinthij, fœniculi, capillorum veneris, ana ℥ j. Miſce, fiat ſyrupus: & detur calidus in mane. Facta digeſtione, detur ſequens medicina, in forma pilularum. Recipe pilularum aggregatiuarum, pilularum de hiera Nicolai, turbith boni electi, ac mũdi à cortice ſua, ana ℈ j. ſalis gemmæ zingiberis, ana gra. ij. Quidam addunt piperis parum. Pulueriza̋da pulueriZentur, & cum oxymelle ſimplici fiant pilulæ nume. vii. Et exhibeantur ante diem per horam: Illinc à quinque horis detur lauatiuum ex brodio cicerum, cum ſac-

& mitigatiuum tale. Recipe olei, roſati ℔ ß. ſepi caſtratini quartã j. mulcilaginis pſyllij tantundem. Colliqueſiant, & diſtemperentur ſimul, & adiectis vitellis ouorum, fiat enema.

Aliud reſtringens cum ſecuritate.

Recipe decoctionis hordei, factæ cum aqua ferrariorum, ℔ ij. vel j. ß. rhodini, omphanici, olei myrtei, ana vnc. ß. miuæ cydonitis vnc. ij. ß. vitellum oui j. ſacchari rubri vnc. j. miſce. Et eſt expertum per me ſæpius. Valet etiam in fluxu hæmorrhoidali, & matricali, ſi rectè adminiſtretur. Deinde adhibebimus & cataphaſmata mitigãtia, ex herbis ſtypticantibus, ſed interim etiam, quibus inſit vis ſedatiua, veluti nymphæa, hyoſcyamo, ſolano, plãtagine, tragorigano, acedula, roſis, ſerpyllo, verbaſco foliis cydonij, quercus, lentiſci, œnãthes, agrifolij, &c. In aceto, vel oxygala, ſeu garo ſimul elixatis. Sedato dolore, confortetur patiens cum ſequenti condito. Recipe conſeruæ roſarum antiquæ, micletæ, ana vnc. j. ſandali rubei ℥ ß. pulueris ſeminum pſylliiaſsi, plantaginis, acetoſæ, boli Armeni, lapidis hæmatitis, ana drach. ß. corallij rubri, carabæ, ana ſcrup. j. pulueris ſiliquarum dulcium, ſeu ſeratiorũ drach. iij. cum miua cydonite, & ſyrupo roſato. ana q. ß. fiat conditum.

Miſt

Miſtura reſtrictiua & confortatiua.

Recipe lapidis hæmatitis ſcrup.*j*.carabæ, coralliorum rubeorum, pſyllij aſſati, oſsis de corde ceruí,ana ℈ j.electuarij athanaſię ℥ j. Diſtemperentur cũ ſucco plantaginis. Aluo impotentiùs per catharticũ citata,detur hæc miſtura,quæ ſimul & ſtringit & cõfortat. Recipe margaritarũ electarum ʒ j. thuris ʒ *ß*.maſtiches drach.j. *ß*. nucis moſchatæ,macis añ ʒ *ß*.corallij rubei,boli Armeni,lapidis hæmatitis,añ ʒ ij. Fiat puluis ſubtilis, infundatur priùs in ℥ *j*.ſyrupi menthacei modicum calefacti,ſtet ternis horis, pòſt adde ſacchari roſacei vetuſtiſsimi vnc. iij. diacydonitis ſine ſpeciebus, aromatici roſati, diagalangij, ana vnc.j. Cum ſyrupo menthaceo q.*ß*. fiat miſtura.

Durante verò adhuc fluxu ſiſtatur ſic.

Recipe argillã furnaceã,pluries aduſtam q.v.Decoquatur in àqua chalybeata, bene & detur potui.Reprimit enim fluxũ breui.

Puluis expertus in profluuio eodem.

Recipe boli Armeni,terræ ſigillatæ,nucis combuſtæ,omnium, ana drach.iij.ſeminũ acetoſæ,lactucæ,hyoſcyami,portulacæ,endiuiæ,plantaginis,acinorum de malis punicis, & vuis, omnium,ana drac.j opij,camphoræ, croci, ſingulorum g̃ x. Torrefiant omnia, & fiat puluis ſubtiliſsimus: quo vti

conuenit in dolore dyſenterico,inteſtinali, & etiam ventrali,in cibis, vel cum liquore aliqua ſtyptico,vel cum aliarum potionum prædictarum in ſuperioribus capitibus. Valet idem puluis in hicterico,& hæmorrhoidali fluxibus,per modum inſpergij adhibitus in peſſulis. Valet etiã cœliacis, vel aluinis,& tenaſmonicis,

Emplaſtrum reſtrictiuum.

Recipe thuris,maſtiches,ana vnc. j. boli Armeniaci vnc. ß.tragacanthi vnc.ij. ſucci menthæ vnc.iiij.vel q.ß.miſce,&c

De Vermibus ventris.

Cap. LXI.

LIcet in pluribus corporis humani partibus poteſt generari materia vermiũ, & cauſa efficiẽs exiſtat in pluribus partib⁹, tamen de his tãtùm agetur,quæ in inteſtinis generãtur. Sic cauſa generalis vermium eſt in vnoquoque,putrefactio humiditatũ. Ita cauſa vniuerſalis vermium in hominibus eſt ex putredine de toto. Prius ergo determinandum de ſpeciebus earum:Secundò,de cauſis :Tertiò de ſignis tam demonſtratiuis,quàm prognoſticis.

Species vermium tres diſtinguuntur.

Vna in inteſtinis quidem,qui dicũtur rotũdi & ſubtiles,generati in inteſtino recto, & aſsi

& aſsimilantur tarmis, hoc eſt, vermibus qui naſcuntur in caſeo putrefacto. Altera, qui ſunt lati, curti, non longi, & vocãtur cucurbitini, vt ſi cucurbitæ naſcuntur in inteſtinis mediis. Tertia, qui ſunt lõgi, & etiam ſubtiles & rotundi, qui vocantur lumbrici, qui generãtur in inteſtinis ſuperioribus. Diſtinguuntur ex parte materiæ, quæ dicitur eſſe phlegmatica. Pòſt ſciendum, quòd ex alio humore nõ poſſunt generari, quàm ex phlegmate. Eſt autẽ phlegma hoc in inteſtinis. Eſt enim illa materia modica, quæ non poteſt ibi retineri, cùm ſit prope exitum ani, & illi vt plurimũ cum fæcibus euacuantur. Cucurbitini verò generantur in inteſtino colo, & cellulis eius, & multoties etiam ſunt lati, craſsi, & paruæ lõgitudinis. Contingit enim, vt inter vnam cellam, & alteram contineatur phlegma viſcoſum, quod contineat ramum vnum cum alio, & videtur quòd ſit vermis valde magnus, & longus, & non eſt. Ita lumbrici ſunt ſubtiles, & longi aliquando ad quantitatem palmæ, vel cubiti, etiam generantur ex phlegmate putrefacto ſubtiliore.

Cauſa.

Cauſa efficiens eſt duplex.

VNA præparans, éſtque putredinalis. Se

cunda inducens formam,& eſt virtus recti-ua totius,mediãte calore naturali,& in tali nota talem formam illius animalis inducit. Cauſa remota materialis , eſt repletio ex multo cibo malo,ebrietas, & quæcunq; habent cibaria diminutè concoquere,&diſponere ad generationem phlegmatis. Et lumbrici ſunt quandoque in roſtris ita acuti,vt quòd venientes ad ſtomachum inducũt dolorem,& expelluntur quandoq; per os&nares,aliquando perforantur inteſtina, vt dicunt quidam. Aliquando propter malitiam horum generantur nocumẽta cordi,& cerebro. Vnde ſyncopem,& epilepſiam,aliquando ſubitam mortem inducunt.

Signa vermium.

EORVM quæ apparent tempore ſomni, apparent etiam tempore vigiliarum: Quia aliquando mordicati mouentur in lectis,& expergiſcuntur,clamant, & videntur territi ex aliqua cauſa ipſos moleſtante,& apparet in ſomno ſaliua in ore, quia humiditas illa aggregatur in ſomno. Secundò in vigilia habẽt ſiccitatem oris,& labiorum: quia calor naturalis exteriora petẽs,exiccat illas humiditates. Dẽtes ſtridẽt aliquãdo in nocte. Et garriunt propter hos fumos eleuatos à materia vermium,quę eſt maligna,& corrupta

tempore

tempore vigiliæ, addũtur iſta. Et quandoq; maſticant, ac ſi aliquid haberẽt in ore, propter vapores malos, eleuatos ad cor, & cerebrum. Quandoq; patiuntur prurituũ in naribus. Quandoq; alleuiãtur ac ſi eſſet phreneticus. Quandoq; incurrũt cordis tremorem, & epilepſiam: quæ omnia procedũt ab vna cauſa, ſcilicet, malis vaporibus eleuatis. Quandoque apparet in ventre inordinatio quædam, & in ſtomacho, & hoc præcipuè, quando patientes ſunt ieiuni, & quãdo vermes nõ inueniunt cibũ in inteſtinis, & ſtomacho, mouẽtur quandoq; pungendo. Aliqui authores referũt, quòd quandoq; perforant inteſtina, & exeunt, quod eſt mirabile. Et ideo præcipiũt authores, quòd nũquam ſine cibo debet eſſe patiens.

Cura.

QVATVOR ſunt curandi vermes intentiones. Prima eſt, prohibere generationem vermium materiæ. Secunda eſt, euacuare talem materiam iam genitam. Tertia eſt, interficere vermes. Quarta eſt, interfectos è corpore educere. Primo, conſiderandum eſt regimen ſex rerum, declinans ad frigidum, & humidum. Nam propter tale multiplicatur materia phlegmatica, quę eſt cauſa, & materia vermium. Nõ comedat ergo

craſſas carnes, & viſcoſas, veluti porcinas, vitulinas, agninas, propter humiditatem multam. Comedere poteſt de caſtrato, ſeu pullis communiter, quæ habent abſterſionem in ſe, non autem viſcoſitatem. Vinum ſit ſubtile, antiquum, in modica quantitate. Vitet dulcia, & vnctuoſa omnia.

Secunda intentio.

Secunda intentio perficitur digerendo materiam, cum digerentibus phlegma, & contrariantibus vermibus.

Vnde fiat iſte ſyrupus.

Recipe ſyrupi acetoſitatis citri, ſyrupi de endiuia vnc. j. ſyrupi de abſynthio, ana vnc. j. aquarum abſynthij, graminis, portulacæ, ſingulorum vnc. j. Miſce, fiat ſyrupus.

Alius ſyrupus ad idem, magiſtralis.

Recipe herbæ agrimoniæ, radicum graminis, ana M. j. ſiliginis drach. j. coriandri præparati, corticum capparorum, & radicum eorūdem, ana ℥ ß. ſeminis portulacæ, centonici, ſingulorum parum. Omnia contundantur, & bulliant in ß. q. aquæ ad conſumptionē medietatis: colaturæ adde mellis q. ß. Et reducatur ad formam ſyrupi, cui adde aceti ℥ iij. De iſto ſyrupo recipe vnc. j. ß. cum aquis ſuprà ſcriptis vnc. iij. & detur.

Digeſta materia, fiat euacuatio cum ſequētibus

tibus pilulis. Recipe aloes ſubcitrini ℥ j. myrrhę. ʒ.ß.croci g̃.xij.rhabarbari electi ℈ j. agarici trochiſcati ʒ ß.turbith electi ℈ ij. zingiberis, ſalis gemmis, ana grana iiij. Omnia puluerentur, & cum ſyrupo abſynthite fiat maſſa pilularũ de qua recipe ʒ j. & fiant inde pilulæ num. vij. Hæ nãque interficiunt vermes, & euacuant materiam.

Vel detur medicina in forma potabili.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, violarum M.ß.corticum capparorum, & radicum eorum corticum fraxineorum, capilli Veneris, ana ʒ j. radicum graminis, ſiligi-nis, ana ℈ ij. Bulliant in ß. q.aquæ abſynthij, ad conſumptionem medietatis. Colaturæ recipe q.ß. ad diſſoluendum. Diacatholiconis ℥ ß. ſi patiens eſt iuuenis. Si verò puer infra xiiij.annos, dentur ſolum ʒ ij. pro lenitiuo eleſchoph ʒ j. rhabarbari electi ℈ j. ſpicæ granũ j. Si tamen iuuenis eſſet, dẽtur electuarij eleſchoph drach. ij.rha barbarici ſcrupu.ij.ſpicæ grana duo.

Tertia intentio.

Pro tertia intentione medicinarũ interficientiũ vermes, quædã exhibẽtur intus, ſiue per os quarũ nonnullas recenſuimus. Quædã exterius, vt emplaſtra, linimenta, clyſteria. Educũtur etiã vermes quãdoq; per bal

nea

natione͂, ſed raró, vbi vermes eſſent in inteſtino recto, quales ſunt parui. Earũ igitur, quæ per os exhibentur, quædã ſunt ſimplices, quædam compoſitæ ſimplices laudatę ſunt iſtæ, præcipuè calidæ. Seme͂ apij, quod multùm ab Auice͂na laudatur, in j. tertij pulueratum, & datum cũ ſyrupo acido ſimplici ℥ ij. & aquæ graminis tantunde͂. Item ſeme͂ herbæ, quæ dicitur Macedonicum, ſimiliter exhibitũ. Dictamus albus puluerizatus ſubtiliter, & cũ aqua decoctionis eius, vel aquę raphani ℥ ij. potui datus, nõ ſolum vermes, ſed & fœtum mortuum à matrice expellit. Ego exhibeo cũ aqua ſauinæ. Puluis ſeminis gith datus vt ſeme͂ apij, ide͂ facit. Idem zedoaria tenuiter trita, & eodem modo data operatur. Quædam minus calida ad ide͂ vale͂t, ſicuti coriandrum præparatum, & inſtar pulueris exhibitũ. Item ſemen portulacæ. Cornu cerui vſtũ, & præparatum. Doſis eſto vtriuſlibet ʒ j. per ſe, vel cum aquis appropriatis: vtputa, aqua agrimoniæ, valerianæ, fœniculi, abſinthij, rutæ, violarum, artemiſiæ. Ex compoſitis ſunt, theriaca, Mithridaticum. De quibus poteſt dari ʒ j. vel j. ß. ſtomacho ieiuno, cum vino merato.

Peculiariter autem valet ſubſequens electuarium magiſtrale.

Recipe tormentillæ, dictami albi, ſeminis apij,

apij, zedoariȩ, ana ʒj. cornu cerui vſti, raſuræ eboris, ſeminis plantáginis, ana ℈ j. Puluerentur omnia tenuiter, & cum melle cocto fiat electuarium arte. Doſis ʒj. ieiuné.

Canon.

Si vis dare interficientia vermes, dandum cum melle, vel ſaccharo, vel lacte, & cum nutrimento fiat ſic venenum.

Quarta intentio.

Educentia vermes per inferiora, videlicet per clyſteria. Recipe ſebeſten numero xv. Bulliant in ß q. aquæ, donec bene intumuerint, deinde manibus fricetur, vt ſuccus exeat. De hac decoctione recipe librã vnã. In qua diſſolue ſacchari rubri vnciam vnâ, butyri recentis, ſine ſale, mellis crudi, ana ℥ ß. vitellum oui, ſalis parum, & ſine oleo, fiat, &c.

Aliud ad idem.

Recipe lactis vaccini, vel aſinini ℥ x. ſacchari parum, fiat, &c.

Quantum ad exteriora fiat emplaſtrum.

Recipe ſucci abſynthij, rutæ praſsij, Mercurialis, ana vncias quatuor, farinæ lupinorum libram ß. ſeminis apij, naſturtij, Macedonici, ana ʒ ij. Puluerizanda puluerizentur, & ſimul permiſta reducantur ad formam emplaſtri, vel linimenti.

Aliud

Aliud ad idem.

Recipe foliorum abſynthij, abrotoni, ſaluiæ, ana M. j. ß. Bulliant in ß q. aceti, & aquæ, infundatur ſpongia, vel petia, quæ ponatur circa ſtomachum, & ventrem.

Vnctio ad idem.

Recipe olei abſynthitis, rutacei, amygdalini amari, ana ℥ j ſucci abſynthij, rutæ ℥ ß. tormẽtillæ, dictami albi, zedoariæ, ana ʒ j. cornu cerui vſti ℈ ij. ſeminis plãtaginis, coriãdri præparati, ana ʒ ß. raſuræ eboris ℈ j. Pulueriżanda pulueriżentur, & cum modico ceræ fiat vnctio: Partes ſuperiores ſtomachi & regio cordis vngãtur. Item valet theriaca, & Mithridaticum, circumcirca nares, & tempora applicata, pellũt vermes ad inferiora, nec ſinũt eos aſcẽdere ad ſuperiora.

Appoſititia medela.

Syrupus diacapparis, valens contra vermes ventris.

RECIPE corticum capparorum ℔ ß. Decoquantur in ſucco radicis ebuli q. ß. Et addito ſaccharo fiat ſyrupus arte Doſis ℥ j. pluſve, per ſe, vel cum aqua agrimoniæ, vel rapiſtri.

Puluis contra lumbricos, & peſtem expertus.

Recipe centonici in aceto fortiſsimo per

enim

diem naturalem infuſi, boli Armeni præparati, ana ℥ j radicis dictami ℥ ß. raſuræ cornu cerui combuſti, ſeminis portulacæ, endiuiæ, caulium, ana ʒ ij ſeminis citri, corticum citri, radicis tormentillæ, tunicæ terræ ſigillatæ, margaritarum ſplendidarum, coriandri præparati, ana ʒ ij. ß. fragmentorum ſmaragdi, ſapphiri, hyacinthi, granatorum, rubini, ana ʒ j. coralliorum rubeorum ʒ j. ß ſetæ combuſtæ, ſeminis plantaginis, ana ʒ ij. oſsis de corde cerui, raſuræ eboris, ana ʒ ß. vnicornij ℈ j. fiat puluis Huius pulueris vſus eſt cum conſerua roſarum, & modico vini, & aqua ſcabioſæ acetoſæ, vel portulacæ. Sed pueris lactentibus exhibetur cum modico lactis. Et ex hoc puluere poteſt fieri opiatum cum ſyrupo citreo, vel cum ſaccharo roſato.

Inter alia ἀκοτρικαῖα, præſentiſsimum eſt illud, in forma pulueris, qui eſt expertus aduerſus omne genus vermium.

Recipe lupinorum, menthæ, abſynthij, centaurij, cornu cerui vſti myrrhæ, hermodactylorũ, colocynthidis aloes, ana ℥ ß. ſeminis centonici, ad pondus omnium, Doſis ʒ ß. Pueris verò minus pro reſpectu ætatis. Item olei de lignis colurnis deſtillati, pueris guttæ binæ, ſenioribus ternæ, ſeu quaternæ,

ternæ, datæ ſummo mane, cum mica panis vermes enecat, & per ſeceſſum deiicit. Eſt medicamen forte, ob id cautim agendum, hoc puellis, & inualidis exhibendo.

De vermibus ani.

Cap. LXII.

DVplex eſt intentio in curatione vermium ani. Vna vergit ad cauſam coniunctam, & ad ipſos vermes. Alia ad cauſam antecedentem, & ad ipſum phlegma, ex quo generantur vermes.

Prima intentio.

Quantum ad primam intentionem, debemus applicare remedia, quæ vermes interficiunt, & mundificant anum à phlegmate craſſo & viſcoſo.

Primò ergo fiat talis ablutio ani.

Recipe aceti ℥ iiij. oxymellis ſimplicis ℥ ij. miſceantur, & calefiant, ac infundantur petiæ lineę, in tali liquore & abluatur anus, deinde ſedeat patiens in infrà ſcripta decoctione: ℞. Abſinthij, praſsij, foliorũ perſici, ſtœchadis Arabicæ, ana M. ij. amygdalarũ amararum parum piſtarũ ℥ ß. (aliàs ℥ iij. ß.) Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde patiẽs ſedeat cum ano in iſta aqua: Deinde exiccetur anus, & cum ſequenti inũctione inungatur.

Recipe

Recipe olei amygdalini amari(aliàs dulcis) olei abſinthitis,olei de nucleis pſicorũ ana ℥ j. aloes non loti ʒ j. ß. colocynthidis interioris,agarici,ana ʒ ß. Pulucrizanda pul uerizentur, & cum prædictis oleis bulliant vnica ebullitione, & cum modica cera fiat vnguentum,& inungatur anus vſque ad interiora. Eſt enim iſta vnctio abſterſiua phlegmatis, & interfectiua vermium. Quantũ ad ſecundam intentionem, quæ vergit ad cauſam antecedentem,digeratur primò illa materia phlegmatica viſcoſa,cum infrà ſcripto ſyrupo.

Secunda intentio.

Recipe ſyrupi de duabus radicibus vnc. j. oxymellis ſcillitici vnc. ß. (aliàs oxymellis ſcillitici,& ſimplicis,ana ℥ ß.) aquarum abſinthij, fœniculi,capillorum veneris, ana ℥ j. Miſce,fiat ſyrupus:& detur calidus in mane. Facta digeſtione,detur ſequens medicina, in forma pilularum. Recipe pilularum aggregatiuarum,pilularum de hiera Nicolai,turbith bonielecti,ac mũdi à cortice ſua, ana ℈ j. ſalis gemmæ zingiberis,ana gra. ij. Quidam addunt piperis parum. Puluerizáda puluerizentur,& cum oxymelle ſimplici fiant pilulæ nume. vii. Et exhibeantur ante diem per horam: Illinc à quinque horis detur lauatiuum ex brodio cicerum,cum ſac-

charo rubeo. Et abſtineat patiens ab omnibus multiplicantibus phlegma craſſum, & viſcoſum. vnde illud regimen in vermibus ani competit, quod competit in regimine aliorum vermium, puta inteſtinorum.

Additiones propriæ.

Ad intra.

Per os detur talis bolus: ℞. diaphœnici, electuarij Indi maioris, ana ʒ ij. hieræ compoſitæ ʒ iiij. diacolocynthidis, agarici trochiſcati, ana ʒ ß. Miſce, cum ſaccharo fiat bolus.

Aliud ad idem.

Sinapi confectum, & ſemen porri confectum, in ieiunio ſumptum, prohibet vermes ani generari.

Ab extra.

Iniiciatur per anum clyſma, paratum ex ſucco, vel aqua porri, vel ſcordij, & ſucco, vel vino decoctionis mediani, corticis radicũ ſambuci, atramenti ſcriptorij, & oleo caryino. Poteſt in prædicto clyſteri ſumi oleũ ſinapinum, chryſomelinum, fel vaccinum, ſepum hircinum, oleum capparinum.

Aliud ad idem.

Recipe aquarum rutæ, abſynthij, centaurij, gentianæ, abrotoni q. ß. olei linini ℥ iij fellis caprini, vel hircini, nu. j. mellis anacardin

dini parum. In quibus diſſolue hieræ picræ ℥ ß. ſalis gemmei ℈ j. vel ʒ ß. Miſce, fiat enema. Vnguẽtum ad idem, in quo intingatur licinium filatum, & ano imponatur per noctem integrã. Recipe pomum citrium, nume. j. Excauetur vſque ad corticẽ, pòſt impone ſucci abſynthitis pulueris aloetici, fellis taurini, ana q. ß. ad infarciẽdum dictum pomum. Bulliant parum ad ignem. In hoc pomo adde etiam ceræ exiguum. Et fiat vnguẽtum arte. De quo etiam ſi modicum in prædicto clyſteri colliquefiat, erit medicina experta ad tineolas podicales. Ad idem valent peſſaria, capitu. de ducendis menſibus commemorata.

De Hæmorrhoidibus, & earum retentione.

Cap. LXIII.

Definitio.

HAemorrhoidalis fluxus, eſt fluxus ſanguinis per venas, quæ ſunt in ano.

Cauſæ, & ſigna.

Cauſas & ſigna pete à Gordonio, in capit proprio.

Cura.

Cura hæmorrhoidarum perficitur tripli-

ci intentione. Prima eſt, prouocare ſanguinem hęmorrhoidalē, & aperire; hęmorrhoidas, per phlebotomiam ſaphenę. Secūda intentio eſt , ſanguinem ſuperfluè emanentē reſtringere. Tertia intentio eſt, ſedare dolorem cùm vehemens fuerit. Iuxta illas intentiones dixit Auicenna, quòd medicinæ, quæ fiunt in hæmorrhoidibus quędam ſunt prouocantes, quædā reſtringentes, quædā ſunt dolorem ſedantes.

Prima intentio.

Prima intentio in curatione hæmorrhoidarum, in aperiēdo eas, perficitur cum phlebotomia venarum, quę ſunt ſub poplite: & cum applicatione ſanguiſugarū circa loca hæmorrhoidarum. Si autē phlebotomia nō cōtulerit, nec ſanguiſugę, euacuetur humor melācholicus, qui eſt admiſtus ſanguini, cū digerentibus , & poſtea euacuantibus. Sed ante quam aperiantur, & prouocentur hæmorrhoides , oportet priùs eas mollificare, & poſtea aperire. Mollificantur autem cum ſequenti balneo: Recipe maluarum cum radicibus radicum althææ, chamomillę, meliloti, anethi, ſeminis lini, foliorum caulium, ana M j. (aliàs lib. j.) tapſi barbati M. ß. Bulliant in ß. q. aquę, ad conſumptionem tertiæ partis: Deinde patiens ſedeat in tali decoctione, Vel recipe ſpongiā vel filtrum infu-

ſum

ſum in tali decoctione, & ſic applicetur hęmorrhoidibus.

Deinde fiat ſequens inunctio.

Recipe adipis anatis, anſeris, gallinæ, ana ℥ j. butyri recentis ſine ſale, ℥ ß. olei amygdalini dulcis vnc. j. Liqueſiant omnia iſta, & cum pauca cera citrina fiat inunctio, qua vngantur hęmorrhoidę. Ad idem vnguentum expertum, ad remolliendum, etiam reſoluendum hęmorrhoidas, & ad ſedandum dolorem. Recipe malorum matianorum, à quibus extrahatur totum quod intus eſt, ſcilicet pulpa, & reliqua, puta ſemina & cortices interiores abiiciantur. Deinde bulliant in ß. q. ſapæ, id eſt, vini cocti, quouſq; perfectè coquantur. Deinde ponantur in mortario, & piſtentur, Et eis adde croci gran. viij. medullæ panis bene tritæ vnc. ij. vitellum vnius oui, olei amygdalini dulcis, olei violati, ana q. ß. vel ana vnc. j. Miſce, & reducātur ad formam emplaſtri, commiſcendo bene, & apponatur ſupra hęmorrhoides. Et hoc maximè valet in hęmorrhoidibus mortalibus.

Ad verrucales autem hæmorrhoides fiat hoc emplaſtrum.

Recipe vitellum oui vnius. Conquaſſetur bene in oleo roſarum, in æſtate. In hyeme

verò conquaſſetur cum oleo amygdalino dulci. Et adde parũ croci, & liniatur locus. Hoc enim expertũ eſt, & remollit hæmorrhoidas duras, & remittit dolores.

Aliud emplaſtrũ ad idem, remollitiuum hæmorrhoidarum. Recipe olei amygdalini dulcis, & amari: olei de chryſomelis olei de nucleis perſicorum, ana ℥ j. pinguedinis gallinæ, vulpis, ana ℥ ß. olibani, galbani ℥ ß. (aliàs, ana ʒ ß.) mucilaginis maluauiſci, mucilaginis ſeminis lini, ana ℥ ß. Liquefiãt pinguedines, & cum oleis, & modico ceræ fiat vnguentum ad modum emplaſtri ſuper hæmorrhoidas duras, & remittit dolorem.

Poſtquam autem hæmorrhoides fuerint mollificatę, aperiantur. Poſſunt autem aperiri multis modis. Primò enim aperiuntur cum phlebotomo, perforando ipſas, & etiã fiat foramen latum, vt ſanguis melancholicus & craſſus exeat. Vel applicentur ſanguiſugæ, & ſtent ſuper hæmorrhoidas, quouſque bene impleantur, & quouſque cadant per ſe. Deinde poſtquam fuerint remotæ, dimittatur ſanguis ille malus exire, & per ſe fluere, ſecundum debitam qualitatem.

Poſſunt etiam alio modo aperiri, ſicut per fricationes cum panno lineo, aſpero, ſic faciendo: Infundendo pannum illum lineum in ſucco porri, vel cæpæ. In quo

ſucco

ſucco ponantur drachmæ ij. aloës pulueri-zati. Deinde cum illo panno ſic madefacto fricentur hæmorrhoides, & ſic fricatæ aperiantur. Ad idem etiam eſt medicamen, rumpens hæmorrhoidas. Accipe folia ficuum, tempore quo habentur, & fricentur primò illa folia ſupra linguam, quouſque exeat lac, & poſtquam fuerint ſic præparata, tunc cum eis fricentur hæmorrhoidæ, ſcilicet loca hæmorrhoidarum: rumpuntur enim faciliter. Et tantum de prima intentione. Nota vltimum, & expertum remedium ad hæmorrhoidas eſt, ipſas cum aqua calida extrahere, & poſtea ſanguiſugas apponere.

Secunda intentio.

Secũda intentio principalis eſt, ad reſtringendum ſanguinem hæmorrhoidalem ſuperfluè fluentem. Quoniam multoties fluit ſanguis hęmorrhoidalis in quãtitate ſuperflua, adeò quòd aliquando debilitatur infirmus, & ſæpe perducit ad hydropiſin, ideo oportet hunc ſuperfluum fluxum reſtringere. Reſtringatur autem diuertendo hũc ſanguinem ab illis viis ad alias. Vnde phlebotometur baſilica, vel ſaluatella manus dextrę quę habẽt ſanguinẽ diuertere ab illis locis. Similiter dicit Galen. primò Terapeuticæ: Si apponãtur vẽtoſę, aut vna, vel plures.

Et hoc autem ſine ſcarificatione ſiue cum ſcarificatione, ſupra ventrem, vel ſupra ſumen. Vt ſi ponantur ventoſæ cũ ſcarificatione, circa lumbos, aut renes. Hæ enim ventoſę diuertunt, & ſtringunt ſanguinem hæmorrhoidalem. Alio modo reſtringitur fluxus ſanguinis hæmorrhoidalis cum his quæ applicantur ab extra, & cum his quæ ſumuntur ab intra.

Ab intra.

Per ea quæ ſumuntur ab intra, ſic accipiendo ℥ j. alias ʒ j. trochiſcorum de carabe. Et diſſolue in aqua plantaginis, q. ß. & vino rubeo ſtyptico, & exhibe. Ad idem valet, ſi accipiatur ʒ j. ß. tripheræ minoris, deſcriptione Auicennæ quinto Canone, & diſſolue in vino rubeo ſtyptico. Ad idem aliud, quod eſt optimum inter alia remedia. Accipiatur puluis ſcorię ferri, præparatæ ſecundum artem, ʒ ß. & diſſoluatur in vino ſtyptico, & exhibeatur.

Modus autem preparationis ſcoria eſt iſte.

Accipiantur ſquamæ ferri, quæ cadunt dum cuditur, pulucrizentur, deinde ponantur in aceto forti, & ſtet quatuor horas. Deinde exiccetur puluis iſte in aëre, & denuò piſtetur, & infundatur iterum in aceto forti, & parum ſtet in eo, deinde remoueatur, & iterum

iterum exiccetur, hoc fiat ter vel quater. Et de iſto puluere exhibeatur vt dictum eſt. Et de iſto puluere fiat etiam emplaſtrū, quod dicitur emplaſtrum de ſcoria ferri.

Ad idem, aliud remedium.

Recipe vinum rubeum ſtypticum, in quo infundatur radix hypericonis, vel folia eius per diem vnum, & de iſto vino accipiantur ante cibum, manè, & ſerò ℥ ij.

Ad idem remedium, quod ego expertus ſum, in menſibus & hæmorrhidibus conſtringendis.

Recipe coralliorum rubeorum, coriandrorum præparatorum, oſsium dactylorū, ana ʒ j. Fiat puluis ſubtilis. Et de iſto puluere detur ʒ ß. cum vino ſtyptico, calido in mane ante cibum per quatuor horas. Ea quæ valent in retentione ſanguinis hæmorrhoidalis ab extra ſunt, pulueres nonnulli, & balnea, &c.

Balneum ad idem valens, fit hoc modo.

Recipe corticum granatorum, balauſtiorum, ſumachij, ſtœchados, hypociſthidos, roſarum rubearum, florum plantaginis, ana M. j. Bulliant omnia in aqua ferrata. Et eſt illa aqua, in qua fabri extinguunt ferra ignita, ſedeátque patiens in huiuſmodi aqua, ſecundum anum ſolum.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe thapſi barbari M. j. vel ij. Bulliant in ß. q. vini ſtyptici ad perfectam decoctionem, deinde piſtētur in mortario. Cui adde pulueris gallarum, thuris, ana ℥ j. Et cum oleo roſato impinguetur: & fiat emplaſtrū.

Aliud remedium ad idem, & expertum eſt.

Recipe pulueris bufonis combuſti, & eſt rana terreſtris, in furno exiccata, & de illo puluere ponatur ſuper hęmorrhoidas, ſtringit enim à proprietate: Nec timetur eius venenum, quia per aduſtionem reſoluitur. Ad idem valet, ſi accipiantur ſanguiſugæ, poſtquam cadent plenæ ſanguinis hęmorrhoidalis, exiccentur, puluerizentur, & apponātur venis hæmorrhoidalibus.

Ad idem, puluis alius, retinens ſanguinem, vndecunque fluat.

℞. aloës, thuris, boli Armeni, ſanguinis draconis, pilorum leporis minutim inciſorum, ana ℥ j. Omnia puluerizentur ſubtiliter, & miſceātur cum tela aranea, ſumpta ex parietibus molendini, & applicetur. Stringit enim ſanguinem potenter.

Alius puluis, ad idem.

℞. pineæ combuſtæ, filtri combuſti, gypſi, gummi Arabici, pilorum leporis minutiſsimè inciſorum, ana partes æquales. Puluerize

uerizentur ſubtiliter, & miſceantur cum albumine oui, & applicentur.

Tertia intentio.

Quantum eſt ad dolorem, fiat eius ſedatio. Et ſic perficitur: Antequã applicentur ſedantia dolorẽ, & pręcipuè cùm dolor aduenit, propter magnam inflammationem vel poſt inciſionem, vel ex apoſtemate calido, vel frigido, ibidem genito: Tunc procedere debet remotio & diuerſio cauſę eiuſdẽ doloris, & hoc fit cũ phlebotomia baſilicæ, vel cum euacuatione materię, melancholicæ, vel cholericæ, priùs tamen ipſam digerendo, & poſtea euacuando: Deinde venire ad ſedãtia dolorem. Vnde ſedatiuum doloris poſt inciſionem fit tale: Recipe radicum althææ M. *j*. Coquantur in oleo oliuarum dulci, decoctione perfecta, & per modum emplaſtri apponatur loco doloroſo: tamen priùs debet eſſe piſtata: Sedat enim dolorem. Ad idem valet, ſi accipiatur porri ſcilicet pars alba, & decoquatur ſub cinerib9, & piſtetur cum butyro recenti, ita quòd reducatur ad formam emplaſtri, vel linimenti.

Experimentum ad hæmorrhoidas quando exeunt, probatiſsimum, éſtque ſedatiuum doloris in omnibus.

Recipe olei ſeminis lini ℥ *ß*. ſtercoris

gall

gallinæ puluerizati ℥ ij. Bulliant ſimul in vna lucerna, vel in aliquo alio vaſe, vngatur locus doloroſus, & apponatur. Vbi autem eſſet dolor vehemens, cum apoſtemate, ſicut plurimum fit, & præcipuè in apoſtemate frigido, ſedatiuum doloris à principio fiat tale: Recipe meliloti, lentium excorticatarum, ana q.v. Puluerizentur ſubtiliter, & cum vitello oui, & oleo roſato reducantur ad formam emplaſtri, & apponatur.

Aliud ad idem.

Ad idem valet, accipiendo duo vitella ouorum, & diſſoluantur in oleo roſato: Cui adde croci ǧ vj. Et reducantur ad formam emplaſtri, ac ſuperponatur.

Aliud ad idem.

Ad idem valet cæpe vnum album, ſcilicet quod comeditur, & decoquatur ſub cineribus, deinde piſtetur, & cū butyro recenti, ſine lacte liquefacto, & cū vitello vnius oui, & modico croco, fiat emplaſtrum. Ad idem in proceſſu, quando iam apoſtema incipit diſſolui, fiat ſequens emplaſtrū. Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, ana M. j. Puluerizentur ſubtiliter, & cum mucilagine ſeminis lini, & althææ, reducatur ad formā emplaſtri, & apponatur. Vbi autem eſſet dolor vehemens, ſicut vt plurimum contingit ex apoſtemate calido, fiat tale emplaſtrum

ſtrum. Accipias pomum vnum magnum,& inuoluatur ſtupa madefacta in aqua,& ſub cineribus perfectè decoquatur, deinde accipiatur pulpa illius pomi,& eidem addatur vitellum vnius oui, butyri recentis ſine ſale ℥ ß. croci ℈ vj. Miſce per modum emplaſtri, ponatur ſuper locum.

Aliud ad idem.

℞.Herbę ſolatri M.ij.Piſtētur inter duos lapides,& reducātur ad formā emplaſtri,& applicetur. Tollit enim mirabiliter dolorē.

Ad idem valet,& expertum eſt ab Alberto.

Recipe anguillam vnam,euiſceretur, & abſcindātur extrema, deinde reſiduum anguillæ inciſum piſtetur, & ponatur in olla vitreata ad ignem,&cum pinguedine,ac liquore,qui remanet in fundo vaſis,inungantur loca hæmorrhidarum.

Ad idem valet, & expertum eſt.

Accipiendo porcelliones,& ſunt vermes qui ſolent eſſe ſub lapidibus,vel figuli vaſis (& aliàs onyſci,& tyli dicuntur, vermiculi pluribus pedibus,colore fuſco,qui tacti arcuant ſe,ac in globū contrahunt)quantum volueris,& facies eos bullire in pinguedine gallinæ,& butyro recēti ſine ſale,quouſque diſſoluātur,& perfectè decoquātur, deinde piſtentur, & apponātur in modū emplaſtri.

Quand

Quando autem iſta non contulerint, fiat ſequens linimentum: Recipe vitella ouorũ numero ij. Diſſoluantur in oleo violarum, & roſarũ q. ſ. Et adde oppij puluerizati ℈ ſ. croci g̃. viij. Fiat linimentum.

Ad idem, quando non contulerint.

℞. florum nenupharis violarum, corticũ papaueris albi, hyoſcyami albi, ſeminis anethi, roſarum rubearum, ana M. ſ. Bulliant omnia in ſ. q. aquę, & in tali decoctione ſedeat patiens: Nam tale balneum ſedat dolorem, aliquo modo ſtupefaciendo.

Ad idem valet, & vtilius eſt ſequens vnctio.

℞. Olei de ſemine lini ℥ iij. aliàs iiij. ſtercoris catti exiccati ℥ ſ. (aliàs ſtercoris catti exiccati, & ſtoracis cocti exiccati, ana ℥ ſ.) puluerizetur ſtercus felinum ſubtiliter, & cum dicto oleo bulliat ſimul, & tandem fiat vnctio, vel linimentum.

Annexa pharmaca.

DIVA Hyldegardis in libello de cauſis, & curis morborũ, ab ea inſcripto (cuius autographum bibliotheca mea capit) adſerit certum eſſe experimentum in reſtringẽdo hæmorrhoidali fluore, ſi quis holuſculũ ex gamandrea herba paratum comederit, vel ſuccum frõdium rubi, & ſanguinarię mero tempe

temperatum biberit. Pòſt fiat inũctio cum vernice pictoria, ſtatim ſiſtit.

Vnguentum expertiſsimum ad dolorem hæmorrhoidarum, & ſycoſes, ſeu ficus.

℞. vitellum oui j. olei roſarum ℥ j. pulueris ſacchari optimi, & ſubtilis, aut ſacchari candi ℥ ß. croci ℈ ij. vitellum, & oleum roſarum diu agitentur, & miſceãtur ſimul, deinde addantur alia, & ſuperpone ficui & hæmorrhoidibus, ſuper panno extenſum.

Cura Beyſeri medici. Linimentum ad idem ſanans, & mitigans.

℞. ſulphuris, gummi cedri, camphoræ, ſucci florum violarum purpurearum, vel hyacinthi, vel ſucci ſolatri mortalis, hyoſcyami nigri, ana ℥ ß. vel ʒ ij. albuminis ouorum q. ß. ad incorporandum, adde parũ pulueris myrrhæ, lycij, gallarum, ana ℈ j. Fiant lycinia, vel proſtheta xylina vel bombycina, vel de ſerico crudo, bene carpto.

Puluis eiuſdem expertus ad idem.

℞. gallarum (melius opinor) gallæ omphacitidis q. v. terantur in puluerem. Pòſt recipe oxyrhodini id eſt aceti roſati, & temperentur ſimul, ſuperponatur loco dolenti, vbi ſycoſes apparẽt, & quotieſcũque inaruerit, denuò ex dicto liquore acido rurſum irrigetur, & ſubhumido panniculo exceptum

repon

reponatur ſuper locũ, vt ſuprà. Quod ſi apertę fuerint hæmorrhoides, aridum apponatur medicamẽ, per modũ hygremplaſtri: Sin apertæ, xerion emplaſtrum conueniet. Huc ſpectant pharmaca retinendis menſibus accommoda, & quæ alios interaneorũ fluxus intercipiunt, propriis capitibus inquirenda. Laudant aliqui ſectionem venarum talarium, eò quòd fluxum optimè diuertat. Si alio nullo medicamine compeſci poteſt hic fluxus, aduſtis capitulis fit cicatrix quæ ſanguinem fundi prohibet.

De Rhagadÿs ani.

Cap. LXIIII.

Definitio.

Rhagadię, ſunt apertiones venarũ, quę ſunt in ano, doloroſæ ſine tumore.

Cauſa, ſigna.

Cauſas & ſigna pete à Gordonio.

Cura.

Curæ rhagadiarum ani duplex eſt intentio. Vna eſt, quæ circa complexionem calidam, & ſiccam verſatur, & duritiẽ fœcum. Alia eſt, de materia ſalſa, & aduſta. Quantum ad primam intentionem eſt, mollificare fæces, & remouere malam complexionem. Et hoc perficitur cum his, quæ exhibentur per os, vel cum his, quæ applicãtur

ab

ab extra. Quantum ad primum, ſit tale clyſtere: Recipe maluarum cum radicibus, radicum althææ, foliorum caulium, violarum, lactucæ, ana M. j. bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, & de colatura accipiatur lib j. ß. In qua diſſolue ſacchari rubri vnc. j. ß. caſiæ vnc. j. olei violati vnc. iij. Miſce & fiat clyſtere.

Aliud clyſtere ad eandem intentionem.

Recipe olei violati vnc v butyri recentis ſine ſale vnc. iiij. mucilaginis, tragacanthi, pſyllii, ana vnc. j. ß. ſacchari rubei vnc. j. Miſce, & fiat clyſtere. Deinde patiens ſedeat in ſequenti decoctione. Recipe maluarum cum radicibus, foliorum violarum, nenupharis, radicum althæę, ſeminis caulium ana vnc. j. vel ß Bulliant in ß. q aquæ, & poſtquã tepeſit aqua iſtius decoctionis, patiens in ea ſedeat. Quantum ad ſecundum, videlicet per os, detur hæc ſequens potio: Recipe prunorum numero xx iuiubarum numero x. radicum althææ drach. ij. paſſularum vnc. ß. Bulliant omnia in ß q aquæ, priùs quàm pruna, & iuiubæ imbiberint dictam aquam, deinde manibus exprimatur ſuccus. De iſta decoctione accipiatur q. ß ad diſſoluendum, caſiæ optimæ pinguis, nouiter extractæ ℥. decem, aliàs vnc. x. Miſce, & fiat potus, dulcoretur cum vnc. j. ſyrupi violati. Tertia

intentio eſt, vt prima fuit, applicare ab extra, quod remedium determinatum eſt per decoctionem ſupra ſcriptam, in qua patiens debet ſedere. Quantum ad ſecundam intentionem, ſcilicet ad materiam ſalſam, aduſtá. Secunda intentio eſt remouere ardorem & dolorem, & conſolidare locum. Primò ergo digeratur materia hoc modo: Recipe, ſyrupi de fumoterræ violati, de lupulis, ana vnciam ß, aquæ lupulorum, fumiterræ, capilli Veneris, ana vnc. j. Miſce, & fiat ſyrupus. Facta digeſtione exhibeatur ſequens medicina ſolutiua, in forma pilularum: Recipe pilularum fœtidarum ſcrup. ij. pilularum de fumoterræ ſcrup. j. reformentur pilulæ numero vij. & exhibeantur per horam ante diem. Si patiens abhorret pilulas, detur ei ſequens medicina ſolutiua, in forma potabili. Recipe myrobalanorum Indorum, rhabarbari, ana ℥. ß polypodii, epithymi, folliculorum ſenæ, florum boraginis, bugloſſæ, violarum, ana M ß Bulliant in ſ. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, & de colatura accipe q. ß ad diſſoluendum, diaſonę Rhazis ʒ. vj. cõfectiõis Hamech. electuarii Indi maioris, electuarii de ſucco roſarũ, ana ʒ. j Miſce, fiat potus, dulcoretur cum ſyrupo violato. Facta euacuatione intentio eſt ad bulcus & rhagatias. Primò mitificando, & hoc

fit

fit cum ſequenti ablutione. Recipe aquę hordei ℥ iiij mellis roſati colati ℥ ij. Miſce, & abluatur anus. Deinde fiat vnguentum contra dolorẽ, & ardorem, & eſt de ceruſſa, quod ſic fit: Recipe olei roſati vnc iiij ceræ albæ vnc. ß. Miſce ſimul in capſula apud ignem quòd cera diſſoluatur, deinde deponatur ab igne, & cùm tepeſit abradatur ceruſſa in tanta quantitate, quòd aliqualiter fiat inſpiſſatio, deinde bene miſce ad inuicem, poſteà addantur duo albumina ouorum, conquaſſata cum modico aquæ roſarum. Vltimò addantur camphoræ grana viij puluériſatæ ita ſubtiliter, ſicut poſſibile eſt. & omnia bene miſce, & fiat inunctio. Aliquando cum febre, & apoſtemate ſolent fieri rhagadiæ ani, tunc competit phlebotomia venæ baſilicæ in manu vel brachio.

Additamenta propria.

Rhagadiæ curantur iſto vnguento, ſi in eodem linamentum tinctum ſuperligetur, vel ſolùm locus vnctus cerato contegatur. Recipe vitellum oui j pinguedinis gallinaceæ liquefactæ modicum, croci item exiguum, olei roſacei q ß. fiat vnguentum arte, abſque igne, & fiat inunctio cum penna.

Aliud valentius.

Recipe rhedelæi, olei ſaligni, papaue-

rini,chamæmelini,adipis gallinacei,ceruſſę, plumbi vſti,thutiæ ablutæ,omniũ,ana drac. j. cum cera candicata q. ß fiat vnguentum, cum quo liniatur fiſſura ani.

Aliud ad idem.

Recipe medullæ ſturni,vituli,& quę eſt in maxilla porci, axungiæ gallinæ, anatis, butyri ſine ſale,olei ſeſamini,amygdalini dulcis,myrtini,papauerini,ana drach. ij. aloës, lithargyrii, cathimiæ lotæ, tragacanthi, ana ʒ j. ceræ nouæ q. ß. Fiat vnguentum. Poteſt addi farina volatilis molendini.

Cura apoſtematis ani.

Sedatiuum in dolore apoſtematis expertum. Recipe vitellum oui decocti, numerò j.vel plures. Et piſtentur cum tragacantho, rhodino, & ſyrupo roſaceo, ana quod ſatis eſt ad incorporãdum,& fiat emplaſtrũ.

Aliud ad idem.

Recipe ſummitatum papaueris albi,hyoſcyami,portulacæ,vitellum oui,micę panis, olei roſacei,q ß. Fiat emplaſtrum arte.

Aliud ad idem.

Recipe farinę ſeminis lini,fœnigręci,pulueris gummi Arabici, foliorum cauliũ, ana q. v. olei chamæmelini q. ß. Fiat vt ſuprà. Cataplaſma factum ex gallis in vino ſtyptico decoctis, apoſtemata, & condylomata reprimit. Aloës item diſſoluta cum vino,

&

& emplaſtrata, ad idem valet. Item ſuccus arnogloſſæ inunctus. Item fomentatio facta cum vino decoctionis foliorum oleandri, & oleæ, tam ſylueſtris, quàm alterius, & etiam platani, vel ſmilacis, aut vlmi, vel cupreſſi. Pòſt fiat inunctio cum lithargyrio, in rhodino diſſoluto & incorporato.

Item fiat linimentum tale.

Recipe floris lactis aſinini, vel caprini, vnc.iij Bulliat cum ſucco plantaginis, ad debitam vſque ſpiſſitudinem: Quo liniatur locus, facta priùs vaporatione herbarum poſitarum in fomentatione præcedenti.

Puluis, ſeu vnguentum, ad omnia vitia ani, omnemque cancrum.

Recipe ammoniaci, galbani, maſtiches, olibani, ſarcocollæ, myrrhæ, mumiæ, aloës hepatitis, bdellii, lithargyrii, ana ʒ. j floris æris, ariſtolochiæ rotundæ, conſolidæ maioris, ſanguinis draconis, gentianæ, gallarum, ana drach. j Miſce, fiat puluis: vel cum melle roſaceo, q. ß. fiat vnctio.

De *prurituani.* *Cap.* XLV.

Cura.

CVra pruritus ani variatur ſecundum diuerſitatem cauſæ. Cùm enim prouenit à vermibus, tunc competit cura iam dicta in præcedentibus: Quia oportet primò

remouere cauſam antecedentem, quæ facit vermes: Quæ cauſa antecedens remouebitur, primò ipſam digerendo, deinde euacuã do cum his, quæ immediatè ſcripta ſunt de vermibus ani. Alia intentio eſt in cura pruritus ad materiam ſalſam, & aduſtam, quæ ad anum deſluit. Et iſta intentio eſt duplex. Vna eſt ad cauſam antecedentẽ, quæ eſt materia ſalſa, & phlegma ſalſum, antequam facit pruritum. Alia eſt ad cauſam coniunctã. Quantum ad cauſam antecedentem, digeratur primò materia cum ſequenti ſyrupo. Recipe ſyrupi de fumoterræ, mellis roſati colati, ſyrupi aceroſi ſimplicis, ana vnc. ß. aquæ fumiterræ, capilli Veneris, lupulorum ana vnc. j. Miſce, fiat ſyrupus, exhibeatur quouſque appareat digeſtio materiæ. Et deinde euacuetur cum ſequenti ſolutiuo in forma pilularum. Recipe pilularum aggregatiuarum, pilularum de fumoterræ, ana ʒ. ß. diagredii gran. iij vel ij. Reformentur pilulæ numero vij. cum ſyrupo violarum, exhibeantur ante diem per horam vnam. Illinc ad quinq; horas aſſumat lauatiuum ex aqua hordei, cum ſaccharo rubeo.

In forma potabili.

Recipe decoctionis communis q. ß. Cui adde foliculorum ſenæ, epithymi, polypodii ana drach j. Cuius decoctionis recipe q. ß ad

ß ad diſſoluendum, diaſenæ lenitiui Rhazis ʒ. v. diaphœnicon is ʒ j. ß. electuarii ſucci roſarum ʒ. j confectionis Hamech. ℈ j. vel ij Miſce, fiat potus, detur vt ſuprà.

Alia intentio.

Alia intentio circa materiam ſalſam valet, quando eſt ſub forma cauſæ coniunctæ, quando ſcilicet in ano & muſculis ani collecta eſt, tũc cura eſt talis: Primò oportet reſoluere, & tandem confortare ne poſtea recipiat. Primò fiat balneum ſequens, in quo patiens ſedeat, vel fiat fomentatio cum eo. Recipe fumiterræ, lapathi, foliorum violarum, maluarum, roſarum rubearum, ana manip. j. ß Bulliant omnia in ß q aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde ſedeat patiens in dicta decoctione, vel fomentetur cũ ſpongia, vel pãno. Pòſt exiccetur locus, & inungatur cum infrà ſcripta vnctione. Recipe olei chamæmelini, anethini, roſacei, ana vnc. ß. meliloti, fumiterræ, myrtillorum, ſumachii. ana ʒ ß Puluerizanda puluerizentur ſubtiliter, & cum modica cera fiat vnguẽtum cum quo anus inungatur.

Adiectitia medela.

LOTIO facta cum aqua elixationis foliorum, & ſtipitum ſaluiæ, pruritum ſedat. Idem facit lotio facta ex ſucco ebullorum.

Pruriginem inſuper tollit inunctio olei ſchœnuanthini, vel coſtini Huic quoq; malo medetur ſuccus behen intinctus. Si prurigo ſit cum exhulceratione, fiat hoc linimentum. Recipe tragacanthi, ſulphuris citrini, lithargyrii, ana ʒ.j. Terantur, & cum aceto fiat linimentum, quo liniatur locus prurigi-noſus. Et ſi addatur opij aliquantulum, dolorem quoque tollit.

Ad idem valet illinitio talis.

Recipe ceruſſæ partes ſex, ſulphuris citrini partes duas, opii partem vnam. Quæ trita, in aceto temperentur.

Canon.

Huc pertinet cura pruritus genitalium, proprio capite memorata.

De exitu, ſiue egreſſione ani.
Cap. LXVI.

Exitus ani ab apoſtemate eius, & inflammatione in extremitatibus eius, ex his quæ dependent, cognoſcitur: Cuius ſignum eſt, quòd non poteſt intromitti. Vt ſi ſit apoſtema calidum, à materia ſanguinea, vel cholerica, vel vtriſque, fiat phlebotomia baſilicæ, manus, vel brachii, ad diuertendum materiam antecedentem. Curetur apoſtema, vt ſæpe dictum eſt, ſecundum diuerſitatem temporum, diuerſas applicando medicinas: & ſi

& ſi conuenit, aperiatur apoſtema, mundificetur, & deinde conſolidetur.

Textus variatio.

Exitus ani, ſiue inteſtini recti fit propter multas cauſas. Vna eſt propter apoſtema, & inflammationem, anus deſcendit, quæ eſt extremitas inteſtini recti. Secunda cauſa poteſt eſſe percuſſio circa dorſum, propter quam anus, ſiue inteſtinum rectum aliqualiter mollificatur, propter deſcenſum humorum ad locum, & ſic fit exitus ani. Tertia cauſa poteſt eſſe paralyſis, inducta in muſculis ani, ab humiditate deſcendente, vnde anus exit.

Signa.

SIGNVM autem eſt quãdo prouenit ab apoſtemate, quia non poteſt intromitti. Signum autem quando prouenit à percuſſione, vel caſu: Quia præceſſit vel caſus, vel percuſſio, circa dorſum. Signum autem eſt quãdo prouenit à paralyſi: quia tunc ab ano continuè fluit humiditas aquoſa.

Cura.

CVRA quando prouenit ab apoſtemate. Si enim apoſtema dicitur eſſe calidũ, cholericum, vel ſanguineum, vel ex cholera, vel ſanguine permiſtum: tunc fiat primò phlebotomia de baſilica in manu, vel brachio,

ad diuertēdam materiam facturam apoſtema. Deinde curatur apoſtema eo modo, quo ſæpius abundantiùs ſuprà dictum eſt. Cura exitus ani, prouenientis ab humiditate deſcendente ad extremitatem inteſtini eſt, mūdificare corpus à phlegmate aquoſo, cum pilulis fœtidis, exhibendo ſcrup. ij. ß ante diem per horam. Deinde venire ad mollificationem ani. Vbi verò dicatur extremitas ani incraſſata multùm per humiditatem. Ergo primò fiat ſequens balneum. Recipe chamæmillæ, pulegii, calamenthi, origani, aniſorum, fœniculi, ana M ß. Bulliant in aqua, & vino ſimul miſtis, ad cōſumptionem tertiæ partis, deinde ſedeat patiēs in tali balneo: Fiat fomentatio ſecundum modum ſuprà dictum. Deinde exiccetur extremitas in inteſtino recto. Pòſt fiat vnctio ſequens: Recipe olei maſtichini, rutacei, liliacei, ana vnc. ß. ſumachii, balauſtiorum, roſarum rubearum, plantaginis, ana vnc. ß aliàs ʒ ß. Miſce pro vnguento. Deinde aſpergatur præſenti puluere, qui conſtringit ne exeat. Recipe myrtillorum, ſumachii, balauſtiorum, roſarum rubearum, plantaginis, cupularum glandium, ana drach. j. aliàs M j. boli Armeni ſcrup. j. Fiat puluis ſubtilis, cum quo anus aſpergatur, facta tamen priùs ſequenti fomentatione, ſeu balneo. Et ita confortetur

fortetur, vt non amplius exeat extrema pars inteſtini recti.

Fomentum ad idem.

Recipe myrtillorum, ſumachii, balauſtiorum, roſarum rubearum, plãtaginis, ana M. j. Bulliant in ß. q. aquæ ciſternæ. Nam tali aquæ ineſt aliquid ſtypticitatis, & fiat fomentatio, vel balneum. Pòſt cum iamiam prædicto puluere aſpergatur anus.

Appoſititiæ medelæ.

Cura exitus ani, à me multoties experta.

Mundificetur inteſtinum prominẽs, cum aqua plantaginis mucronatæ, ſeu millefolii. Deinde inungatur cum aquacia, vel lycio, aut viſco liquefacto. Et ſuperſperſa aloë puluerata recondatur. Hoc modo cõplures curaui. Poteſt etiam præcedere lauacrum, cum aqua decoctionis tragorigani, cruris galli, myricæ, roſarum, & conſimilium.

Puluis ad idem.

Recipe maſtiches, thuris, nucis cupreſſi, antimonii, corticum granatorum, balauſtiorum, glandium, ana ℥. ij. Miſce fiat puluis.

Vnguentum ad idem.

Recipe aloës, thuris, bdelii, ana ℥. ß. thuris maſculi, ſeu olibani, ℥. j. Pulueris contra

ficus,

ficus, prædicti in capite de hęmorrhoidibus, cuius initium: Recipe gallarum, &c. in additionibus ʒ j. ceruſſæ ℥ ij. pinguedinis anatis, ardeæ, olei roſati, ana q. ſ. fiat vnguentum, addito parum ceræ

Aliud ad idem.

Recipe oleorum chamæmelini, anethini, violati, ana ℥. ß. pinguedinis anatis, ʒ iij. vitellorum ouorum num. j. ß. thutiæ præparatæ ℥ j ceruſæ, lithargyrii abluti, ana ʒ. ß. croci gra. v. ceræ, q. ſ fiat vnguentum.

De vrinæ difficultate.

Cap. LXVII.

Definitio.

STranguria, ſeu vrinæ difficultas, maximum cruciatum inducit, & eſt cùm vrina guttatim fluit. Latinè Subſtillum, Græce verò dyſyría dicitur.

Alia Gordonij.

Stranguria, eſt guttatim vrinæ miſſio.

Alia eiuſdem.

Dyſyría eſt, vel interpretatur inuoluntaria vrinæ retentio, ſcilicet cùm aliquis appetit mingere, & non poteſt: aut quando non poteſt, nec appetit

Definitio Galeni.

Stranguria, eſt vrinæ ſtillicidium.

Alia

Alia eiuſdem.

Iſchuria, eſt vrinæ retentio, periculum adferens.

Octo modi retentionis vrinæ.

Puta inflammatione, duritiæ, ſanguinis collectione, reſolutione, lapidis procidentia, neruorũ cõpaſſione, hulceratione, & lithiaſi.

Cauſæ & ſigna.

Cauſas & ſigna pete à Galeno, Gordonio, & alius conſimilibus, &c.

Aphoriſmi Hippocratici.

1 Morbi in pluuiarũ multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias Græci vocant, & anginæ. In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, dyſuriæ, & inteſtinorum difficultates. Aphoriſmo 16. lib. 3.

2 Autumno verò & plurimi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, lienes, aquæ inter cutem, tabes, ſtillicidia vrinæ, dyſuriæ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, coxendicum dolores, anginæ, anhelationes, ſeu aſthmata, ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles. Aphoriſmo 22. libro 3.

3 Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes

nes cum tuſſi, vrinæ ſtillicidia, dyſuriæ, ſeu vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum paſſiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus corporis, vigiliæ, melancholiæ, alui, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues. Appor 31. lib 3.

4 Recto inteſtino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ ſtillicidiũ accidit, & renibus puru!ētis, vrinæ aduenit ſtillicidium. Hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit Aphor. 58. lib. 5.

5 Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem, ſeu dyſuriã, vini potio, & venæ ſectio ſoluit: incidere autem interiores in talo, eſt bonum. Aphor. 49. lib. 7.

Cura.

Cura difficultatis vrinę quando prouenit à materia phlegmatica oppilante vias vrinæ, per quas vrina tranſit à renibus ad veſicam, à veſica per virgam extra eiicitur, perficitur quatuor intentionibus Prima eſt, remouere cauſam oppilantem, & prohibentem emiſſionem vrinę. Secunda intentio eſt, vrinam prouocare. Tertia, accidentium correctio. Quarta, diæta.

Prima intentio.

Prima intentio ſic perficitur: Digerendo

mat

materiam, & ipſam euacuando cauſam. Et in hoc caſu eſt notandũ, quòd non debemus in principio dare digeſtiua, quæ ſunt multũ prouocatiua, quia traheretur materia ad locum oppillatũ, & ad vias vrinæ Fiat ideo digeſtiuũ tale: Recipe mellis roſati colati, ſyrupi de Byzãtiis, oxymellis ſimplicis, ana ℥ ß aquæ meliſſæ, fœniculi, abſynthii, ana ℥ j. Miſce, & exhibeatur. Facta digeſtione euacuetur materia cũ ſequẽti medicina. Recip. decoctionis communis q ß. Cui adde ſeminis fœniculi, aniſi, ana M ß Fiat decoctio ſecundum artem, de qua accipiatur quartale ß ad diſſoluendum ſequentia ſolutiua.

Variatio textus.

Recipe florum boraginis, bugloſſæ, capillorum Veneris, ana M ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥ ß. ſebeſten nu. iiij. ſeminis fœniculi, aniſi, ana M. ß. Fiat decoctio ſecundum artem, de qua accipiatur quartale ſemis ad diſſoluendum, diacatholiconis ʒ. v diaphœniconis ʒ. ij. electuarii Indi maioris ʒ. i. ß Miſce, & exhibeatur iſta medicina, quæ materiam euacuat phlegmaticam, & diuertit à viis vrinæ ad inteſtina.

Ad idem in forma pilularum.

Recipe pilularum aggregatiuarum ℈. ij. ß. pil

ß. pilularum Indarum ℈. ß. vel j diagredii gran. ij. Formentur pilulæ num. vij. cum ſyrupo de Byſantiis, vel cum melle roſato. Facta euacuatione, erit completa intentio prima.

Secunda intentio.

Secunda intentio prouocat vrinam cum his quæ ſumuntur ad intra, & ab extra.

Ab extra fiat fomentatio.

Recipe parietariæ, foliorum maluarum, radicũ maluauiſci, abſynthij, petroſelini, foliorum anethi, apii, arthreticę, ana M ß. Cõtundãtur omnia craſſo modo, & bulliant in ſemi q. aquæ fluuialis, ad conſumptionẽ tertiæ partis: Deinde accipiatur ſpongia quæ infundatur in prædicta decoctione, & expreſſa calida ponatur ſupra ventrem, id eſt, ſupra ſumẽ, vel pectinem. Et hoc quinquies facto fiat inunctio cum ſequenti vnguento. Recipe olei de ſcorpionibus, liliorum alborum, anethini, ana ℥ ß parietariæ, ſiccæ, ſeminis dauci, apii, cymini ℈. j. Puluerizentur, & cum modica cera fiat vnctio, cum qua vngantur loca prædicta calidè.

Alia vnctio ad idem mollificatiua, & aliqualiter prouocatiua.

Recipe olei de ſcorpionibus, amygdalini dulcis, liliacei albi, ana ℥ ß. pinguedinis gallinæ, medullæ cruris vituli, œſypi humidi,

ana

ana ℥.ß. Liquefiat adeps, & cum pauco ceræ fiat vnctio, eodem modo quo ſuprà.

Emplaſtrum ad idem laudatum & expertum.

Recipe radicum paſtinacæ ſylueſtris M.j. parietariæ, ſeneciorum, maluarum cum radicibus, foliorum apii, petroſelii, anethi, origani, calamenthi, ana M.ß. farinę ſeminis lini, fœnigręci, ana ℥ j. Radices incidantur, & cum aliis bulliant ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario, & eis adde prædictas farinas, & cum prædicta decoctione, & oleo ſcorpionum q. ſ ad impinguandum fiat emplaſtrum, quod femori applicent.

Aliud emplaſtrum ad idem, & eſt Nicolai.

Recipe parietariæ tenerę quantitatem copioſam, remoueantur folia, & ſummitates teneræ ſtipitum accipiantur, & ponantur in olla noua, ita quòd ſit plena bene, vſque ad ſummũ. Deinde ſtipites illi fortiter comprimantur, & orificium ollæ claudatur bene, ita quòd nõ exeat fumus aliquis, & ponatur ad ignem & decoquatur ſine aqua, & cùm ſic ſteterit ad ignem, ad tempus, quo poſſunt decoqui piſces, accipiatur, & in modum emplaſtri ſuper ſumen ponantur. Recipe rhete, id eſt, zyrbum vnum vituli, totum calefiat in patella, & applicetur circa renes, prouocat enim vrinam.

Aliud emplaſtrum, & eſt expertum ſæpe à magiſtro Leonello.

Recipe radices dauci, id eſt, paſtinacę ſylueſtris, decoquantur ſub cineribus, & poſtquàm fuerint bene & perfectè decoctæ, amoto meditullio piſtentur, & abſque oleo (aliàs allio) & ponantur ſuper ſumen, & renes, ad modum emplaſtri.

Ad intra.

Ad intra, ad prouocandum vrinam, detur iſta potio. Recipe corticum ouorum mundatorum à pellicula interiori, à quibus ouis exierit pullus. Deinde puluerizentur ſubtiliter, & accipiatur de iſto puluere ʒ. j. Et exhibeatur cum aqua ſaxifragiæ.

Ad idem fiat ſequens potio.

Recipe milii Solis ʒ. j. ß. Contundatur, & bulliat in aqua parietariæ, fœniculi, apii. Deinde coletur: & colaturæ accipiantur ℥. iij. aliàs ij. In quibus diſſolue lithontriponis Iuſtini, ana ʒ. j (aliàs ana omittitur.) Miſce, fiat potus qui exhibeatur.

Corradini cura.

Recipe pulueris origani, ſeminis vrticæ cum pulueribus cordialibus: miſce, cum aqua petroſellini detur.

Aliud ad idem.

Recipe olei deſtillati ex ouis formicinis, & herbæ vrticæ, deſtillentur ſimul

& vng

& vngatur locus renum, & veſicæ.

Additiones propriæ.

Tragea vrinalis, valens in dyſuria, & calculo.

Recipe ſeminis apii, milii Solis, petroſeni, fœniculi, aniſi, althææ, ſaxifragiæ, ſingulorum ʒ.j. Pulueris lapidum Iudaici, ſpongiati, ana drac ß. cantharidum arte præparatarum ℈ j. ſanguinis hircini item ritè præparati, ſpicæ, ana tantundem, radicum althææ, carpobalſami, ana ʒ.ij.ß (aliàs ℈.totidem) ſacchari triunc. Miſce, fiat tragea. Doſis à ʒ.ß. ad ℈.ij. vel (ſi neceſſitas inſtet & vrgeat) ʒ.j integra cum vino lympido, & meraciore. Propinandus autem eſt hic puluis in balneo, licet & quandocunque.

Balneum ad idem.

Balneum ſit ex decocto chamomillæ, ſeneciorũ, aſari, hyperici, artemiſiæ, agrimoniæ, origani, maluæ vtriuſque. Vel ex herbis diureticis quas enumerat Galenus in libro de affectibus renum. Deinde fiat inunctio cum iſto linimento diuretico: Recipe olei ſcorpionitis ℥.ß. amygdalini amari ʒ.ij. ſepi arietini circa renes ʒ.v. pulueris ſeminum alkakengi ℈.ß. rubeæ tinctorum, ſpicæ, maſtiches, ana ℈ ß. Miſce, fiat linimentum arte, quo liniantur renes, & ſuperficies ſuminis.

De ſuperfluo vrinæ fluxu. Cap. LXVIII.

Definitio.

DIabetica paſſio, eſt immoderata vrinæ effuſio.

Cauſæ, & ſigna.

CAVSAS & ſigna pete à Gordonio, &c.

Cura.

Contra impedimentum retinēdi vrinam, & fluxum ſuperfluum vrinæ, quod impedimentum prouenit à mala complexione calida membri, propter quam renes attrahunt aquoſitatem ab hepate. Hepar autē ſentiens exiccationē propter humiditatē attractam, à venis, deſiderat humectationem attrahere ad ſe à venis ſtomachi, vnde cum illo fluxu vrinæ cauſatur vehemens ſitis. Cura ergo perficitur quatuor intentionibus præcipuè.

Prima alterat malam complexionem calidam renum. Secunda euacuat, ac diuertit humiditatem illam à viis vrinæ. Tertia corrigit accidentia. Quarta ordinat debitum regimen.

Prima intentio.

Prima intētio perficitur cū infrigidātibus circa renes, participātib⁹ aliquali ſtypticitate, quæ

te,quæ ab intra, & ab extra applicari debēt.

Ab extra fiat ſequens vnctio.

Recipe olei roſacei,myrtini, ana ʒ.vj.roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachii, coralliorum præparatorum, (aliàs, coriandri præparati)raſuræ eboris,ana ℈.j. Pulverizentur, & cum modico ceræ fiat vnctio. Quæ diabeticis competit.

Aliud ad idem.

Recipe ſpodii, ſandalorum rubeorum, ana ʒ.j. ß antheræ, id eſt, ſeminis roſarum rubearũ, portulacæ, ana ʒ.ß. camphoræ ℈. ß.ſucci plantaginis,ſemperuiui,ana ℥ j aliàs ß. lactis muliebris lactantis puellam ℥.j ß. Omnia hæc bene ad inuicem quaſſentur, poſtea infundantur petiæ lineæ,quæ calidę parum ſupra renes ponantur. Hoc enim remouet malam complexionem calidam renum, & ſtringit vrinam.

Ad idem valet hoc emplaſtrum.

Recipe roſarum rubearum, foliorũ plantaginis, corticum granatorum, balauſtiorum,ſumachii, hypociſtidos, ana M. ß.farinæ hordeaceæ ℥.ij. Herbæ bulliant ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario,& adde farinam hordei,& in prędicta decoctione,& oleo myrtino q.ß.ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod renibus applicetur. Præfata olea, & emplaſtra

 poſſunt

poſſunt applicari hepati, ad remittendá malam complexionem calidam eius.

Ad intra fiat ſyrupus ſequens.

Recipe florum nenupharis, radicum eiuſdem, ana M j Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis. Deinde colentur, & colaturæ accipe libr j. cum ſaccharo taberzeth. & fiat ſyrupus. Recipe de iſto iam dicto ſyrupo ℥ j. ß aquæ plantaginis ℥ iij. Miſce, & exhibeatur.

Aliud ad idem.

Recipe trochiſcorum de ſpodio ʒ. j. pulueri zetur, & diſſoluatur in mina cydoniorum, & exhibeatur ſtomacho ieiuno.

Ad idem valet ſequens electuarium.

Recip. diacydonitē cum ſaccharo ſine ſpeciebus, ſacchari roſati antiqui, ana ℥ j. ſeminis portulacæ, roſarum, coriandrorum aliquantulum aſſatorum, an̄. ℈ j. Miſce, & cum ſyrupo myrtino formetur electuarium. De quo aſſumat in mane ad quantitatem caſtaneæ magnæ, per duas horas ante cibum.

Ad idem puluis expertus, & à proprietate valens.

℞. carnium ericii in furno exiccatarum, deinde puluerizatarum: de iſto puluere accipiat ʒ. j ß. Et cū vino rubeo q ß. exhibeatur.

Puluis ad idem.

Recipe cupularum glandium, cornu cerui vſti

ui vſti. Quæ puluerizentur ſubtiliter. Et de iſto puluere accipiatur ʒ.j. & in vino ſtyptico (vt ſuprà) diſſoluatur, & exhibeatur. Item meſpila comeſta ad idem valent.

Aliud ad idem, quod à proprietate valet.

℞ criſtæ galli, exiccetur in furno, & puluerizetur. De quo detur ʒ j. cũ vino ſtyptico.

Secunda intentio.

Secunda intentio completur euacuatione humorum, & diuertendo cum appropriatis. Diuerſiones fiant cum ſudoris prouocatione, cum vomitu. Nam in hoc caſu diuerſiones maximè laudantur.

Tertia intentio.

Tertia intentio, eſt correctio accidẽtium, quæ corrigantur, vt ſæpe dictum eſt.

Quarta intentio.

Quarta intentio, eſt debitum regimen, quod vergat in contrarium cauſæ efficientis dolorem.

Annexa pharmaca.

Reſtrictiua pilula.

℞. coriandri ſicci, roſarum rubearum, ana ʒ.v. ſpodii ʒ.x. ſeminis lactucæ, portulacæ, ana ʒ x. boli Armeni drac. v. camphoræ ʒ.ß. gummi Arabici ʒ.j. Conficiantur cum aqua granatorũ, in forma pilularũ, & dentur. Item fiat vnctio, cum oleo behenino, circa renes.

De lapide Renali, & Veſicali.

Cap LXIX.

Definitio.

NEphritis, eſt phlegmone renum, cum dolore vehementi, interim cum vrinæ difficultate, & recrementis fibroſis, vel arenoſis, cum ſanguine modico.

Alia eiuſdem.

Lithiaſis, eſt calculi in veſica generatio, propter quem vrinæ excretio prohibetur.

Aliter.

Lithiaſis, eſt affectus qui veſicæ diſtentiones adfert. Diſtendūtur ipſis, coles, & pręputium frequenter attingunt. Oboriuntur autem eis difficultates mingendi, cùm lapis productus recrementi vias obturat. In renibus calculi fiūt, vbi in illis craſſorum humorum copia ſimul cum febrili calore coaceruata ſit. Champerius de eadem materia.

Cauſæ.

CAASAE lapidis ſunt: Materia viſcoſa, ſimilis phlegmati vel ſanguini, ſanioſa, craſſa: Item anguſtia meatuum. Porrò & caliditas egreſſa ab æqualitate. Materia verò craſſa, viſcoſa ex cibis generatur: vt ficus, caſeus, carnes veterum animalium, aues fluuiales, caro vaccina, caprina in omni ætate, piſces craſſi

craſſi veteres, frixuræ, & aſſuræ, panis azimus, repletio ſuperflua, motus inordinatus poſt repletionem pyra cotonea, potus aquarum turbidarum, piſa, fabæ, & ſimilia Item iuuat ad procreationem lapidis, virtutis expulſiuæ debilitas in renibus, & fortitudo retentiuæ, retinendo ſuperfluitates cum aquoſitate. Expulſiua enim à forti caliditate debilitatur, vnde retentiua confortatur. Iſtæ eædem cauſæ conueniunt in veſica.

Canon.

Sciendum quòd in renibus frequẽtior generatur lapis apud pingues: Apud extenuatos verò frequẽtius in veſica, & hoc eſt propter largitatem viarum.

Regula.

In ſenibus frequentiùs in renibus: In pueris verò, frequentiùs in veſica.

Differentia lapidis renalis, & veſicalis.

Lapis renum eſt leuior, minor, & ad rubedinem, vel citrinitatem declinans. In veſica verò maior, moleſtior, & ad albedinẽ, vel citrinitatẽ declinãs. Ergo hic diureticis opus.

Aphoriſmi.

1 QVICVNQVE nephretici ſunt, non ſanantur poſt quadraginta annos, intelligendo per nephreſin, paſſionem renum omnem indifferenter.

2 Quibuſcunque in vrinis arenoſa ſubſi-ſtunt ſedimina, his veſica, aut renes lithiaſim patitur. Aphor. 79 lib 4.

3 Nephretici, & circa veſicam dolores, laborioſè ſanantur in ſenibus. Et per nephritidem hîc intellige hulcerationem, & in fine commentarii Galenus, ſicut alibi dixit Hippocrates, Senes his paſſionibus commoriuntur Aphor. 6. lib 6.

4 Quibuſcunque in vrinis ampullæ, ſeu bullæ ſupernatant, nephreticam, & longam ægritudinem fore ſignificant Aphoriſm. 34. libro 7.

5 Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum conglobatum, his renum vitium acutum ſignificatur Aphor. 35. lib. eodem.

6 Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna doloréſque circa ſpinæ muſculos fiunt, ſiquidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoque exterius futuros expecta. Si verò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expectа futuros interius. Aphor. 35. lib eodem.

7 Quibus inter renes, & ventrem pituita concluditur, & dolorem præſtans non habet exitum in neutrum, his ſecundum veſicam cõuerſo phlegmate ſit morbi ſolutio. Aphoriſmo 55. libro 7.

8 Cùm verò iam magis adoleuerint, tonſil

læ, & vertebræ, quæ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græca aſthmata vocant, calculi, lumbrici rotundii. Aphor. 26. lib. 3.

9 Quibus in vrina craſſa exiſtẽte, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vnà exeunt, his à renibus excernuntur. Aphor. 76. lib. 4.

Cura.

Regimen pro curatione lapidis renum, & veſicæ eſt duplex. Quoddam eſt prohibitiuum generationis materiæ. Aliud eſt regimen curatiuum lapidis iam geniti Primum regimen habet duas intentiones. Quarum vna materiam lapidis geniti prohibet, Altera eſt doloris mitigatiua, & euacuatiua.

Prima intentio primi regiminis.

Quantum eſt ad primam intentionẽ primi regiminis: Eſt regimen ſex rerum nõ naturalium, directè contrarium materiæ lapidis Incipiendo ergo ab aëre: Aër craſſus, turbidus, pluuioſus vitandus eſt. Nam tales humores habet incraſſare. Quantum ad cibum, & potum. Pro potu. Caueat à vino nigro, craſſo, turbido, dulci, & albo. Vitet aquas ſtagnales, & aquas valde frigidas. Potus ergo eius ſit, Vinum album, ſubtile, non multùm potens, ſed quod aſſimilatur aquæ in virtute ſua, ſubſtantia, & colore: quia vias

vrinæ habet mundificare. De quo vino dicit Galenus ij Therapenticæ: Noſcas enim vinum dandum in febribus quidem, virtute, & colore aquoſum, & ſuper omnia vrinam prouocans Panis non ſit omnino à furfure mũdatus, bene fermentatus, & aliqualiter ſalitus. Ab azymo pane caueat. Carnes ſint paucarum ſuperfluitatum, boni chymi, & facilis digeſtionis. Vnde conueniunt & carnes pullinæ, leporinæ, perdicum, phaſidum, item auium edibilium in pratis, & arboribus degentium. Vitet aues aquaticas Caueat à carnibus nutrimenti craſſi, vt à bouinis, caprinis, antiquis. Caueat à lacte, & caſeo recenti: quia phlegma multiplicant. Oua conueniũt, præcipuè quantum ad vitella eorum. Caueat ab omnibus rebus frigidis, & humidis, & præcipuè ab herbis, & ſimiliter à fructibus. Quantum ad motum, & quietem: Caueat à ſuperflua quiete: quia infrigidando corpus ad phlegmatis generationem diſponit. Sit exercitium temperatum. Quantum ad ſomnum, & vigiliam: Somnus non ſit plus ſeptẽ horarum: & dormiat capite eleuato. Habeat euacuationes, tam per vrinam quàm per ſeceſſum, & per alias vias.

Canon.

Et ſi non habuerit naturaliter, habeat artificialiter. Caueat ab accidentibus animæ: & à

& à coitu maximè. Circa cibum, & potum patiens teneat has ſequentes regulas. Primo modo: Non comedat cibum, niſi habeat appetitum, & deſiderium ad ipſum: Neque in eadem menſa comedat diuerſa cibaria: Nec repleat ſe multùm cibo, & potu, ſed decedat à menſa cum reliquiis famis.

Secunda intentio primi regiminis.

Secunda intentio, quantum ad primũ regimen, quod eſt prohibitiuum generationis cauſæ lapidis, eſt euacuare materiam, quæ iam parata eſt generare lapidem. Quæ intentio perficitur, digerẽdo illam materiam, & etiam euacuando. Et quia materia illa eſt materia phlegmatica, ideo primò detur ſequens ſyrupus. Recipe ſyrupi de duabus radicibus, mellis roſati colati, ſyrupi acetoſi ſimplicis, ana ℥ ß. aquæ fœniculi, abſynthii, capillorũ Veneris, ana ℥ j. Miſce, & exhibeatur iſte potus, quouſque appareat digeſtio, more conſueto detur. Facta digeſtione, exhibeatur ſequens medicina euacuatiua, in forma potabili Recipe decoctionis cõmunis, cui adde radicis petroſelini, fœniculi, ana ʒ. j aniſorum, ſeminis apij, ana ℈ iiij. Decoctionis illius accipe q. ß. ad diſſoluendũ, electuarii de caſia, diacatholiconis, ana ʒ. ij. ß diaphœniconis ʒ. ij. eleſcoph ʒ. j Miſce, fiat potus, qui

dulco

dulcoretur cum modico mellis roſati colati, & exhibeatur vt ſuprà.

Aliud ad idem in forma pilulari.

℞. pilularum de hiera Nicolai ʒ.j.ß. Fiát pilulæ numero v & exhibeantur more ſolito. Nō enim placet caſia, vt dicit Herculanus.

Secundum regimen.

Quantum ad ſecundum regimē, quod eſt curatiuum lapidis iam actu geniti, duas habet intentiones generales. Quarum vna eſt, remouere lapidem fixum in loco, in quo eſt, & ad vias ipſum dirigere per quas debet educi, & illas vias pręparare, mollificare, & aperire: Secunda intentio eſt, educere lapidem illum, frangendo, & comminuendo ipſum.

Secundi regiminis prima intentio.

Prima intentio completur in his, quæ applicantur ab extra, & intra, quæ omnia debent mollificare vias, per quas lapis debet tranſire, & educi. Vnde ab extra fiat ſequens emplaſtrum, expertum ad dolorem renalem, à lapide cauſatum, & ad mollificandum vias egregium, quod eſt tale: Recipe ficus pingues, vel caricas, numero x. vel plures, ſcindantur per medium, & ponantur in ß.c. aquę dulcis, & ad conſumptionem tertię partis, deinde accipiantur duæ medullæ panis, & ponantur in aliquo vaſe terreo, & aqua decoctionis fundatur ſuper dictas medullas

panis

panis, quouſque prædicta aqua imbibatur, deinde ponãtur in mortario, & eis adde butyri recentis ſine ſale vnc. j. ß. vitella ouorũ ij. croci gran. vj. Miſceantur omnia ſimul piſtando, quouſque reducãtur ad formam emplaſtri, quod calidum ponatur ſuper renes, in quibus eſt lapis. Dilatat enim vias, vt lapis faciliùs deſcendat.

Ab intra fiat hoc clyſtere.

Recipe olei communis ℥. v. vini albi potentis ℥. vj butyri recentis ſine ſale ℥ iiii. pinguedinis anatis ℥. ij vitellum vnius oui, ſalis parum, minus quàm in aliis clyſteribus, Miſce fiat clyſtere.

Secundi regiminis ſecunda intentio.

Secunda intentio, ſcilicet educere lapidẽ, Vnde frangendo, & comminuendo, ſicut ſequitur, compleatur. Pro quo animaduertendum eſt, quia frangentia & educentia lapidem, quædam ſunt ſimplicia, & quædam compoſita. Simplicium quædam educunt lapidem, & frangunt eum à proprietate occulta, & quædam à qualitate manifeſta & quædam vtroque modo. Educentia lapidem à proprietate occulte ſunt, Lapis Iudaicus, cinis ſcorpiorum, teſtæ ouorum, à quibus exierunt pulli, ſanguis hircinus, puluis leporis vſti, puluis cuiuſdam auis combuſtæ, quę dicitur cauda tremula, ſanguis etiam cerui

præp.

præparati, & multa alia, quæ à proprietate educunt, frangendo lapidem. Incipiendo itaque primò lapis Iudaicus ab omnibus laudatur in educẽdo lapide renum, qui hoc modo præparatur, & exhibetur: Recipe lapidis Iudaici remoliti ſuper cote ℈ j. Diſſoluatur in aqua decoctionis milii. Salis q. ß. & ſtomacho ieiuno exhibeatur Educit enim ſine dolore, & ad retentionem vrinæ non minus confert

Cinis ſcorpionum etiam confert, & ſic præparatur.

Accipiantur ſcorpiones viui, (aliàs mortui) numero decem, & ponantur in olla noua vitrea, & claudatur orificium ollæ cum luto Sapientiæ, & ponatur in fimo, ſtet ibi quouſque ſcorpiones illi ſint exiccati, & non combuſti, deinde puluerizentur ſubtiliter. Et de iſto puluere recipe grana iij vel iiij. & diſſoluantur in ℥ ij. vini albi odoriferi, vel in tantundem aquæ mellis, apii, raphani, vel cicerum rubeorum. Si autem accipiatur oleum de ſcorpionibus, & inungatur locus in quo eſt lapis, educit lapidem. Similiter ſi cum ſyringa iniiciatur in locum Lapidis, puta ſi eſt in veſica Cùm autẽ attingit oleum iſtud, lapidem frangit. Similiter hoc idẽ facit oleum liliaceum. Modus autem conficiendi oleum de ſcorpionibus, eſt talis: Accipe ℔. j. olei amyg

amygdalini amari,in quo ponatur xij.ſcor
piones viui.in vno vaſe vitreo,deinde clau-
datur orificium iſtius vaſis,& ponatur vas
in ſolem,per viginti dies continuos.

Ad idem.

Recipe ſanguinis hircini præparati ℈.*j.*
vel ℥ *ß*.Et diſſolue in ℥.iij.vini albi. poten-
tis,& in aqua decoctionis ſaxifragiæ,exhi-
beatur calidè. Modum autem præparandi
ſanguinem hirci ponunt authores talem:
Accipiunt hircum quatuor annorũ , & nu-
triunt ipſum per aliquot dies cum herbis
appropriatis, & aperitiuis, ſicut ſaxifragia,
fœniculo,petroſilio,foliis lauri,&c. Deinde
in mẽſe Auguſto iuguletur ipſe hircus,& ſe
cundum,ac vltimum ſanguinem abiiciunt,
medium autẽ colligunt in olla noua vitrea
ta,bene priùs lota:deinde claudunt orificiũ
illius ollæ, & dimittũt ſic illum ſanguinem
coagulare,& exiccari parũ, deinde ſic exic-
catũ diuidunt per fruſta , & ipſum ligãt in
petia linea, ſubtili , & ſuſpendunt ipſum in
aerem ſiccum,ventoſum,quouſque exicce-
tur in loco,in quo ſuperiꝰ defendatur à ro-
re,circumcirca,aut ſit diſcoopertus , & ſtet
hoc modo per aliquot dies,deinde accipia-
tur huiuſmodi ſanguis,qui pulnerizetur,&
exhibeatur vt ſupra. Et huic pulueri vt re-
moueatur odor , Serapio aliquid admiſcet

cinnamomi, & ſpicæ. Ad idem valet etiam lapis ſpōgiæ, & eſt ille, qui inuenitur in ſpōgia, qui præparatur eo modo, ſicut lapis Iudaicus. Doſis eius eſt ʒ j. cū aqua mellis, vel vino albo, vel alio diuretico. Ad idem etiam valet cinis corticum ouorū, à quibus exierint pulli, qui ſic fit: Piſtentur cortices ouorum quouſq; bene puluerizentur ſubtiliter, deindę accipiatur ℈. j. & exhibeatur cū vino albo, vel cū aqua ſaxifragiæ. Ad idē etiā valet auis, quæ cauda tremula dicitur, quæ eſt mirabilis virtutis ad frangēdum lapidē. Et eſt quę habet pēnas circa dorſum colore auri, ſeu aureas, & in cauda puncta alba. Et quidā volūt quòd ſit parix. Sed credo quòd ſit illa, quæ vulgò dicitur cauda tremula, & præparatur ſic: Accipiatur hæc volucris cū pennis ſuis, & aliqui volunt eam eſſe deplumādam ab eius plumis, & ponatur in ollula, ſitq; eius orificium obturatū, & ponatur in furno, quouſq; exiccetur. Et de iſto puluere detur ʒ. j. (vel. ij. aliàs.) cū aqua ſaxifragię, vel cū vino albo potenti. Etiam puluis leporis combuſti, prædicto modo dat⁹, valet ad idem Item aliqui affirmant, quòd lapis genitus in renibus puluerizatus, & exhibitus in aqua ſaxifragię, ſit medicina laudabilis, & à proprietate educat lapidem renalem. Ego certa experientia ductus, exhibeo

beo cum aqua florum caryophyllorum ſylueſtrium in alpibus, & iugis montiũ creſcẽtium, vel cum aqua polygonij. Simili modo dicũt de lapide genito in veſica, quod educat lapidem veſicæ, à proprietate. Aliqui etiã referunt, quòd vermes terreſtres exiccati, pulueriʒati & exhibiti, conferũt lapidi, ad educendum eum. Itẽ vitrum cõbuſtum, ad quantitatẽ ℈ ß. cum aqua ſaxifragiæ exhibitum, etiã frangit lapidem, & educit. Idẽ operatur ſaxifragia, milium Solis, & ſimilia ad hoc natura & proprietate valentia. Item apium montanum, quocunque modo ſumptum frangit lapidem. Circa cõpoſita huic ægritudini conuenientia, nota hanc medicinam, quæ frãgit lapidem, & extrahit eum à veſica, & renibus, & ex variis, inter quas iſta commendatur, quæ ſic fit: Recipe ſeminis batheræ, quæ eſt, ſpecies melonis, milij Solis, ſaxifragiæ, radicum ſcolopẽdriæ, ana ℥. j. Bulliant in ß. q aquæ apij, vel portulacę, vel aquæ ſeminum communium frigidorum, ad conſumptionem medietatis: Deinde coletur, & colaturæ recipe q. ß. ad diſſoluendum, lithontripon Iuſtini, ana ℥ j. Miſce: fiat potus, qui dulcoretur cum modico ſyrupo violato, & exhibeatur calidus, ante diem per horam. Nam à proprietate habet educere lapidem à veſica, & renibus.

Clyſtere ad idem.

℞. parietariæ, ſenecionũ, petroſilij, apij, trifolij, ſaxifragiæ, chamomillæ, ſcolopendriæ, ana M. j. Bulliant omnia prædicta in ß q. aquæ fluuialis, ad conſumptionem medietatis, coletur, & colaturæ recipe ℔. j. In qua diſſolue ſacchari rubei ℥. j. ß. aquę violarũ ℥. j. ß: electuarij lythontripon ʒ. iij. hieræ ſimplicis ʒ. j. ß. (aliàs ℥. ß.) mellis roſati colati ʒ. j. ß. (aliàs ℥. j. ß.) olei de ſcorpionibus, olei liliacei, ana ℥. j. ſalis cõmunis ʒ. ij. vitellũ vnius oui. Miſce, & fiat clyſtere, quod adminiſtretur. Et hæc ambo ſunt experta per magiſtrum Leonellum. Alius modus extrahendi lapidẽ, qui dicitur eſſe per inciſionẽ, ad quẽ nos non intromittamus, quia vt plurimum mortalis. Bibat intra oleum amygdalinũ, cum ſemine althææ contuſo, & cinnamomo. Fiat circa renum regionem linimentum, deorſum trahendo, cum vnguentis, & oleis. Balneũ mirum in modum confert, cum parietaria. Fiant fomentationes in virga, vt lapis eo melius exire poſsit.

Additamenta propria.

NVTRIATVR ęgrotus diureticis. Et vtatur demũ his remediis. Purgetur cũ his pilulis Tãſteteranis, quæ ſunt optimæ, & efficaciſsimę in ciendo lotio, & eiectãdo calcu

lo. ℞ erucæ ſylueſtris,milij Solis,aniſi,fœniculi,ameos,carui,ana ℈ j.ſeminum communiũ mundatorũ ℈.ij.caſiæ ligneę, galágij,caſtorij,ana ℈.j.ſpicæ,pondus denarij j. cinnamomi,cubebarũ,capparorũ, ana ℈.j. ſeminis harmel,ſeu rutæ ſylueſtris ℈.ß. cyperi ℈.j.dauci,carpobalſami,tartari albi,cicadarum præparatarũ,cineris nitri,ſucci liquiritiæ,ſeminis iuſquiami, ana tãtundem, agarici electi ʒ j.ß.diagredij ʒ. j.ſpecierum Benedictæ laxatiuę ʒ.iij.ſpecierũ hieræ, ad pondus omniũ. Fiat maſſa cũ ſyrupo de radicibus,vel oxymelite diuretico. Doſis ʒ.j. vel ſi vſus expoſcit,pluſculũ. Deinde detur hauſtulus vini decoctionis acori, cyperi,radicum apij,eryngiorum,& raphani. Poteſt etiam non incommodè fieri balneũ ſic:Recipe parietariæ,chamomillæ,petroſelini foliorũ lauri,fœniculi,rutæ vtriuſq;,hyperici, origani,cepularũ,artemiſiæ,ana M.j,Et fiat balneum. Poſt vngantur renes, & loca pudenda, cũ iſto linimento calidè:Recipe olei ſcorpionũ,cicadarũ,& ſcarabeorũ, ana parum,olei de nucleis perſicorũ, amygdalini amari,nardini,ana parum. Miſce. Poſtremò ſi prędictis parũ effectũ ſit,vtatur ſubſequẽtibus trochiſcis, qui partim dolorẽ nephreticũ,& calculare mitigãt: partim etiam lapillos per meatus vrinales expellũt. Recipe

granorum alkakengi ℥. iij. ſeminis citruli, cucumeris, cucurbitæ, ana ℥. iij. ß, boli Armeni, gummi, thuris, ſanguinis draconis, papaueris albi, amygdalarum amararum, ſucci liquiritiæ, tragacanthi, amyli, granorum pini, ana ℥. vj. ſeminis apij, carabæ, terræ ſigillatæ, hyoſcyami, opij, corticum mandragoræ, ana ℥. ij. fiant trochiſci, quorum quilibet ſit ℥. j. Et detur ex his vnus manè, cum iulepo ziziphatū, aut aqua mellis, aut lacte caprino, ſicut neceſsitas poſtulat, poſſunt iſti trochiſci inuolui in puluere cinnamomi.

De ardore vrinæ. Cap. LXX.

Definitio.

ARdor vrinæ eſt lotij acuitas, exacerbeſcens vrinales meatus præſertim renes, & ipſam virgam.

Cauſa.

CAVSAE ardoris vrinæ ſecundum Auicennam, fen. 19. lib. 3. tract. 2 cap. 3. ſunt tres. Prima, eſt humor occultus (aliàs acutus) admiſtus vrinæ, qui eſt cholera citrina, vel phlegma ſalſum; vel alius humor aduſtus, qui ſi admiſcetur vrinæ, inducit ardorem, & punctionem. Quādo enim prouenit à cholera citrina, apparet vrina citrina. Et quando prouenit à phlegmate ſalſo, vrina videtur alba, cum aliquali craſsitie. Quādo au-

tem prouenit ab humore aduſto, tunc apparent in vrina aduſtiones, (aliàs digeſtiones) & pulueres. Secunda cauſa eſt hulcus in veſica exiſtens, vel in collo veſicæ, vel in virga. Tertia cauſa, eſt conſumptio humiditatis viſcoſæ, exiſtentis in carnibus glandulofis colli veſicæ quia humiditas ibi exiſtẽs (aliàs, quæ inibi exiſtens) habet remittere acuitatem vrinæ. Et ſimiliter etiam adhærens partibus illis neruoſis, prohibet ne vrina pertingat membra neruoſa.

Cura.

CVRA itaque ardoris vrinæ, iuxta has cauſas, duas exigit intentiones generales. Quarum prima remouet materiam cauſantem ipſum ardorem & malam qualitatem humorum, & membrorum hepatis, & renum. Secunda intentio remouet ipſum ardorem, & malam qualitatem.

Prima intentio.

Pro prima intentione, quantum ad primam cauſam, minoretur materia illa, quæ facit ardorem, iſto modo: Accipe ſebeſten numero viij. iuiubarum numero x. prunorum numero vj. florum violarũ, nenupharis, ana M. ß. hordei mundi, & excorticati M. ß. Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde coletur, &

de colatura recipe q.ß.ad diſſoluendũ,caſiæ optimæ,pinguis,nouiter extractæ ℥ x. Miſce, & dulcoretur cum ℥ ß.ſyrupi violati. Et exhibeatur iſte potus calid⁹. Aduerte quòd ardor vrinæ poteſt contingere à cauſa primitiua, vt à vento (aliàs veneno.) Sicut ego vidi bis in actu practico ,cum meis præceptoribus, ſcilicet cũ magiſtro Ludouico de Leonibus,& à magiſtro Leonello,& hoc in monaſterio ſancti Saluatoris Bononiæ: Fratres enim comederant ranas in fine menſis Iulij , quæ ſe miſcuerant cum bufonibus. Vnde magnus factus eſt eis ardor vrinæ. Magiſter Ludouicus dedit eis ℥ j. caſiæ diſſolutæ in aqua maluæ,q.ß.&c.Magiſter verò Leonellus dedit caſiã diſſolutam in aqua ſeminum communium frigidorũ , & aqua rutæ q ß.&c. Poſtea ordinauit iſtam potionem ad vrinam prouocandam , & ad renes mundificandos,& biberunt per tres dies.Et potio talis eſt. ℞. aquæ maluæ ℥ x. iulepi violati ℥ iij.Miſce,&c. Aduerte quòd pauci euadunt ab illa ægritudine,cùm impreſſionem fecerit,vt præceptor refert. Vltimũ, & ſatis efficax remedium eſt,bibere aquam balnei thermarum. Et ſi hoc non proderit, nil auxilij reliquum erit.Nota quòd in cura ardoris vrinæ non conuenit medicina ſcam moneata fortis:quia commouet humores,

&

& ducit eos ad vias vrinæ. Nec etiam conueniunt fortia diuretica, quæ habent cum vrina educere multas ſuperfluitates. Sed ſi aliqua diuretica debent conuenire, illa ſint leuia, & ducãt virtutes medicinę, ad vias vrinæ. Auicẽna inquit, quòd exhuberantia vrinæ, eſt cura huiuſmodi ægritudinis. Intelligitur illud dictũ Auicẽnæ: Quòd exhuberãtia vrinæ, quæ fit ex cibis, & potibus, generantibus aquoſitatem, confert huic ægritudini: ſicut eſt comeſtio lactucæ, portulacæ, ſemperuiui, cucumeris, cucurbitæ, &c.

Ad idem digeſtiuum.

℞. ſyrupi papauerini, violati, ana ℥ vj. aquarum nenupharis, violarum, bugloſſæ, ana ℥ j. Miſce, fiat potus. Facta digeſtione materiæ, euacuetur materia cum ſuprà ſcripto minoratiuo, ſeu lenitiuo. Addendo ei tantummodo electuarij roſati Meſuei ℥ ij. Et fiat euacuatio homoris ſalſi, vel aduſti, & acuti. Diuertatur illa materia à viis ductuum vrinæ, ſæpe exhibendo caſiam, eo modo vt dictum eſt. Et fiat ſic diuerſio materiæ à viis vrinæ, ad vias inteſtinorum. Et pro diuertenda materia, prouocantia ſudorem ſunt conuenientia, ſint tamen leuia.

Secunda intentio.

Secunda intentio generalis eſt, ad ipſum ardorem vrinæ remittendum, quæ perfici-

tur cum his,quę applicãtur ab extra,& cum his,quæ ſumuntur ad intra. Et hæc quæ per ſuperius ſumũtur,vt per os,vel inferius, per clyſteria conuenientia. Per os aſſumenda, quæ ſimul remouẽt ardorem vrinæ, & etiã malam complexionẽ hepatis, quæ eſt cauſa faciens ardorem vrinæ. Vnde fiat tale remiſsiuum. ℞.ſyrupi(aliàs ſeminis) papaueris, lactucæ,endiuiæ,ſcariolæ, ana ʒß. aliàs ℥ß.&c.ſebeſten numero vij.vel viij. Bulliãt omnia in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis,deinde colentur, & de colatura accipiantur vnc. iiij. In quibus diſſolue ſyrupi nenupharini vnc. j. ß. Et exhibeatur.

Ad idem.

℞.ſucci cucurbitæ, ſi haberi poteſt, ℥ ij. (aliàs ʒ ij.) ſucci portulacæ ℥ ij. ß. Miſce ſimul, & ponatur in vaſe vitreo, quouſque fiat reſidentia, & depuratio, deinde illi ſucci accipiantur, & cum ſaccharo taberzeth,q. ß. reducantur ad formam iulepi, & exhibeantur. Valent etiam ſi eiſdem ſuccis addatur mucilaginis pſyllij vnc. j. Miſce, & exhibeatur vt ſuprà.

Per inferius fiat hoc clyſtere.

Recipe foliorum maluæ,violarum,nenupharis,radicum althææ,ana M. j.Bulliant in ß.q. aquæ ad conſumptionem medietatis, coletur,de colatura recipe ℔. j. In qua diſ-

ſolue

ſolue caſiæ vnciam j. olei violati vnc. ij. mucilaginis pſyllij ℥ j. ſalis communis ʒ ij. Miſce, fiat clyſtere.

Ad idem valet clyſtere factum ex ſolo lacte mulieris, vel vaccæ.

Item valet ad idem liquor ſequens, cum ſyringa immiſſus per virgam, in ipſam veſicam, & ſic fit. Recipe albumina iij. vel iiij. ouorum conquaſſatorum adinuicem fortiter, & amoueatur ſpuma. Deinde accipe illam aquam, & ei adde lactis muliebris, pro medietate. Tandem hunc liquorem iniice per ſyringam in virgam.

Ad idem, ab extra applicandum circa pectinem, fiat tale medicamen.

℞. Aquæ nenupharis ℥ iij. aquæ violarũ, ſemperuiui, ana ℥ j. ſucci ſolatri, ſemperuiui, ana ℥ j. lactis muliebris ℥ j. ß. olei violarum ℥ ij. Miſceantur ad inuicem, & infundantur petiæ lineæ in illo liquore calefacto, quæ expreſſæ ponantur ſuper pectinem, ſumen, & peritonion, id eſt, ſuper locum inter anum & burſam teſticulorum.

Ad idem, alteratiuum membrorum renum, veſicæ, & hepatis, ad intra ſumendum.

Recipe diapapaueris, triaſandalorũ, ſcachari violati, ana vnc. ß. Miſce, & fiat electuarium. Et de iſto ſumat manè, & ſerò,

ad quant

ad quãtitatem caſtaneæ magnæ, ante cibũ. Ab extra fiat epithema circa hepar. Cuius deſcriptionem vide ſuprà in cura malæ complexionis calidę hepatis. Et fiat vnctio circa regionem hepatis cum vnguento ſandalino, & infrigidante Galeni, miſcendo ſimul ambo, eodem modo quo dictũ eſt. Et vngantur tali vnguento renes, ſiue etiam ſolo infrigidante Galeni, per ſe, abſque vnguento ſandalino, vel vtrunque ſimul miſcendo, & fiat inunctio renum.

Cura ardoris vrinæ, prouenientis ex hulcere.

Cura eſt, curare hulcus exiſtẽs in veſica, vel in collo eius, vel in calamo virgæ, à quacunque cauſa prouenerit hulcus. Duplex eſt intentio habenda. Vna ad mundificandum hulcus: Altera ad conſolidandum.

Prima intentio.

Quantum ad primã intentionem complendã ſcias, quòd hulceris mũdificatio fit, iniiciendo per virgã vel veſicam mundificatiuũ, & ſit nõ multę abſterſionis, ne plus excorietur veſica. Fiat ergo primò tale abſterſiuum, & mundificatiuum hulcerũ veſicæ. ℞. aquę hordei, factæ ſecundũ artem ℥ viij. ſacchari fini taberzeth ℥ j. Liquefiat ſaccharum cũ illa aqua hordei, deinde cũ ſyringa iniiciatur per virgã in ipſam veſicã tepidè.

Ad

Ad idem aliud mundificatiuum, & abſterſiuum hulceris.

Recipe aquæ lactis ℥ ij. ſacchari fini albi, ℥ vj. (aliàs ℥ j. ß.) Liquefiat ſaccharum cum aqua lactis ad ignem, & tepidum totum iniiciatur per virgam, cum ſyringa. Et aqua hordei prædicta etiam debet eſſe calida.

Secunda intentio.

Ad ſecundam intentionem complendam fiat ſequens medicamẽ, quod conſolidat, & mundificat hulcus. Accipiendo lactis vaccini q. ß. & iniiciatur de iſto lacte tepido, ad locum hulceris per virgam. Nam mitigat, & mundificat, ratione caſeitatis, & conſolidat ratione butyroſitatis, (aliàs feroſitatis.)

Ad idem conſolidatiuum fortius.

Recipe albumina ouorum, nu. iiij. Conquaſſentur vt ſuprà dictũ eſt. Cui adde boli Armeni, ſanguinis draconis, ana ℈ ij. mucilaginis phyllij, lactis mulieris, ana ℥ ij. Puluerizanda puluerizentur, Miſce, & iniiciatur per ſyringam.

Ad idem ſumatur per os ſequens electuarium.

Recipe lohoch de papauere, diatragacanthi frigidi, ana ℥ ß. boli Armeni ℥ j. Bolus Armenus ſubtiliter puluerizetur, & cum aliis miſce, & fiat electuarium cum modico ſyrupo violato.

Ad

Ad idem linimentum, applicandum exterius circa pectinem, & eſt conſolidatiuum hulceris.

Recipe roſarum rubearũ, corticum granatorum, balauſtiorum, ſumachij, ana ℥ j. ß. thuris ℥ ß. Puluerizẽtur omnia ſubtiliter, & cum albumine oui reducantur ad formam linimenti quo liniatur peritonion, & etiam ſuprà pectinem.

Adiectitia medela.

RECIPE lactis ſeminum frigidorũ, facti cum aqua ſolatri q. ß. ℥ vj. mucilaginum communium ℥ iij. olei nenupharis q. ß. In quibus diſſolue, croci, opij, camphoræ, ſucci iuſquiami, ana g̃. iij. vel parũ. Miſce, immittatur per ſyringam. Eſt expertum in dolore colis: & ardore vrinæ. Vel teratur ſemẽ iuſquiami, & papaueris albi cum aqua roſacea q. ß. Et addatur albumen oui, & iniiciatur ſyringiſando. Poteſt addi lactis muliebris, ſi lubitum fuerit, & opij diſſoluti parum.

De Mictu ſanguinis, & ſaniei. Cap. LXXI.

Aphoriſmi.

1 SI ſanguinem, aut pus minxerint, renum aut veſicę hulcerationem ſignificat, Aphoriſ. 75. lib. 4.

2 Qui

2 Quibus in vrina pingui, ſeu craſſa, furfura minguntur, his veſica ſcabie laborat. Aphoriſ. 77. lib. 4.

3 Quicunque ſanguinem ſponte mingũt, his à renibus venulam ruptam ſignificatur. Aphoriſ. 78. lib. 4.

4 Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidium vrinę habeãt, & dolor in imum incidat ventrem, pectinem, & femen, circa veſicam labor eſt. Aphoriſ. 80. lib. 4.

5 Si ſanguinem, aut pus minxerint, aut ſquamulas, & odor adſit grauis, veſicæ exhulcerationem ſignificat. Aphoriſ. 8. lib. 4.

6 Quibus in vrinali via, vel virga, puſtulę, vel tubercula naſcuntur, ſanie facta, & erupta, ſolutio fit morbi. Aphoriſ. 82. lib. 4.

7 Mictio noctu plurima facta, paruam ſignificat deiectionem. Aphoriſ. 83. lib. 4.

8 Si quis ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in femur, & imum ventrem, pectinémque, quæ circa veſicam malè ſe habere ſignificatur. Aphoriſ. 39. lib. 7.

9 Si vrina mingitur purulenta, candidum, ac leue obtinens ſudmentum, ſolutio accidit ægrotationis. Aph. prędictionũ. 72. lib. 2.

Mictio ſanguinis multiplex.

Sanguis quãdo mingitur eſt multiplex. Primò quidã eſt ſanguis pur⁹ & ſol⁹. Secũdò

dò, quidã eſt ſanguis miſtus cum ſanie. Tertiò, quidam eſt ſanguis aquoſus. Quartò, quidam eſt ſanguis ſicut lotura carnis.

Cauſæ.

CAVSA mictus ſanguinis puri, & ſolius dicitur eſſe duplex.

1. Vna eſt ab immũditia (aliàs ab abũdantia) ſanguinis in toto, quapropter (aliàs quia) materia generata expellit ſanguinem illum per vias vrinę vel ex ruptura venæ emulgẽtis, vel ex ruptura venę in renibus, vel in veſica. Cuius rupturæ, cauſa poteſt eſſe, percuſſio, aut caſus ſupra renes, vel ſupra veſicam. Aut vena rumpitur aliquãdo, propter multitudinem ſanguinis venam extendentis, & rũpentis. Aut ſanguinis acuitas. Quandoq; ſanguis ſua aquoſitate corrodit venam, & rũpit, vnde ſanguis emanat per viam vrinæ.

Cauſa mictus ſanguinis, ab aquoſitate.

Cauſa verò mictus ſanguinis cum aquoſitate vrinali, poteſt eſſe duplex. Prima eſt, debilitas virtutis ſequeſtratiuæ renũ, & hepatis, quæ virtus non bene ſeparat ſanguinẽ ab aquoſitate vrinali. Alia cauſa poteſt eſſe, dilatatio colatorij, vnde ſanguis deſcẽdit ab hepate ad renes, vnà cũ aquoſitate vrinali veniẽs ad renes, & ad colatoriũ, in quo colatur vrina, à ſanguine nutrituro renes, fit

colatorij dilatatio, & ſimul ſanguis cum aquoſitate vrinali tranſit ad veſicam, & ad poros eius & ſimul emittitur.

Cauſa mictus ſanguinis, ſicut lotura carnis.

Cauſa autē mictus ſanguinis, ſicut lotura carnis, eſt debilitas virtutis digeſtiuę hepatis, cùm non poteſt bene cōuertere chylum in ſanguinem, tunc conuertit eum in ſanguinem aquoſum, qui eſt ſicut lotura carnis, qui ſanguis eſt diminutè coctus.

Cura mictus ſanguinis puri, ſolius à multitudine ſanguinis.

Cura ergo mictus ſanguinis puri, & ſoli⁹, proueniētis à multitudine, & ſuperabūdantia, ſeu ſuperfluitate ſanguinis, aggrauantis naturā, fit cū diuerſione, & euacuatione. Et iſta perficitur cū phlebotomia baſilicæ, vel venæ cōmunis. Et in hoc caſu iſtarum duarum venarū illa vena phlebotometur, quæ magis apparet. Et hauriantur ℥ vj. vel viij. ſanguinis, ſecundū exigentiam neceſsitatis.

Secunda intentio.

Secunda intentio perficitur cum confortantibus renes, & alterantibus ipſos. Et hoc fit cum vnctione ſequenti. Recipe olei myrtini, roſati, ana ℥ vj. balauſtiorum, corticum granorum ſumachij, boli Armeni, ana ℈ j. vel ij. Puluerizanda pulverizentur, & cum pauca cera fiat vnguentum, quo vngantur

renes. Notandum quòd ille, qui patitur fluxum ſanguinis per virgam, debet cauere ab omnibus multiplicantibus ſanguinem, ſicut à vino, carnibus, ouis, & ſimilibus.

Cura mictus ſanguinis puri, à ruptura venæ.

Cura autẽ mictus ſanguinis puri, quando prouenit à ruptura venæ, facta à caſu, vel percuſsione, eſt: Vt primò fiat phlebotomia diuerſiua, à vena hepatis baſilica, & non fiat ita copioſa phlebotomia, ſicut in præcedente caſu.

Cura mictus ſanguinis puri, à multitudine ſanguinis.

Sed ſi prouenit mictus ſanguinis à multitudine ipſius ſanguinis, quòd vena rumpitur, fiat ſequens linimentum ſuper locum dolentem, & etiam percuſsionis, vel ſupra renes, in dorſo, vel ſupra veſicã, vel ſumen. Recipe olei omphacini, myrtini, ana ℥ j. boli Armeni, ſanguinis draconis, tragacanthi, gummi Arabici, ana ℥ ß. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cũ prædictis oleis hos pulueres cõmiſcendo, fiat linimentũ, ſeu ceratum. Eo linimento liniatur locus percuſſus.

Ad idem.

Reci. albuminis duorum vel trium ouorum, cõquaſſentur bene inuicem illa albumina, & eis addantur ſequentes pulueres,

ſcilicet tragacanthi,gummi Arabici, ſarcocollæ,ceruſſæ lotæ,thuris,ana ℈ j. Miſceantur cum prædictis albuminibus. Quibus adde aquæ plantaginis ℥ iij. vel iiij. olei roſati ℥ j.aceti ℥ j. Conquaſſentur omnia ad inuicem, & cum petiis lineis infuſis in tali liquore,locus percuſſus epithemetur.

Cura mictus ſanguinis,ab acuitate ſanguinis.

Cura verò mictus ſanguinis prouenie̅tis ab acuitate ſanguinis,corrodentis vena̅, eſt vt primò fiat phlebotomia diuerſiua ex vena hepatis. Deinde mu̅detur ſanguis ab humore exacue̅te ſanguine̅,ſicut cholera,cum his quę habent cholera̅ euacuare, & à proprietate reſtringere ſanguinem, ſicut eſt ſeque̅s potio. ℞. rhabarb. electi. optimi ʒ j. ß. puluerizetur ſubtiliter,abſq; tn̄ correctiuo, & decoquatur (aliàs diſſoluatur) cu̅ aqua, vel ſucco pla̅taginis q.ß. Eſt reſtringere fluxum ſanguinis à quacu̅q; cauſa venerit. Pro pauperibus autem loco rhabarbari,ponantur cortices myrobalanoru̅ citrinorum pulueriſatorum ſubtiliter,in qua̅titate ʒ ij. Remittatur feruor,& acuitas ipſius ſanguinis, cum ſequenti potione. Reci. ſyrupi violati, myrtini,ana ℥ vj. vel aliàs vj.ß.aquaru̅ plantaginis,portulacæ,endiuiæ,ana ℥ j. Miſce,& exhibeatur iſte pot' quater, vel quinquies.

Vtatur etiam iſto electuario.

Recipe ſacchari roſati antiqui ℥ j. pulpæ tamarindorum ℥ j. ß. pulueris xylocerato-rum ℥ ß. electuarij de gemmis, diamarga-riti, ſpecierum temperatarum, ana ʒ j. miuæ cidonitis, ſyrupi roſati ana q. ß. Fiat miſtu-ra. Doſis à ʒ j. vſque ad j. ß vel ij.

De Hernia. Cap. LXXII.

Triplex ruptura.

EMinentia vmbilici, eſt tumor quidam circa vmbilicum, prouenicns ex ruptu-ra ſyphach, in illa parte, per quã rupturam egreditur ventoſitas, aquoſitas, ſanies, zir-bus, inteſtinum, aut carnoſitas quidem, vel aquæ exiſtentia, intumeſcit vmbilicus.

2 Inguinis ruptura, fit ex ruptura ſyphach, circa partes inguinis, propter quam ruptu-ram ſimiliter dicta etiam aliqua exeunt, & inducunt dolorem.

3 Hernia verò, eſt durities pellis, quæ fit poſt inteſtinorum deſcenſum. Et habet tres ſpecies, enteroceelam, epiploceelam, & hygro celam. Enterocela dicitur, quum inteſtina delabuntur in ſcrotum. Epiplocela, quum omentum. Hygrocela, quum in alterum è teſtibus humor confluit.

Ramicis ſpecies.

Parocela, eſt cùm ex abſceſſu aliquo cir-

ca ſcrotū materia ſubduruit. Sarcocela, cùm in ipſo ſcroto caro concreuit. Cirſocela, cùm venæ intumuerunt, tunicis teſtium integris, vel in illo ſcroto, Vel cum bubonocela dicitur in inguine. Bronochocela, quæ fit in ceruice, eſt quaſi tumor magnus & rotundus inter cutem, & aſperam arteriā, qua modò caro hebes, modò humor aliquis intercluditur. Interdum etiam minutis oſsibus pili immiſti. De hac materia vide latius Galenum in lib. Definitionum.

Definitio herniæ.

Hernia propriè dicitur, quando tumor burſæ teſticulorum, vel oſſei, ex rebus deſcēdentibus in burſam, ex re ibi genita, inflante burſam, apparet. Et ſunt ſeptem eius ſpecies, ſcilicet Ventoſa, Aquoſa, Sanioſa, Varicoſa, Carnoſa, Zirbalis. & Inteſtinalis.

1 Ventoſa eſt, quæ fit à ventoſitate, deſcendente per didymū in burſam teſticulorum.

2 Aquoſa, quæ fit ab aquoſitate, deſcēdente per didymū ad burſam oſſeam. inſpicienti enim cum lumine apparet aquoſitas.

3 Sanioſa, quæ fit à ſanie, deſcendente ex apoſtemate quodam ſaniato in ventre.

4 Varicoſa, ſeu verulacis, vel cęſa eſt, quæ fit ex tumore venarū exiſtētium circa teſticulos, vel oſſeum inflatur, & incraſſatur.

5 Carnoſa, quæ fit à carne genita ad intra

didy-

didymum,ſiue ſit inueſicata,ſiue non.
6 Zirbalis, eſt quando propter dilatationem didymi, deſcendit zirbus ſecundum aliquam partem ad burſam.
7 Inteſtinalis eſt, quando ex dilatatione didymi deſcendit inteſtinum ad burſam, & illud vt plurimum eſt monoculus, quia minus eſt alligatus cum meſenterio.

Cura herniæ aquoſæ.

CVRA herniæ aquoſæ,quæ prouenit ab aquoſitate deſcēdente per didymum ad oſſeum,duplici perficitur intētione. Quarum vna eſt ad cauſam antecedentē,quę eſt materia phlegmatica,aquoſa, inuēta in hepate per viam indigeſtionis,& fluxionis,à capite ad ſpinam dorſi, & per nucham. Secunda intentio eſt, ad cauſam coniūctam, ſcilicet, ad reſoluendam aquoſitatem illam,quæ eſt in burſa, vel ad extrahendum eam cum perforatione. Cognoſcitur autem ſic aquoſa hernia,quia inſpiciendo cum lumine,apparet aquoſitas manifeſta.

Prima intentio.

Prima ergo intentio perficitur minorando materiam,digerendo ipſam & euacuando eradicatione.

Pilulæ materiæ minoratiuæ.

Recipe pilularum aggregatiuarum Me-

ſuei, pilularum de rhabarbaro Meſuei, ana ſcrup. j. elaterij granum j. ß. Formētur pilulæ numero v. cum ſyrupo de endiuia, precipuè cùm venit à virtute digeſtiua hepatis. Si verò veniat à capite, exhibeātur infrà ſcriptæ pilulæ. Recipe pilularū cochiarum, aurearum Nicolai, ana ℈ j. b. p. Formentur pilulæ, quæ exhibeantur quando vadit dormitum. Facta minoratione fiat tale digeſtiuum, quādo prouenit aquoſitas à debilitate virtutis digeſtiuæ hepatis. Recipe ſyrupi de endiuia, ſyrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ana ℥ ß. aquarū abſynthij, eupatorij, endiuiæ, ana ℥ j. Miſce, fiat hauſtus vnus. Si verò proueniat à cap. detur tale digeſtiuū: Reci. ſyrupi ſtœchaditis ſine ſpeciebus, mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, ana ℥ ß. aquarum betonicæ, abſynthij, endiuiæ, ana ℥ j. Miſce, & fiat ſyrupus. Exhibeatur iſte ſyrupus eo modo, vt alij, ſecūdum conſuetudinem. Facta digeſtione materię, pro medicina eradicatione euacuatiua, ſi prouenit ab hepate, exhibeātur pilulæ ſuperiùs ordinatę pro minoratiuo cum rhabarbaro, in maiori tamen doſi quàm priùs, & ordinentur ſic: Recipe pilularum aggregatiuarum ℈ ij. pilularum de rhabarbaro Meſuei ℈ j. elaterij. gran. ij. Formentur pilulæ num. vij. cum ſyrupo ſtœchadite, & dentur ante diem ſper

horam. Hinc ad quinque horas detur lauatiuum, more conſueto. Si autem prouenit à capite, (aliàs caliditate) dentur hæ pilulæ. Reci. pilularum cochiarum ℈ ij. pilularum de hiera Nicolai ℈ j. elaterij granum vnum. Formentur pilulæ numero vij. cum ſyrupo ſtœchadite, quibus adde elaterij gran. duo. Sciendum tamen quòd in hoc caſu nõ conueniunt ſolutiua, in forma potabili. Poteſt tamen dari lauatiuum. Regimen in vita declinet ad calidum, & ſiccum, quantum ad ſex res non naturales, quod regimen dictum eſt in cap. de hydropiſi.

Secunda intentio.

Secunda intẽtio, quæ eſt ad cauſam coniunctam perficitur, illam aquam educendo, cum perforatione, vel reſoluendo ſenſibiliter vel inſenſibiliter, vlterius prohibẽdo, ne aquoſitas illa ampliùs fluat ad burſam teſticulorũ. Priùs itaque inſenſibiliter reſoluitur cum fomẽtationibus, vnctionibus, & cũ applicatis emplaſtris. Vnde fomentatio ad burſam pro reſolutione aquæ, fiat talis: Recipe origani, calamenthi, pulegij, abrotoni, chamomillæ, anethi, aniſorum ana M. j. carui, ameos, ſeminis agnicaſti, cymini, ana vnc. ß. Contundantur craſſo modo, & bulliant in ß. q aquæ ciſternæ, ad conſumptionem tertiæ partis, vel medietatis: deinde ac-

cipe ſpongiam vnam,quæ madefiat in prædicta aqua, poſtea expreſſa burſæ apponatur: Deinde cùm illa ſpongia incipit tepefieri, reiteretur, & iterum de nouo infundatur in eadem decoctione calida, & apponatur, & hoc fiat quater, vel quinquies. Deinde locus fomentatus, & exiccatus, inungatur cum ſequenti vnctione: Recipe olei caſtorini, aliàs coſtini, rutacei, liliacei, euphorbitis, ana ℥.vj. Infundantur petiæ lineæ in iſtis miſtis, & expreſſæ ponantur ſupra burſam, ad reſoluendum illam aquam.

Item ad idem fiat emplaſtrum reſolutiuum ſic:

Recipe menthaſtri balſamitæ, id eſt, menthæ aquaticæ, origani, calamenthi, chamædryos, chamæpityos, chamomillæ, ana M j. farinæ fœnigræci, farinę fabaceæ, farinæ ſeminis lini, ana vnc. j. aniſorum, cymini, ana ℥ ß. Subtiliter puluerizentur herbæ, & bulliant in ß.q. aquæ, ad perfectam decoctionem, deinde piſtentur in mortario, & addátur farinæ, & pulueres, & cum decoctione prædictá, & cũ oleo rutaceo, (aliàs roſaceo) q.ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod inſenſibiliter reſoluit aquam exiſtentem in burſa teſticulorũ, Vbi autem aquam prædicta adminiſtratio non reſoluerit, tunc euacuetur illa aqua ſenſibiliter, perforádo

burſam iſto modo: In ea parte burſæ, quæ magis tendit ad inferiora, fiat perforatio cum lanceola: cauendo ne chirungicus perforet neruum, vel venam, neque tangat teſticulum. Et tunc facto foramine, dimittat aquam exire. Si autem eſſet debilis, tunc non vna vice dimittatur exire, ſed reiteretur pluribus vicibus. Et ſi contingeret quòd clauderetur foramen ſe ſolo (aliàs ſua ſponte) tunc de nouo incidatur, ſed in alio loco, non priore, vel primo.

Obſeruatio.

Animaduertẽdum etiam, quòd illa aqua aliquando eſt in burſa, aliquando in folliculo teſticuli. Quando eſt in burſa, fiat inciſio eo modo, quo dictum eſt. Si autem ea eſt in folliculo cooperiente teſticulum, tunc ſi illa aqua debet extrahi per inciſionem, fiat hoc modo: Teſticulus teneatur ſuperius ſupra oſſa femorum, & prohibeatur ne teſticulus ingrediatur ad intra ſyphach; & etiam ne deſcendat iterum ad burſam. Vnde chirurgicus, poſtquam teſticulus eſt ſuper oſſa femorum, ponat vnam manum ſuperius, vt teſticulus non ingrediatur ſyphach, & aliã ponat inferius, prope os femoris, vt teſticulus non deſcendat, deinde perforet folliculum teſticuli, & exibit aqua.

Cura

Cura herniæ ventoſæ.

CVRA herniæ ventoſæ duas habet intentiones. Vnam ad cauſam antecedentem Aliam ad cauſam coniunctam, quæ eſt ventoſitas exiſtens in burſa teſticulorum, vel in folliculo teſticuli.

Prima intentio.

Prima intentio perficitur cum eiſdem, cũ quibus completur in hernia aquoſa, ſcilicet in euacuando materiam, ex qua fit ventoſitas. Et eſt materia phlegmatica, eo modo, quo dictum eſt in cura herniæ aquoſæ.

Secunda intentio.

Secunda intẽtio, quæ eſt ad cauſam coniunctam, ſic perficitur. Primò fomentando burſam cum his, quæ habẽt reſoluere ventoſitatem. Fiat ergo primò ſequens fomentum. Recipe origani, calamẽthi, ſauinæ, ſaluiæ, betonicæ, rutæ, chamomillæ, ana M.j. ſeminis aniſi, fœniculi, cymini, carui, ameos, ana ℥.ß.(aliàs ana ʒ j.) Contundantur craſſo modo: bulliant in poſca, hoc eſt, in vini & aquæ æqualibus partibus ad conſumptionem tertiæ partis. Et cum ſpongia infuſa in prædicta decoctione vt ſuprà, fiat fomentatio. Deinde poſt fomentationem, loco priùs exiccato, fiat ſequens vnctio: Recipe olei coſtini, euphorbitis, ſambucini, ana ℥ vj.

Miſce,

Miſce, & inũgatur loc⁹ cũ iſtis oleis calidis.

Emplaſtrum ad idem.

Conueniens eſt illud emplaſtrũ, quod ordinatũ eſt ſuperiùs in cura herniæ aquoſæ.

Notio.

Nota quòd hæc hernia non curatur cum inciſione manuali, ſicut curatur hernia aquoſa, aliis conferentibus remediis. Licèt aliqui teneant, quòd etiam hernia ventoſa poſsit incidendo curari, ſicut Gulielmus de Placentia adſerit.

Cura herniæ zirboſæ.

Cura herniç zirboſæ, & inteſtinalis perficitur. Primò cum medicinis pharmaceuticis. Secundò cum operatione manuali. Primum membrum perficitur cum euacuatione principaliter. Secũdò, introductione zirbi, & inteſtini in ventrem. Tertiò, cum claudentibus foramen, per quod exit zirbus, & inteſtinum. Quantum ad primum, fiat euacuatio phlegmatum, vel etiam fæcum, exiſtentium in inteſtinis antequã introducantur inteſtina, vel zirbus. Talis autẽ euacuatio poteſt fieri, & per ſuperiora aſſumendo per os, & per inferiora, intromittendo per clyſterium. Et in hoc caſu conueniẽtia ſunt. Vnde primò cum clyſteri lenitiuo, in quod ponatur aliquid eductiuum phlegmatũ exiſtentium in inteſtinis, euacuatio fiat talis:

Recip

Recipe decoctionis cõmunis lib.*j*. (aliàs lib *ß*.aliàs q.*ß*.)in qua bullierit radicum althææ M.*j*.In qua diſſolue ſacchari rubei ʒ. j.*ß*.(aliàs ℥.j *ß*.)mellis roſati colati ℥.*j*.caſiæ ℥.j.hieræ picræ drach.vj.olei chamęme lini,aliàs communis) ℥.iij.ſalis communis drach.ij Miſce,& fiat clyſtere euacuatiuũ.

Lenitiuum clyſtere tantummodo tunc conuenit, quando inteſtina ſunt plena facibus, & fit hoc modo.

Recipe maluę,blitis,foliorũ maluarum radicũ althęę,ana M j.bulliãt in ß.q aquę ad cõſumptionẽ medietatis:coletur, & de colatura accipiatur lib.j.ß.In quib⁹ diſſolue ſacchari rubei ʒ ij.caſię ℥.j.olei cõmunis ℥ iij.ſalis cõmunis drach.ij Miſce,fiat clyſtere lenitiuũ. Quãtum ad ſecundum, eſt notandum ꝙ difficile eſt intromittere inteſtina in ventrẽ,propterea quòd inteſtinum quod exit,eſt repletum aliquãdo fæcibus,& quandoq; vẽtoſitate. Itaq; ꝓpter illam nimiam repletionem non poteſt intromitti Ideo ſi eſſent fæces prohibentes immiſſionẽ, debent mollificari cũ lenientibus hoc modo:Recip.olei cõmunis ℔.j. Deinde infundãtur petiæ in hoc oleo,calefacto priùs,quæ poſtea illi inteſtino,quod exit,ſiue egreſſum eſt,applicẽtur, & toties applicẽtur,donec fęces mollificẽtur.Deinde in

de infirmo reſupinato & cruribus ad ſuperiora eleuatis, chirurgicus paulatim intromittat illud inteſtinũ, & non vna vice tantùm ſimul, ſed per interuallũ) aliàs parũ)
Si autem ventoſitas eſt prohibens itromiſſionem, retinens inteſtinũ ad extra, ita ꝙ non poteſt vẽtoſitate in inteſtino exiſtẽte, ipſum inteſtinũ intromitti, tunc fomentetur ipſum inteſtinũ ſequẽti pyrla: Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, parietariæ, ana M. j ſeminis lini, fœnigræci, ana ℥ ß. Bulliãt in ß. q. aquę, ad conſumptionẽ tertiæ partis, inde infundatur ſpõgia, & applicetur eo modo, vt ſuprà Poſt fomẽtationẽ vngatur locus exterius cũ oleo chamęmelino, & lilino, miſceãtur, & calidè iaungatur. quouſq; vẽtoſitas ꝑ parte ſit reſoluta. Tandẽ introducatur inteſtinũ ad foramẽ, per quod exit int. ſtinum. Et ſimiliter debemus cõſolidare, ſi poſſibile eſt. Et hoc fit fomẽtationibus, vnctionibus, emplaſtris & ceratis conſolidãtibus, & ſtringẽtibus. Vnde quantũ ad primum fiat fomentatio conſolidatiua, quæ ſequitur: Recipe roſarum rubearum, myrtillorũ, ſumachii, hypociſthidis, gallarũ, nucum cupreſſi, & foliorũ eius, ana M ſemiſſem, aliàs M. j radicum cõſolidę maioris, & minoris, herbę hypericonis, arthriticæ, ana M. ſemiſſem.
Cont

Contundantur craſſo modo, & bulliant in aqua plãtaginis, & vino nigro ſtyptico, ęqualibus partibus cũ quarta parte aceti, ad cõſumptionem medietatis, deinde accipiatur ſpongia, & infundatur in prædicta decoctione, & applicetur loco calidè, & fiat ter, vel quater, vel quinquies. Bene exiccetur locus fomentatus, & vnctione iſta vngatur: Reci. olei hypericonis, olei abietini, olei omphacini, olei myrtini, ana ℥ ß. corticum thuris, maſtiches, corticum granatorum, mumiæ, boli Armeni, ſanguinis draconis, ſarcocollę, ana ℈ j. Pulueriza̅da puluerizentur, & cũ prædictis oleis, & modica cera fiat vnctio, qua inungatur locus: vel madefiant petiæ in tali vnguento; & applicentur loco.

Quo ad ſecundum, fiat tale emplaſtrum, ad conſolidandum (aliàs reſoluẽdum) Recipe thuris maſculi ſarcocollæ, aloës ſuccotrini, mumiæ, ariſtolochię rotũdæ, & lõgæ, conſolidæ maioris, nucum cupreſsi, pſidiæ, vermium terreſtrium, ana ʒ ij. aliàs ana ℥ j. lithargyrij, opopanacis, bdellij, ammoniaci, galbani, maſtiches, terebinthinę, ana ℥ j. ſanguinis humani ℥ j. glutinis piſcis, viſci quercini, ana ʒ vj. (aliàs ana ʒ ij.) pellis arietinæ ℥ ß. depilatę in aceto, & in aqua pluuiali decocta vſque ad liquefactionẽ, diſſoluantur gummi in aceto. Pulueriza̅da puluerizẽtur,

&

& in glutinibus liquefactis, fiat emplaſtrũ quod apponatur loco rupturæ. Et procedatur cum iſto emplaſtro, quatuor, vel quinq; cõtinuando dies. Deinde fiat infrà ſcriptũ ceratum, quod etiã ex eiſdem rebus poteſt confici, quę prædictę ſunt, & emplaſtro iam dicto, commiſcendo cum eis picem naualem, & reſinam pini q. ß & fiat ceratum, extenſum ſupra corium, in forma, & quantitate, vt eſt ruptura.

Fiat etiam tale ceratum, hoc modo.

Recipe lithargirij, gummi Arabici, tragacanthi, opopanacis, bdellij, galbani, ana vnc. ß. thuris, ſarcocollæ, aloes ſuccotrini, mumię, ſumachij, berberis, (aliàs vernicis,) ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, ana drach. ij. conſolidæ maioris, nucum cupreſſi, pſidiæ, gallarum, ana drach. ij. ſanguinis humani vnc ß viſci quercini, glutinis piſciũ, ana drach. ij. pellis arietinæ vnc. ß. coctæ in aqua pluuiali, & ſubtiliter piſtentur, pulueriſanda puluerifentur, & liquefacienda liquefiant in aceto, cum gũmi, & pice nauali, & reſina pini q ß fiat ceratum. Regimẽ verò vitæ declinet ad contrariũ cauſæ, ſcilicet calidum, & ſiccum. Cura herniæ inteſtinalis, fiat cum bona perforatione acus, & fili ligatura M. Chriſtoph. Bononienſis.

Additiones propriæ.

EGO puerum vndeuigenarium hernia laborantem curaui, ſola fomentatione, emplaſtratione, & balneatione radicum hyrundinariæ, ſeu vincetoxici: idē remedium valet & contra procidentiam hyſteræ, omphali, & etiam ani.

Nonnullos hernioſos ſanaui hoc propotiſmate.

Recipe viriæ, ſeu pyrolæ, ſaniculi, polypodis, vel eius loco, perfoliatæ, ana M.j. cōſolidæ Saracenicæ fruticem. Ponantur in olla vitreata, munda, & noua: bulliant inciſa, & piſtrata, in mēſura vna vini meraci, & optimi, ad excoctionem trium latorum digitorum: Deinde coletur. Si placet dulcoretur cum iulepo roſaceo, vel rob de ribes parum. De quo bibat patiens manè, & ſerò, hauſtum bonum. Cataplaſmetur locus ruptionis, cum ſequenti emplaſtro. Recipe limaturæ carabæ, & magnetis, ana vnc.j. emplaſtri contra rupturam magiſtralis vnc.j. ß olei vitellini vnc.ij. Fiat emplaſtrum tenax ſecundum artem, ponatur ſuper pelle arietina ex more, & applicetur loco. Adhibeatur ligatura cum ſtrictorio ad hoc parato. Caueat à motu indecenti. Obſeruet diætam.

Balneum pro crepatis expertum.

Recipe artemiſiæ, cõſolidæ Saracenicæ, & maioris, ſaniculi, alchimillæ, agrimoniæ, ſanamũdi, ſiue benedictæ herbæ, & radicis, hederæ arboreæ maluæ radicis & herbæ ſcolopendriæ, ana quod vis.

Potus ad idem.

Recipe artemiſiæ, maluæ, ſcolopendriæ, cõſolidę maioris, Saracenicę, ana, quod vis.

Oleum ſanatiuum, bonum pro ſauciis, & crepatis.

Recipe florũ roriſmarini, boraginis, bugloſſæ, chamomillæ, violarũ, roſarum, ana M.j ſtœchadis, filiorum lauri, maioranæ, ſaluię, ana M ß. Minutiſſimè iſta incidãtur, & cum vino optimo ſtare permittatur per duos dies, poſtea per alembicũ deſtilletur: in qua deſtillatione ponatur terebinthinæ lib. ſemis, thuris optimi, maſtiches, bdellij, anacardij, ana drach. ij. Terãtur, & ponantur in prædicta deſtillatione per duos dies, poſtea deſtilletur. His adde ſecunda die nucis moſchatæ, caryophyllorũ, cubebarum, macis, zingiberis, cardamomi, ana ſcrupulos ij. ligni aloes drach. ß. ambræ, moſchi, drach. ß. Puluerizentur, & in prædictis ad duos dies ponantur, & prius iterum deſtillentur, in fine verò ignis fiat maior, & exibit oleum, quo vtere.

Vnguentum ad idem expertum.

Recipe pinguedinis talpæ, muſtellæ, vrſi, caſtrati, ana.q.v. ſucci herbæ roriſmarini, betonicæ. ana.q.v. Fiat vnguẽtũ, & impona tur moderatè vnguẽto, & videbis experien tiam. Caueas tamen ne vngas tẽpore valdè frigido, quia eſt vnguẽtum ſubtiliſſimum.

De Gonorrhœa. *Cap.* LXXIII.

Definitio.

GOnorrhœa, eſt emiſſio ſeminis, ſeu ſpermatis inuoluntaria.

Definitio Galeni.

Gonorrhœa, eſt ſeminis excretio inuoluntaria, morbũ ſeminis adferens, cum corporis colliquatione, & calore malo. Accidit vaſis ſpermaticis imbecillis, vt cũ tremore quodam ipſis remiſſis ſemen non ſeruetur. Galenus lib. definitionum. Idem lib. iij de ſymptomatum cauſis. Idem de locis affectis, lib.6.cap.6.

Etymologia.

Dicitur enim gonorrhœa, à γονὴ Græcè, quod eſt ſemen: & ῥεῖν quod eſt fluere. Et eſt gonorrhœa, fluxus ſpermatis inuoluntarius. Et quia ordinata curatio fit per remotionem cauſæ: Ideo etiam in præſenti capite notabuntur cauſæ, & ſigna. Cauſæ itaq; iſtius paſſionis poſſunt eſſe quatuor.

Cauſæ

Cauſæ.

MATERIA earum quędã ſe tenet ex parte vaſorum ſpermaticorum. Quædam ex parte ſpermatis. Quædã ex parte renũ. Quædam ex parte principiorum.

Ex parte ſpermatis fit gonorrhœa.

Aut ex multitudine ſpermatis, ſicut contingit in corporibꝰ ſanguineis repletis multo ſanguine, virtute forti. Aut ex parte fluxibilitatis, aut aquoſitatis ſpermatis, ſicut in phlegmaticis, & mollibus. Aut ex parte acuitatis ſpermatis, vt in cholericis. Nam in phlegmaticis cùm exuperat phlegma aquoſum in eis, multiplicat ſperma, quod ſimiliter aquoſum eſt. Vnde continuò effluit, etiam abſq; virgæ erectione. In cholericis autem, quia eorum ſperma eſt acutum, & mordicatiuum, ſtimulãdo virtutem expulſiuam vaſorum ſpermaticorum, faciunt eorum ſperma exire.

Ex parte vaſorum ſpermaticorum, contingit etiam gonorrhœa.

Aut propter debilitatem virtutis retentiuæ eorum, & fortitudinem expulſiuæ. Aut propter mollificationem ipſorũ, vnde relaxantur vaſa retinẽtia ſperma, & exit ipſum ſperma. Aut propter ſpaſmum vaſorum, ſicut cõtingit in epilepſia, in qua cõtrahũtur

 nerui

nerui,& munuſculi totius ex ſpaſmo: & ita illi munuſculi,q; ſunt circa vaſa ſpermatica, cõtrahuntur,& expellitur ſperma. Et ita per illam rationem expellitur & vrina,& fęces. Sicut hoc experimentum in epilepticis.

Ex parte renum etiam gonorrhœa contingit, vtpote.

Propter nimiam caliditatem renum, attrahentium continuò materiam ſpermatis ad vaſa ſpermatica,& ipſa vaſa dilatantur.

Ex parte principiorum etiam contingit gonorrhœa.

Sicut ex parte deſiderij, & concupiſcentiæ coitus, & Venereorũ actuum (aliàs accidentium.) Vnde ex nimia cõcupiſcentia, & deſiderio,& imaginatiõe coitus,& actus Venerei, mouetur ſperma, & emittitur. Et quandoque ex nimio, & frequenti tactu, & conuerſatione mulierũ, & precipuè pudendorum membrorum. Quidam autem has oẽs quatuor cauſas prædictas gonorrhœæ paſſionis,ad tres tantummodo cauſas deducunt principales. Prima videlicet ad multitudinem ſpermatis. Secũda ad debilitatem virtutis vaſorum ſparmaticorum. Tertia & ad acuitatem,& fluxibilitatem ſpermatis.

Signa.

SIGNA autem diſtinctiua prædictarum cauſ

cauſarum, ſcilicet gonorrhœæ paſſionis, ſunt hæc: Nam ſi gonorrhœa ex parte ſpermatis venit, tunc ſigna ſunt iſta: Nã ſi prouenit propter multitudinem ſpermatis, tũc virtus patientis nõ debilitatur, neque extenuatur eius corpus, imò videtur manere in colore ſuo. Si autem ex aquoſitate ſpermatis contingit, ſignum eſt quia ſperma exit aquoſum valde, & ſine aliqua decoctione, & abſq; delectatione aliqua. Si autem contingit ex acuitate ſpermatis ſignũ eſt quia exit quãdo illud tũc mordicat, & exit cum aliqua delectatione. Signa autem gonorrhœæ contingentis ex parte vaſorum ſpermaticorum, tunc exit abſque delectatione. & erectione virgæ. Similiter etiam ſi cõtingat ex mollificatione vaſorũ ſpermaticorum. Si autẽ prouenit ex ſpaſmo vaſorum, tunc ſignum eſt, quia apparent motus contrarij (aliàs contracti) circa partem venarum, in qua ſunt vaſa ſpermatica, puta circa ſumen, & pectinem. Et videtur quòd aliquid trahatur ſuperius. Signa autem gonorrhœæ prouenientis ex caliditate renum, ſunt hæc: Quia tunc apparet, & ſentitur manifeſta caliditas circa regionem renum. Et ſperma exiens habet aliquid acuitatis, & mordicationis in exitu ſuo. Signum autem quòd gonorrhœa prouenit

ex principiis,puta ex appetitu, vel concupiſcentia,eſt hoc: quia præceſſit inordinatus appetitus ad coitum,& inordinata concupiſcentia rerum Venerearũ, & multa cõuerſatio amplexus, & tactus mulierum multùm impudicus,ſermones,colloquia, cogitationes ſæpius factæ de coitu.

Cura.

Cura gonorrhœæ,quę fit à multitudine, &repletione nimia,ex multitudine,ſeu abũdantia ſpermatis eſt hæc: Quia multitudo ſpermatis vniuerſaliter cauſatur à multitudine ſanguinis. Ideo cura eius eſt vt fiat phlebotomia, primò de baſilica, (aliàs cephalica) vel vena cõmuni,&extrahãtur vnc. vj.vel vij.ſecundum exigẽtiam virtutis, & implctionis. Poſtea fiat ex ſaphena illinc ad duos vel tres dies. Vtatur ſubtili diæta. Et abſtineat ab omnibus multiplicantibus ſanguinem. Gonorrhœæ autem factæ ex acuitate ſanguinis cura eſt, mũdificare ſanguinem, facta priùs phlebotomia ſubtili, cum euacuatione reſpiciente materiã cholericam, & debet eſſe talis:Recipe myrobalanorum drach ij.primorum numero v.ſebeſteu nume.viij.iuiubarum numero x.violarum M ß.Incidenda incidantur,pòſt bulliant in lib j.aquæ, ad conſumptionem ter-

tiæ

tiæ partis, vel duarum partium: deinde colentur, & colaturæ recipe q ß. ad diſſoluendum caſiæ pinguis, nouiter extractæ vnc. j. rhabarbari pro nobilibus drach. j. ſchœnuanthos grana tria. Pro pauperibus autẽ loco rhabarbari ponatur drach. j. ß. corticũ myrobalanorum citrinorũ, ſubtibiliter pulueriſatorum. Et exhibeatur iſte potus calidè. Ad idem etiam poſſunt dari pilulæ euacuatiuæ, choleram educentes, & exiccãtes, & alia alterantia ſperma. Quando gonorrhœa venit à multitudine, & acuitate ſpermatis, approximantis patienti, fiat talis cura: vnde fiant ſequentes trochiſci: Recipe trochiſcorum de roſis drach. ij ſeminis lactucæ, cucumeris, ana drach. ß. portulacæ drach ß. camphoræ gran ij. roſarum rubearum drach ß. Puluerizanda puluerizentur, & cũ mucilagine ſeminis cydoniorũ formẽtur trochiſci, quorũ quilibet ſit ʒ. j. Et vnus ex iſtis trochiſcis accipiatur in crepuſculo diei, diſſolutus in aqua menthæ, vel anethi.

Electuarium exiccatiuum ſpermatis.

℞. ſeminis rutæ, vrticæ, agnicaſti, menthæ, ana. ʒ. ij. menthaſtri, caryophyllorum, thuris, ligni aloes, ana drach. ß lapidis hæmatitis, gallarum, balauſtiorum, ſeminis iuſquiami albi, ana ſcru. j. Pulueren tur omnia ſubtiliter, deinde cũ melle deſpumato q. ß.

ſiat electuarium. De quo ſumat manè quãtitatem medij cochlearis magni, per tres horas ante prandium. Et iſtud electuarium etiam valet pro pollutione nocturna.

Syrupus ad idem.

Recipe ſucci mẽthæ, fœniculi, ana lib. ß. Depurentur iſti ſucci, deinde addantur quę decoctionis myrthi vnc. iiij. Et cũ melle cocto, & deſpumato q ß. ſimul (aliàs faciliter) bulliãt quouſq; veniãt ad formã ſyrupi: De quo accipiatur vnc. j. ß. Et diſſoluatur in vnc. iij. aquę decoctionis myrti, florũ nenupharis, cupularũ glandium, & iſte ſic exhibeatur in crepuſculo diei calidè. Remouet enim aquoſitatẽ ſpermatis (aliàs phlegmatis) & aqualiter ſperma exiccat.

Ad idem fiat ſequens vnctio circa renes, & pectinem.

Recipe olei roſati, myrtini, nenupharini, ana vnc. j aliàs vnc. ß. ſeminis lactucę, cucumeris, portulacæ, ana drach. ß. roſarum rubearum, myrtillorum, raſuræ eboris, ana ℈. j. Pulueriza pulueriẽtur, & cum modico ceræ fiat vnctio renũ, & pectinis. Si verò gonorrhœa proueniat ab aquoſitate, & fluxibilitate ſpermatis, tũc euacuetur aquoſitas cum iſta medicina. Recipe turbith boni electi, non correcti, ſcrup. iiij. diacatholiconis vnc. ß. Pulueriżetur turbith ſubtiliter

ter,& cum aqua mellis q. ß. diſſoluatur, & fiat potus, qui exhibeatur more conſueto. Nota quòd turbith nō correctum euacuat phlegma aquoſum,& ſubtile. Ad idem vnctio,præmiſſa euacuatione, vbi aquoſitas, vel fluxus ſpermatis,dicatur eſſe cauſa gonorrhœæ & nō acuitas.Reci.olei maſtichini,rutacei,liliacei, ana ℥ j.ſeminis agnicaſti,vrticæ,rutæ,ana ℈ .j.Pulueriżanda puluerizentur,& cum modica cera fiat vnctio circa renes.Et vltrò hæc dentur quoque ea quæ à proprietate valent in gonorrhœa. Quæ autem à proprietate valent, ſunt iſta, ſcilicet:Farina gallarum, ſemen agnicaſti, cornu cerui vſtum,farina glandium, ſemen lactucæ. Ex his ergo poſſunt confici electuaria,vnctiones,& pulueres.

Vnde electuarium.

Recipe cornu cerui vſti,farinæ glādium, galarū, lapidis hæmatitis, ſeminis agnicaſti,lactucæ, ana ʒ. j. Puluerizentur omnia ſubtiliter, & cum ſaccharo, vel melle q. ß. fiat electuariū. Similiter & vnctiones fiant eodem modo. Vbi autem ex ipſa gonorrhœa corpus patiētis exiccaretur, & demacraretur, tunc patienti detur electuariū reſtauratiuum.Et cibaria exhibeantur facilis digeſtionis, & boni nutrimenti. Gonorrhœæ autem factæ ex ſpaſmo cura eſt

ſimilis curæ epilepſiæ Vnde fiat vnctio muſculorum circa renes & pectinem, ex oleo coſtino, (aliàs caſtonarino.)

Annexa pharmaca.

VNGVENTVM ad gonorrhœan, vbi eſſet caliditas, & acuitas: Recipe olei roſati ℥ ß ſandali vtriuſq;, terræ ſigillatæ, cupularum glandium, gallarũ, omphacitidis, acaciæ, myrti, lapidis hæmatitis, coriãdri ſicci, ana ʒ.j. camphoræ ʒ.ij. Et ſi vis fortius habere, bulliat cum prædicto oleo roſato, addito oleo myrtino, & oleo de canabe ſylueſtri, ana ℥.ß. additis etiã ſuccis iuſquiami, ſolatri, lactucæ, & parũ aceti, ad ſuccorum conſumptionem, exinde addatur cera alba, fiat vnguentum, quo vñgantur lumbi & genitalia. Poſt vnctionem ad dimidiam horã, ſuperponatur petia intincta in ſucco arantiorum, conquaſſatorum in albumine ouorum. Item non laxetur venter, neq; dentur apetitiua, neque vrinæ prouocatiua Confectio reſtauratiua cõtra extenuationem corporis & ad confortationem membrorum principaliũ, & gonorrhœan. Recip. behen albi, & rubei, doronici, zedoariæ, macis, cinnamomi, caryophyllorum, croci, cardamomi, ana ʒ.ß. xylo aloes, ſeminis ocymi caryophyllati, margaritarum ambarũ, frag-

mento

mentorum hyacinthi, ſapphiris, ſmaragdi, ana ℈. j. coralliorum amborum, tragacanthi, gũmi Arabici, ana ʒ. j ſerici crudi, mellis roſati, corticum citri, carabæ, limaturæ eboris, ana ℈ j. trochiſcorũ diarhodonis ʒ. j. pinearum, fiſticorum, paſſularum, ana ℥ ß. ſacchari liquefacti in aqua mellis, & roſarum q ß. fiat cõfectio, vel electuarium aromatizatum cum aliquantulo moſchi. Doſis ʒ. iij. cum vino diluto, manè, & ſerò, ante cibum per duas horas. Item bibat patiens aquam deſtillationis aceti acerrimi, cum acore citriorum malorum miſtam. Item bibat albumen oui recens nati, cum exiguo opiati alicuius reſtringentis. De hac materia lege Bauerium, & Chermiſonem in ſuis prophylacibus, ſeu Cõſultis Medicis, quorum proceſſus mihi probabilis, & expertus eſſe conſtat.

De Pollutione nocturna ſpermatica, vel diurna.

Cap. LXXIIII.

Definitio.

POllutio, eſt euacuatio materię tertiæ digeſtionis. Pollutio ſpermatica in ſomno & vigiliis accidit. Et ideo eſt, quẽadmodum dicit Ariſtoteles ſexto Problematum, Corp', quod debet vti coitu, debet eſſe calidum

dum interius, quia ſperma eſt tale. Corpus autem in ſomno magis calidum, & humidum noctu interius. Propter iſtam cauſam in die rarò accidit pollutio, quia interius in vigilia minuś calidũ & humidum eſt. Ex forti imaginatione, & concupiſcentia reperi, & vidi quendam ruſticum iuuenem, qui ex ſola inſpectione mulieris incurrebat pollutionem in die. Pueris verò nõ accidit pollutio, nec in die, nec in nocte. Et cauſa eſt, quia materia nutrimentalis eorum non ſuperfluit, pro generatione ſpermatis. Nam nutrimentum ipſis eſt neceſſarium pro augmento corporum eorum.

Cauſæ.

CAVSAE & ſi ſint variæ, reducuntur tamen ad quatuor, vel tres cauſas. Prima ad cauſas multiplicantes ſperma, ſicut ſunt cibus, & potus. Et ſecundariò ad cauſas mouentes ſperma. Et cauſas exacuentes ipſum ſperma. Et ad nimiam imaginationem circa res coitus. Vnde ſpecies coitus, & concupiſcentiæ receptę, & imaginatiua, & ſpeculatiua, & cogitatiua, mouent virtutem naturalem expulſiuam, ad expellendam materiam ſpermaticam.

Cauſæ ergo in ſumma ſunt tres.

Nam quædã ſunt primitiuæ, ſicut nimia

repl

repletio ex cibo & potu. Et receptio medicinarũ multiplicantium ſperma, & incitantium ad Venerem, & frequens imaginatio, ac cogitatio fortis circa Venerea, & de coitu Quædam ſunt cauſæ antecedentes, ſicut ſunt materiæ ſpermaticæ, exuberautes in toto corpore. Quædam ſunt cauſæ coniunctæ, ſicut eædem materiæ ſpermaticæ, exiſtentes in vaſis ſpermaticis.

Signa.

Circa præſentem paſſionẽ occurrit vnũ ſignum prognoſticum: Quòd pollutio in principio ægritudinis naturalis eueniens ſignificat multitudinem materiæ facientis morbum. Et ita longitudinem ægritudinis. In proceſſu verò ægritudinis pollutio adueniens, ſignificat breuitatem ægritudinis: quia ſignificat materiam eſſe digeſtam, & virtutem expulſiuam eſſe potentem ad expellendum.

Cura.

Cura pollutionis ſpermaticæ diurnæ, & nocturnæ, cõſiſtit in euacuatione, & diuerſione materiæ. De quibus dictum eſt in c. præcedenti, de gonorrhœa. Et etiã conſiſtit in prohibitione ꝓuocantiũ, & attrahentiũ materiam ad inferiora. Quæ habent trahere materiam ſpermaticam ad membrum

viril

virile,& incitare ad Venerē, & pollutionē. Ideo vomitus in hoc caſu cōuenientior eſt, ſolutione vētris. De his ſuperiùs dictū eſt, de gonorrhœa Prȩſuppoſitis ergo illis pollutio curatur cum frigidis,calorē debilitátibus,& Venerem ſopiētibus:de quibus infrà dicemus. Vnde dicitur ab authoribus, quòd dormire ſupra folia ſalicū, & tenere ſolatrū ſupra ſe,prohibet pollutionē. Rhazes verò vndecimo Cōtinentis,dicit quòd ſternere herbā agnicaſti,& rutam recētem & dormire ſuper hæc, remouet pollutionē.

Auerrhoes vj. Colliget , dicit de iſta, Quòd Salernitani cùm ibāt ad cōuiuia, ſecū portabāt herbā agnicaſti,& ſedebāt ſuꝑ eā,& remouebatur,ac ſopiebatur in eis Venus,& deſiderium coitus Auicenna in fen. 20.lib.3 Tract.2.dicit quòd portare laminā plumbi ſtrictā,ſuper renes , remouet pollutionē.Sed debet perforari illa lamina multis foraminibus,ne vapores retineantur intra:quia tunc maiorem caliditatē introducerēt, prohibendo reſolutionem vaporum. Dicit inſuper,Siquis portauerit herbā acetoſæ,vel ſemen eius ſuper ſe, & iſtud ſemen ſit collectū à virgine maſculo puero , quòd talis nō poterit emittere ſperma,nec in ſomno nec in vigilia,qui tale ſemen portauerit: Hęc Gilbert' Angelicus. Quidā r.f.rūt acci

diſſe

diſſe, quod ſequitur: Fuiſſe quendam nobilem, qui per quatuor menſes paſſus ſit continuè pollutionem, & per quandam mulierem curatum eſſe, cum ſequenti remedio: Quando dormitum ibat, ligabat filum, vel chordulam, ad collum, quæ chordula deſcendebat vſq; ad collum virgæ, & cum ea virgam ligabat, non multùm ſtringendo. Et quãdo in ſomno inflabatur, & erigebatur membrum, propter ligaturã illius chordulæ incurrebat dolorem virgæ, & ſic excitabatur, & ita curatus eſt.

Additamenta propria.

FIAT ſemicupium ex aceto decoctionis verbaſci, agnicaſti, foliorũ rubi, myrti, lactucæ, portulacæ, barbæ hircinæ, &c. Deinde ſuperligetur renibus lamina plũbea, vncto priùs loco cum infrigidãte Galenico.

Hanc paſſionem cohibet potus vini rubelli auſteri, cui ſit impoſitus cinis raninus doſis ʒ.j. vel ß. Vel detur idem puluis cũ ℥. ß ſyrupi radicum papaueris, cum aqua nenupharis lymphati Poteſt in iiſdem dorionibus dictis dari puluis lapidis hæmatitis, & congelatur fluxus hic ſeminalis. Ad hoc eadem ferè valent, quæ in priori capite propoſita ſunt.

De Satyriaſi, & priapiſmo virgæ. Cap. LXXV.

Definitio.

SAtyriaſis, eſt continua virgæ erectio, cum deſiderio, & appetitu ad coitum. Satyriaſis eſt affectus cum intentione pudendorum, quum ipſorum particulæ quoq; tenduntur. Quibuſdam etiam ſeminis eiectio cum voluptate fit. Accidit autẽ & nerуorum tenſio, ſeminíſque eiaculatio. De ſatyriaſi vide apud eundem, in merhodo medendi lib. ij.

Definitio Priapiſmi, ex Galeno de loc. affect. lib. 6. cap. 6.

Priapiſmus eſt quũ coles in longitudine & latitudine totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinẽ, aut deſiderio, aut acquiſito calore, vt quibuſdã accidere cõſueuit.

Alia eiuſdem, ibidem.

Priapiſmus, eſt permanens colis, aut auctio, aut tumor. Cauſas priapiſmi vide ibidem. Priapiſmus vnde excitetur, vide apud eundem de morbis curandis, libro decimoquarto, &c.

Gordonij definitio.

Priapiſmus, eſt immoderata, & cõtinua virgæ erectio, ſine appetitu, & deſiderio.

Leonellus.

Ambæ iſtæ ægritudines, ſunt paſſiones virgæ virilis, & ſunt ægritudines in compoſitione ſcilicet, figura, & in ſitu, in quo membrum diſponitur præter naturaliter. Eſt ergo ægritudo Priapiſmus, frequens, & continua erectio virgæ, ſine cõcupiſcentia, & deſiderio ad coitum.

Differentia inter Satyriaſim, & Priapiſmum.

Differunt autẽ in hoc Satyriaſis, & Priapiſmus: quia in priapiſmo vltra erectionẽ virgæ, non eſt deſideriũ ad coitum. In ſatyriaſi verò vltra erectionẽ virgæ, eſt deſiderium coitus. Secũdò differunt, quia in ſatyriaſi emittitur ſperma poſt coitum, & virga poſt coitũ detumeſcit, & remittitur in ſua intentione. In priapiſmo autẽ poſt coitum remanet virga & tenſa & erecta. Vnde Prouerbiũ dicitur. Qui coit cum monacha, vel moniali, quãdo talis moritur, remanet virga eius tẽſa. Vnde dicitur in carmine apud vulgares: Qui monacha potitur, virga tendente moritur. Sed aliã cauſam præter illã aſſignat, quare ſcilicet poſt mortẽ remanet virga tẽſa. Et eſt, quia in priapiſmo, & ſatyriaſi, ventoſitate & ſpiritu replentur arteriæ virgę. vnde intumeſcit, & erigitur virga: aduenięte verò morte, reſoluitur ſpiritus, re-

manentibus ventoſitatibus in virga, & in arteriis virgæ. Vnde adueniente morte, condenſantur, & congelantur ventoſitates relictæ in virga. Et hac de cauſa remanet tenſa & erecta poſt mortem eorum. Iſta cauſa rationabilis eſt.

Cauſæ.

POSSVNT tũ eſſe quadruplices cauſæ. Prima, eſt multiplicatio vẽtoſitatis, vnà cũ ſpiritibus, quo replẽtur orificia arteriarum membri virilis, vnde extẽditur membrum vltra menſurã. Secunda cauſa eſt, vel poteſt eſſe caliditas nimia in membro exiſtẽs, vel in cõcauitatib⁹ virgæ, vel in venis, & arteriis virgæ, quæ humilitatem reſoluit in ventoſitate, & ita intumeſcit mẽbrũ. Tertia cauſa poteſt eſſe, multitudo ſpermatis, veniẽs ad virgã: Vnde cũ in meatibus anguſtis virgæ retinetur ſperma, & nõ eiicitur, tũc remanet virga tẽſa, & dura. Vltima cauſa poteſt eſſe, deſideriũ grande, & concupiſcentia fortis, & magna imaginatio ad coitũ, facit erigere virgã. Cuius ſignũ eſt, quia cũ quis imaginatur velle coire, eius virga arigitur. Et ſigna erectionis virgæ in generali ſunt manifeſta. In ſpeciali autẽ, ſi ſit à ventoſitate, eſt multiplicatio, vel abũdãtia ventoſitatis in toto corpore. Vnde in melãcholicis

cholicis plus aduenit hæc paſſio, quia in ta libus vt plurimum multiplicantur vẽtoſitates ex eorũ victu, & in eis vẽtoſitas multa generatur, & augetur. Vnde tales plus appetunt Venerea, & minus ſeu parũ poſſunt. Signum autẽ erectionis virgę, quod fit à multitudine ſpermatis: q̄a illud corpus eſt valde multiplicatiuũ ſpermatis: q̄a eſt calidũ, & humidũ naturaliter illud corpus. Et hac de cauſa in ſanguineis plus multiplicatur ſperma. Et ſunt tales potẽtiores in coitu. Signum autẽ erectionis virgæ, ex deſiderio, & concupiſcẽtia, & forti imaginatione Venerearũ rerum eſt, quia talia præceſſerunt.

Cura.

CVRA priapiſmi, & ſatyriaſis, prouenientis à ventoſitate eſt, primò vt vitentur illa, quæ ventoſitatem habent generare, & augmentare, & vtatur illis quæ vẽtoſitatẽ diſſoluere, & carminare habent: & hoc quo ad ea, quæ ad intra ſumũtur. Ab extra verò applicentur ea, quæ diſſoluunt, & carminant ventoſitates. Vnde fomentetur virga cum ſequẽti fomentatione. Recip. pulegij, calamẽ hi, origani, ana M. ß carui, ameos, aniſi, fœniculi, cymiui, ana drachmas duas. Bulliant in ſemiquartali aquæ, ad cõſumptionem medietatis, deinde cũ ſpongia infuſa

in ea fomentetur virga. Cura erectionis virgę,prouenietis à nimia caliditate membrorum genitalium eſt, vt primò vitentur ea, quæ caliditatem generant, & augent: Ideo vtatur frigidis, & caliditatem extinguentibus Confert tenere virgã in aquam frigidam,vel inungere radicem virgæ cum oleis frigidis,vt cum oleo roſato,nenupharino, cum modico aceti Item ad idẽ valet, tenere membrum extra aërem diſcoopertum circa coxas. Item ad eãdem intentionẽ valet apponere luminam plumbeam perſo ratam circa pectinem, vt ſuprà dictum eſt.

Cura erectionis virgę ꝓuenientis à multitudine ſpermatis,perficitur primò cũ euacuatione facta ꝑ phlebotomiam, & per vomitum:non autem per euacuationẽ per fluxum ventris,ne trahantur materiæ ad inferiora (aliàs interiora) Fiat ergo phlebotomia ſecundum modum quẽ diximus ſuperius. iu capite de gonorhœa, & pollutione ſpermatica.Vomitus autẽ prouocetur poſt phlebotomiam, cum aliquo vomitiuo non multùm agitante materiam. Vnde fiat iſtud vomitiuum lene, & faciens vomitum ſine moleſtia, quo ego ſemper vtor. Recipe radicum aſari vnc.vnam.Bulliant in ℥. x. vel q. ß. aquæ ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & colaturæ adde oximelli

ſimp

ſimplicis ℥ ij. Et fiat vomitiuum: deinde antequam iſtud vomitiuũ exhibeatur, primò gallinam vnã decoq; in vaſe ſatis magno, quouſq; decoquatur ad medietatẽ, & poſtquàm gallina illa decocta fuerit, tunc exhibeatur primò potio vomitiua tepida. Poſt eius aſſumptionẽ ſtet patiens per quartam partem horæ, & non plus: & poſtea accipiat ſcutellam vnã illius brodij, & tranſglutiat. Poſtquam ſumpſerit brodiũ iſtud, poſt exiguum ſpatium ponat digitum in ore, vel pennam in oleo communi intinctã, & prouocet ſibi ipſi vomitũ. Et hoc toties faciat, donec perfectè mundificetur ſtomachus patientis. Inſuper patiens erectionẽ virgæ, ex multitudine ſpermatis, vitet illa quę augẽt & multiplicãt pſerma. Cura erectionis virgæ, proueniens ex nimio deſiderio, & cõcupiſcẽtia coitus eſt, vt talis vitet, & fugiat deſideriũ, & imaginationẽ rerum Venerearũ.

Additiones propriæ.

SVNT ſatyriaſis, & priapiſmus quodam modo diſcrepantes ſeminaliũ vaſorum affectiones. Quorũ hoc noſtri veretri palpitationem, & inflationẽ: aliud eiuſdem penis ſine tẽtigine, & renuẽte Minerua obturgeſcentis iugiter in longitudinẽ, & gyrum, latitudinémve explicationẽ interpretatur.

Prioris vitij cura exiſtit primùm inſectione venæ,ſub pręputio,vel duarum venularum inferiorum iuxta præputiũ. In mulieribus autem(quod tamẽ rariùs accidit)ſaphenarum. Attenuāda diæta,abſtinendũ mero,& rebus ſemētificis, adeóq; diureticis omnibus. Applicanda lumbis,ipſis etiam pudendis (ſi adſit inflatio) cataplaſmata,ex ſolatro,portulaca, lactuca, hyoſſcyamo, nymphæa,aut cicuta contexta. Epithemetur coles cum chamomilla. Potetur ſyrupus nymphæites,& rutaceus. Deponẽdę ſuperfluitates,catharticis,& vomitoriis conſentaneis. Fiant fricationes,& diuerſiones ad remota. Venus vitanda,niſi cùm propter coitus abſtinẽtiam,ſpermatis reduudantiam ſubeſſe coniecturauerimus. Hac paſsione ſatyriaſi laborans viroſa quædam Veſtalis adhibito mutoniati cuiuſdam monachi (peſſij vice) phallo, ſeu rutabulo, perfectè curata eſt. Id quod præceptor meus Toſetus Patauimus Medicus(vt fuit homuncio facetus)ſe conſultore factum fuiſſe,palàm teſtatus eſt.

De diminutione coitus.

Cap. LXXVI.

Definitio.

DIminutus coitus , eſt naturalibus rebus gerendis ineptitudo. Hoc affectu detenti

detenti nulla libidine, nullóque deſiderio ſtimulãtur in Venerem, & animo deiecto, mœſtóque ſunt. Ob id his ſatyriaca antidotus egregiè ſuccurrit.

Alia definitio.

Eſt inſtrumentalium generandi partium ignauitas, & rebus gerendis ineptitudo.

Alia.

Diminutio coitus, eſt ipſius ſpermatis penuria, ſpermatica vaſa exinaniens.

Cauſæ.

CAVSAE diminutionis, & impotentiæ coitus, quanuis variæ exiſtant, aſſignantur tamen tres principales magis; Nam earum quædam ſe tenent ex parte virtutis. Quædam ex parte inſtrumentorum. Quædam ex parte materiæ.

Ex parte virtutis.

Ex parte virtutis, & hoc contingit ex variis cauſis. Nã vel virtus cõcupiſcibilis eſt diminuta, vel debilitata. Et hoc quia virtus imaginatiua, & cogitatiua, ſunt diſtractæ ad alia negotia, ſicut cõtingit in religioſis, cogitãtibus, & imaginãtibus diuina. Similiter & aſſiduè ſtudẽtibus. Et etiam in hominibus negotiatoribus. Tales omnes diſtrahuntur à cogitationibus Venereorũ. Quãdoq; verò contingit propterea, quia homo

exiſtens in actu coitus, acquirit, & incidit in aliquam imaginationẽ turpem, & ad aliquem actum abominabilem, vnde remanet impreſſio in mente illius. Et quotieſcunque venit ad exercendum actũ coitus, recordatur illius rei abominabilis, & ſpurcæ, & tũc ceſſat à coitu. Vnde contingit aliquando, ꝙ aliquis paratus ad coitũ, cùm incipit velle coire, deiicitur, & ille appetitus à virga erecta cadit, nec ampliùs erecta ſtat. Quandoque & contingit ex debilitate virtutis vitalis, ſicut accidit in illis, in quibus calor naturalis eſt valde debilis, ſicut in extenuatis.

Quandoque ex parte virtutis naturalis debilitatæ, vt puta quãdo in membris non ſit bona digeſtio. Quandoque ex parte virtutis animalis ſenſitiuæ, quia ad actum coitus omnia iſta conferuntur.

Ex parte inſtrumentorum.

Ey parte inſtrumentorum causa coitus diminutionis eſt, & ſic cõtingit: Aut ex parte virgę, & etiam membrorum genitalium. Aut ex parte membrorum principalium, deſeruientium eis tam præparatoriè, quàm delatoriè. Aut ex membris mediis inter genitalia & principalia mẽbra. Ex parte virgæ contingit propter paucitatẽ inflationis virgæ, ſicut cõtingit quando in mirach non

eſt materia ventoſabilis,neq; etiam in inteſtinis, vnde non communicatur virgæ. Quandoque etiam contingit ex parte corporis totius, puta quando in toto corpore paucæ ſunt humiditates ventoſabiles. Item etiam ex parte virgæ eſt diminutio coitus, propter malitiam complexionis exiſtentis in virga, quæcunque ſit illa mala complexio: maximè verò propter malam complexionem frigidam, & ſiccam melancholicam. Quandoque etiam contingit propter nimiam longitudinem virgę. Vnde ratione illius ſuperfluæ lõgitudinis virgæ, quæ aggrauat virgam, virga non erigitur, nec poteſt ſurſum eleuari. Et ſi erigitur, ſtatim iterum cadit. Similiter etiam & aliorũ membrorum genitalium ratione, & teſticulorũ. Contingit etiam propter malam cõplexionem ipſorũ, cuiuſcunq; generis ſit illa mala cõplexio, maximè verò frigida & ſicca. Aut propter nimiam paruitatem eorũ, cùm parum ſpermatis contineant. Aut propter nimiam eorum magnitudinem, vnde tunc virtus ſpermatis in ipſa contenta diſſoluitur, & diſpergitur. Virtus autem vnita, fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Aut propter ſolutionem continuitatis, factam in ipſis, vel ab extrinſeco, vel ab hulceribus intro. Ex parte vaſorum ſpermaticorum, vt plurimum

con

contingit, ſicut propter oppilationẽ factam in eis ab aliqua cauſa oppilante. Vnde non deſcendit ſperma ab eis ad teſticulos, quia ſunt obſtructæ. Ex parte etiam membrorum principalium, & ſic cõtingit, aut propter defectum materiæ ipſius. Et hoc cõtingit à corde, ſcilicet quãdo nõ trãsfundũtur ſpiritus à corde, per arterias ad teſticulos. Aut propter defectum materiæ ſpermatis. Et hoc cõtingit ex parte hepatis. Nam materia ſpermatis, eſt materia humoralis: quia humores in hepate generãtur. Aut ex parte ſpiritus multi, & ipſius ſpermatis. Et hoc cõtingit ex parte cerebri. nã maior pars ſpermatis ſecundũ communiter opinantes deciditur à cerebro. Propter nocumentum autem factum in aliquo iſtorum mẽbrorum principaliũ, contingit etiam diminutio in coitu. Vnde dicũt authores, quòd cùm deficit imaginatio ad coitum, etiã ſperma contingit deficere, hoc ex cerebro. Cũ verò deficit deſiderium, & erectio virgæ, & hoc cõtingit à corde. Cùm autem deficit concupiſcentia, & appetitus coitus eſt hoc, & cõtingit ex defectu hepatis. Ex parte membrorum mediorũ etiam poteſt eſſe diminutio coitus Vnde ex nimia debilitate iſtorũ, inter mẽbra principalia, & genitalia, ſicut ex parte renum & ſtomachi contingit diminu

tio

tio coitus. Vnde nimia debilitas iſtorũ mẽbrorum mediorum, poteſt eſſe cauſa diminutionis coitus. Mala enim complexio renum, & ſtomachi, vt plurimùm frigida eſt in cauſa diminutionis coitus:

Ex *parte materiæ.*

Ex parte etiam materiæ ſpermaticę, cõtingit diminutio coitus. Et hoc aut propter paucitatem materię. Aut propter quietem, & immobilitatem. Aut propter priuationẽ mordicationis materię. Ex parte paucitatis materiæ, vt puta quãdo pauca quãtitas ſpermatis generatur: ſicut in extenuatis, & macris. Et ſimiliter in ſenibus, poteſt cõtingere propter paucitatem cibi, ex quo debet generari ſperma, tanquam ex materia. Vel propter aliquid aliud, vt in macilẽtis, & ſenibus, propriè ægritudines varicũ. Ex parte quietis, vt puta cũ ſperma tardè ad membra mouetur genitalia. Vel quia exiſtit craſſum, & ferè congellatum. Vnde non mouetur ſperma ad mẽbra genitalia, niſi tardè, & lẽtè. Vel quia meatus, vel viæ ſũt aliqualiter ſtrictæ, & oppilatæ, per quas ſperma à membris debet decidi, vſq; ad mẽbra genitalia. Ex parte priuationis mordicationis materiæ, vt quando ſperma non mordicat. Et ideo quia non incitat virtutem expulſiuam ad expellendum. In forma (aliàs ſumma)

ma) autem aſſignantur tres cauſæ diminutionis coitus. Nam quædã ſunt primitiuæ: quædam antecedentes: quædam cõiunctæ. Primitiuæ cauſæ ſunt, indebitum regimen in vita, ſcilicet ſex rerum nõ naturaliũ, tendens ad frigidũ & ſiccum, aut frigidum & humidum exceſſiué. Antecedẽs cauſa dicitur eſſe mala complexio, exiſtens in membris principalibus, & vicinis eis, & intermediis. Coniuncta, eſt eadem mala diſpoſitio, exiſtens in membris genitalibus, præmiſſis variis cauſis ipſius diminutionis coitus.

Cur[a].

QVANTVM ad curam ipſius paſſionis, qua mediãte aliquis ad coëundum ineptus redditur. Ideo ſciendum eſt, quòd multiplicantia, & augmentantia ſperma, & incitantia ad coitum, ſunt duplicia. Nam quædam ſunt cibaria, quædam medicinalia.

Cibaria.

Cibaria ſunt, Caro ouina, arietina pinguis, caro paſſerũ, columbarũ, perdicũ, phaſidum, coturnicum, teſticuli vulpis, coagulum leporis. Ex granis, eſt triticum prefectè coctũ cum carnibus hœdinis pinguibus, & confectum cum lacte, & melle. Et ſimiliter oryza cocta cum carnibus pinguibus, & cõfecta. Cicera alba fracta, fabæ ſimiliter fra-

ctæ,

ctæ coctę eodem modo,ſcilicet cum carnibus pinguibus. Ex herbis ad eandem intentionem ſunt cõuenientes, Napi,rapæ,paſtinacæ,ſemen cæpæ,& cæpa ipſa,granũ ſeſami,mẽtha.eruca,pulegiũ, radices raphani. Et huiuſmodi fructus,vt ſequitur, Amygdalæ dulces, auellanæ, fiſtici, iuiubæ, ſebeſtẽ. Similiter omnia cibaria,quæcunq; ſunt calidæ & humidæ cõplexionis,ex quibus generantur ventoſitates. Nam talia generant multùm ſpermatis,quia ſunt calidæ, & humidæ complexionis. Et quia ventoſa feciunt erectionem virgę,ideo talia conferunt plurimùm diminutioni coitus.

Medicinalia.

MEDICINALIA ſunt, ſicut radices, pulueres,electuaria. Vnde fiat ſequens electuarium,ſatis efficax. Recipe teſticulorum vulpis,cerebellorum paſſerum,columbarũ, ana vnc.j.Elixentur primò,deinde poſtquã elixa ſunt,aſſentur in patella,cũ oleo amygdalino dulci:& poſtquam aſſata ſunt,aſpergãtur ſequẽti puluere: Recipe cinnamomi electi,caryophyllorũ, piperis, nigri, zingiberis,ana vnc.ß. Fiat puluis ſubtilis, & aſpergãtur ſuprà ſcripta,& poſſunt piſtari omnia ſimul,& reduci ad formam electuarij.

Aliud electuarium.

Recipe zingiberis conditi, eryngij cōditi, diaſatyrionis deſcriptione Meſuei, diagalange, ana vnc. ß. Piſtentur zingiber, & eryngij conditi, cū aliis electuariis miſceātur bene, & formetur electuariū. De prædicto electuario aſſumat vnum cochlear, manè in aurora: & aliud cochlear ſumat ante cœnam, per duas horas. Poſt ſumptionem bibat medium cyathum vini albi dulcis.

Aliud electuarium

Recipe ſeminis napi, cæpæ, ſeſeleos, erucæ, ana vnc. ß. farinæ cicerum alborum, farinæ ſeſami, ana drach. vj. Pulueriz anda pulucrizentur, & cum melle deſpumato, & ſaccharo fino q. ß. fiat electuarium.

Puluis ad idem, efficax valdè.

Recipe ſeminū ſuperiùs ſcriptorum, extremitatū ſtinci, ana drachm. j. cinnamomi electi, galangij, caryophillorum, cardamomi, croci, ana ſcrup. ij. granorum ſeſami, cubebarum, ana ſcrupu. j. auellanarum aſſatarum, amygdalarum dulciū, fiſticorum excorticatorum, ana drach. j. ß. Pulucrizentur omnia ſubtiliter, & de iſto puluere cum vino bono drach. j. aſſumat. Ex iſtis pulueribꝰ etiam poteſt confici magdalæon, cum oleo amygdalarū dulciū, deinde accipe drach. j. illius magdalæonis, pulueriza, & cū melle

&

& ſaccharo,ſicut dictum eſt. Aliquando etiã de puluere ſuperiùs ſcripto poteſt patiẽs vti, & comedere in ferculis ſuis, & diſtemperare de eodem puluere, cum vitello oui ſorbili, & vino dulci, & facere parum. Hæc enim omnia multiplicant ſperma. Et valet ad erectionem virgæ & fœcunditatem, ex conſequenti.

Vnctio ad eandem intentionem.

Recipe olei de piperibus,de croco,de coſto,ana vnc.j ſtyracis calamitæ,coſti,caryophyllorum, piperis albi, & nigri, cinnamomi,ana drach. ß. Puluerizanda puluerizentur, & cum modica cera fiat vnctio, cum qua ſpina dorſi, verſus renes, pecten, & virgam, & etiã peritonion inungatur. Et quia vt plurimum diminutio coitus fit propter malam complexionem frigidam, ideo præſcripta remedia maximè valent.

Electuarium magiſtri Leonelli,pro erectione virgæ, præmiſſis vniuerſalibus euacuantibus.

Recipe radicum ſatyrionis,pinearũ præparatarum,fiſticorum,auellanarum aſſatarum,ana ℥ ß ſeminis bauciæ, naporum,cæparum,ana ʒ.j zingiberis,cardamomi,cubebarum,ana ʒ.ß behen albi & rubei ſcrup.ij. Piſtãda piſtentur ſubtiliter,& cum penidiis, & melle deſpumato q. ß. fiat electuarium.

Vnctio eiuſdem, pro eadem intentione.

Recipe olei ſpicati drach.ij. piperis longi, cubebarum, coſti dulcis, nucis moſchatæ, ana ℥.j. Pulueriz anda pulueriz entur, & cum modica cera fiat vnguentum, cum quo vngatur ſumen, & virga.

Annexa pharmaca.

Vtatur cibis ſementificis. Deinde vtatur electuaria ſequenti. Recipe cantharidum drach.ß. ſtinci marini, boleti ceruini, virgæ tauri, ana drach.j. boracis, ſcrup.ij. piperis nigri, longi, zingiberis, cardamomi, ana ſcrup. j. cubebarum drach ß. pinearum, piſtaciarum, radicis ſatyrionis, palmæ Chriſti, ana drac.j. linguæ auis, ſeminis erucæ, ana drac. ß. ſacchari vnc.v. Fiat confectio, vel electuarium. Item manè & ſerò concubiturus ſumat hauſtulum ſubſcripti apozematis ſatyriaci: Recipe boleti ceruini lotonem j. caſtorij, macropiperis, ana lotonem ß. zingiberis albi drach.j. pyretri, tantundem. Inciſa omnia, & comminuta parum, ponantur in vaſe vitreato nouo, & mundo, & ſuperfuſa optimi vini ſemimenſura, bulliat ſecundum artem, vaſe bene delutato: de colato bibat manè & ſerò parum.

Vnctio Verpæ.

Fiat liniamentum ex melle, macropipere,

ſaccharo, & lini eo membrum. Eſt egregium illectamentum matricis.

Aliud valentius.

Recipe axungiæ coturnicinæ lotonem j. hellebori tenuiſſimè triti drach ß. Incorporentur, & vnge membrum genitale.

Electuarium ad idem efficaxs.

Recipe caſtorij, boleti ceruini, macropiperis, zingiberis, galangij, nucis myriſticæ, ſanguinis draconis, boracis, ſcingorum, ana vnc ß. erucæ drach. iij. Temperentur cum malle, & fiat electuarium arte.

Aliud ad idem æquiualen.

Recipe pyrethri, teſticulorum vulpis, caryophyllorum, cinnamommi, piperis longi, tormentillæ, caſtorij, zingiberis, ana lotonem j. polypodij tantundem, ſacchari lotones viij. mellis menſuram ß farinæ triticeæ q. ß Fiat vt ſuprà Doſis ſit aurei dimidium, Et eſt ſatyriaca antidotus, vt præſentanea, ita valentiſſima.

De doloribus iuncturarum.

CAP. LXXVII.

SPecies iuncturarum affectionum ſunt, Arthritis, chiragra, gonagra, podagra, tenontagra, paralyſis, ſcelothyrbe, peroſis, & iſchiadicus morbus.

DEFINITIO.

1 Arthritica, cùm currit materia ad iuncturas digirorum pedum, & manuum, & eſt ibi tumor aliquando, ab articulis, & artubus nomen ſumens. Gordonius hæc.

Alia Caleni.

1 Articularis morbus, eſt inflammatio articulis acidens, magnum dolorem neruis patientibus adferens.

2 Chiragra, eſt cùm materia comprehenſa eſt in ligamentis, & lacertis manuum, & ibi ſentitur dolor.

Ex Gordonio.

3 Gonagra, eſt genuum dolor intenſus.

4 Podagra, eſt quando materia comprehenſa eſt in ligamentis, & lacertis pedum, & ibi ſentitur dolor.

Ex Gordonio.

Podagra, ſecundum Galenum, eſt affectus pedibus eueniens, laborem adferens neruis patientibns, quibuſdam cum aduſtione, quibuſdam cum frigore.

5 Tenontagra, eſt maiorũ neruorum dolor.

6 Paralyſis, eſt affectus motum voluntarium offendens, in partibus, vel parte quadam contingens. Fit autem neruis, vel muſculis patientibus.

7 Scelotyrbe, eſt ſpecies paralyſis, vt rectè

ambu

ambulare non poſſis. Interim in rectum, interim in obliquum, in dextram inclines, vel in ſiniſtram. Aliquando crus attrahas, veluti magno paſſu incedentes.

8 Peroſis eſt naturalis actionis offenſa, ſiue impedimentũ, vel cuiuſdã particulæ ablatio.

9 Coxarum dolor (vel Iſchias,) diuturnus, diſſolutu difficilis, aduſque poplites, & ſuras conſequitur. Galenus. Iſchiadicus morbus, eſt cùm materia currit ad ligamentum ancharum, in loco vertebrarum. Gordonius.

Aphoriſmi.

1 Duobus doloribus ſimul eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat. Aphor. 46. lib. 2.

2 Non febricitantibus ſi tormina (aliàs ſtrophus) acciderint, genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere ſignificatur. Aphor. 20. lib. 4.

3 Laſſitudinem habentibus in febribus circa articulos, & circa maxillas potiſſimè abſceſſus fiunt. Aphor. 31. lib. 4.

4 Sed ſi ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur Aphor. 33. lib. 4.

5 Quibus febres longæ, his tubercula, vel dolores in articulis fiunt. Aphor. 44. lib. 4.

6 Tumores articulorum, atque dolores abque hulcere, & podagricos quoque, atque

conuulſa horum plurima frigida aqua large effuſa leuat, extenuat, ſoluítque dolorem. Nam modicus torpor dolorem ſoluit, Aphoriſm. 25. lib. 5.

7 In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ fit ſolutio. A phor. 21. lib 6.

8 Quæcũq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit. Aphor. 12. lib 6.

9 Eunuchi neque podagra laborant, neque calui fiunt. Aphor. 28. lib 6.

10 Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. Aphor 29. lib. 6.

11 Puer podagra non laborat, ante vſum venereorum. Aphor. 30. lib. 6.

12 Quicunq; calui ſunt, his magnæ varices non fiunt. Quibus verò caluis varices magnæ ſuperueniunt, hi rurſus capillati fiunt. Aphor. 34 lib 6.

13 Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt, ante pubertatem moriuntur. Aphor. 46 lib. 6.

14 Quicunq; morbi podagrici fiunt, hi ſedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt. Aphor. 49. lib 6.

15 Dolores podagrici Vere, & Autumno magna ex parte mouentur. Aphor 55. lib. 6.

16 Quibuſcunq; à coxendicum dolore diuturno moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, his mucores ſuperueniũt Aphor. 59. lib 6.

17 Quibuſcunque à coxendicum dolore moleſtatis diuturno excidit coxa, his crus tabeſcit,& claudicant,ſi non vrantur. Aphoriſ. 60. lib. 6.

Cura.

Circa curam doloris iuncturarum aduertendum eſt. Primò debemus ab initio curare, antequam dolores vehemẽtes fuerint, vt dicit Auicenna in fen. 22. lib. 3. In principio doloris iuncturarum cura poteſt eſſe facilis: cùm autem quieſcunt, difficillimæ curationis exiſtunt, imò vt plurimum ad vitam perſeuerabũt. Et quia dolores iuncturarum pendent quandoque à materia miſta, & hoc eſt vt plurimum: ideo primò ponendo curam doloris iuncturarum, pendentis à materia calida, in cuius cura plures intentiones ſunt habendæ. Prima intentio eſt, in euacuando materiam minoratione. Secunda intentio, in digerendo. Tertia intentio, in eradicatione. Quarta intentio, erit in applicando remedia localia. Cui coniungitur quinta intentio, ad mitigandum dolorem. Sexta intentio, in confortando membrum mandans, ne amplius mandet, & membrum recipiens, ne de facili recipiat. Et pariter erit intentio circa cauſam coniunctam. Vltima intentio eſt, ordinare

 de

debitum regimen, quæ ordine doctrinæ præcedit omnes alias intentiones.

Prima intentio.

Quantum ad primam intentionem, conſiderare debemus, an materia peccans ſit ſolùm ſanguis, vel materia miſta ſanguini. Sanguine tamen dominante, vel æquato cum alio humore, in quo caſu incipiendum eſt à phlebotomia. Vbi autem alia ſit materia, miſta ſanguini, & dominante tali materia ſanguini miſta, nullo modo fiat phlebotomia. Imò debemus incipere ab euacuatione leui materiæ peccantis. Nam Auicenna in capite allegato dicit: Phlebotomia facit currere humores ad loca doloroſa. Quando tales humores non miſcentur ſanguini, iſtæ regulæ ſumuntur eo modo ab Auicenna, circa phlebotomiam, & euacuationem, quarta primi. Et ab eodẽm prima tertij, tractatu ſecundo, à principio. Vbi autem materia ſit ſanguinea, faciens dolorem iuncturarum, eo modo, quo dictum eſt, facienda eſt phlebotomia. In qua conſideranda ſunt iſta. Primò de qua vena debeat fieri. Secundò, quantitas ſanguinis euacuandi. Pro primo facienda eſt phlebotomia minoratiua, & diuerſiua à latere contrario loco doloris. Vt ſi dolor ſit in ſiniſtro pede, fiat phlebotomia ex baſilica

dex

dextri brachij. Et ſi dolor eſt in pede dextro fiat phlebotomia ex baſilica brachij ſiniſtri. Quantitas ſanguinis euacuandi, menſurari debet ſecundum quantitatem repletionis, & virtutis. Si ſit magna repretio, & corpus repletum, auferatur quantitas ſex vel ſeptem vnciarum. Et ſi ſit corpus minoris repletionis, minor quantitas extrahatur. Et huiuſmodi phlebotomia fit exiſtentibus regulis pro phlebotomia fienda. Facta phlebotomia minoratiua, quia vt plurimum ex phlebotomia fit ebullitio choleræ, intentio erit minoritate choleram: quia poſt phlebotomiam materia peccās eſt cholera. Fiat ergo infràſcripta medicina lenitiua, & minoratiua.

Recipe caſiæ nouiter extractæ drach. x. Diſſoluatur in decoctione florum, & fructuum q. ſ. Et exhibeatur hoc lenitiuum in crepuſculo calidè.

Regula.

Nota quòd in euacuatione cuiuſcunq; humoris, debemus incipere à re leni, & ſic gradatim procedere ad fortiora: & hoc in omni euacuatione, tam materiæ frigidæ, quàm calidæ. Et hoc colligitur ab Auicēna, loco allegato. Et hoc videbitur in cura de doloribus iuncturarū, pendentibus à materia frigida.

Secunda intentio.

Quantum ad ſecundam intentionē, facta

minoratione digeratur materia illa cholerica cum digeſtiuis appropriatis, habentibus iſtam proprietatem, quòd habeant aliquid ſtypricitatis, ne ſua lenitate faciāt humores currere. Et iſta regula attēditur etiam in ſolutiuis, quòd habeant aliquid ſtypticitatis, pro confortatione & prohibitione curſus, quæ ſumitur ab Auicenna, lib. iij. cap. de Lapſibus hepatis. Digeſtiuum autem conueniēs in arthritica calida, eſt hoc: Recipe ſyrupi roſati, ſyrupi granatorū, ana ℥. vj. aquę plātaginis, roſarum, ana vnc. j. vel ij. Miſce, & fiat potus, & exhibeatur iſte potus, quouſque fiat digeſtio in vrina.

Tertia intentio.

Quantum ad tertiam intentionem, Digeſtione facta detur medicina eradicatiua, in forma pilularum hoc modo: Recipe pilularum de hermodactylis minorum Meſuei ℈. ij. ß. (quia euacuant materiam calidam à iuncturis). rhabarbari electi ſcrup. j. ſpicæ gran. j. ß. Puluerizāda pulueriżentur, & cum ſyrupo degranatis reformentur pilulæ numero ſeptem, & dentur ſicuti ſæpe dictum eſt. Et poſt iſtud fiat lauatiuum, vt moris eſt ex aqua hordei, & ſaccharo. Si autem patiens mallet medicinam in forma potabili, detur medicina ſequens eradicatiua: Recipe florum boraginis, bugloſſæ, viola-

rum, ana M. ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥. ß. corticum myrobalanorum citrinorum ʒ. j. ß hermodactylorum, ʒ j. Bulliant iſta omnia in ß q. aquæ fontanæ, vel ciſternæ, ad conſumptionem medietatis: deinde coletur, & colaturæ accipiatur q. ß. ad diſſoluendum, electuarii de caſia ʒ vj electuarij ſucci roſarum ʒ. ij. rhabarbari electi ℈. iiij. Miſce, & fiat potus. Vbi autem eſſet pauper, loco rhabarbari ponatur corticum myrobalanorum citrinorum ʒ. j. ß. Et iſte potus exhibeatur eo modo, quo dictum eſt.

Quarta & quinta intentio.

Quarta & quinta intentio eſt, circa remedia localia, & cum hoc mitigantia dolorem.

In principio doloris iuncturarum, à materia calida, & cholerica. apponantur repercuſſiua, & infrigidantia. Recipe olei roſacei, omphacini, ana ʒ. j ß. vel ℥. j. ß. Infundantur petiæ lineæ, & ponantur ſuprà locum doloroſum. Aliquando petiæ infuſæ in aqua roſarum, vel ſolatri, idem operantur.

Emplaſtrum ſequens ad idem, prohibens materiæ curſum.

Recipe caſiæ nouiter extractæ ℥. ij. pulueris hermodactylorũ ℥. ß. aliàs ʒ. ß. vitellum vnius oui. Miſce, & cum oleo roſato reducatur

catur ad formam linimenti, & emplaſtri.

Aliud emplaſtrum ad idem, & eſt emplaſtrum, quo communiter vtuntur medici.

Recipe medullam panis infuſam in lacte, (aliàs aceto) ita quòd imbibatur lacte illo multum, deinde accipiatur, & ponatur in mortario Cui adde caſiæ nouiter extractę ℥. j. vitellum vnius oui, olei rutacei, omphacini q. ſ. Fiat emplaſtrum.

Notio.

Et not. quòd à principio curæ, ſemper debemus procedere cum mitigantibus dolorē.

Aliud emplaſtrum ad idem, mitigatiuum vehementiſſimi doloris.

Recip. raparum raſarum q. v. ad placitum, roſarum rubearum, foliorum caulium minutim inciſorum, ana &c. Et bulliant ſimul in ſ. q. aquæ. Deinde accipiantur, & eis adde vitellum vnius oui. Et cum oleo roſato confice emplaſtrum. Ad idem, balneum factum ex decoctione raparum, quando aliàs non cōtulerint. Accipiatur aqua frigida, & ponatur membrum, & pes in illa aqua. Vel ſuperfundatur loco dolenti, multùm etiam valet.

Fomentatio ad idem.

Recip. ſucci, vel aquæ raparum, aquæ fontis, propter penetrationem, fiat epithema ſuprà locum dolentem. Si autem illa non contule

tulerint,cum emplaſtro ex caſia, ponatur ℨ.j opij ſubtiliter puluerizati,cum ℈.j.croci.. Et ita fiunt ea, quæ in principio doloris iuncturarum, materia calida conueniunt. Et quantum ad repercuſſionem, & ſedationem doloris, in augmẽto oportet procedere cum his quæ molliter reſoluunt, & repercutiunt, ſicut ſunt ſequentia.

Epithema.

Recipe olei chamæmellini,roſati,ana ℨ.j. Infundantur lineæ petiæ, & apponantur ſuprà locum doloroſum.

Ad idem valet infraſcriptum emplaſtrum.

Recip.chamomillæ,meliloti,roſarum rubearum,foliorum violarum,ana M.j farinæ hordei,farinæ ſeminis lini,ana ℥.j.ß. Puluerizanda puluerizentur, & cum oleò roſato, & chamæmelino q. ß. ad impinguandũ,fiat emplaſtrum. A fine augmenti vſque ad medium ſtatus, reſolutiua apponantur circa locum doloroſum, cum pauca repercuſſione. Vnde fiat primò ſequens fomentatio: Reci. abſynthij,chamomillæ, meliloti, anethi,roſarum rubearum, herbæ arthriticæ, herbæ paralyticæ,ana M ß. Bulliant in ß.q.aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipiatur filtrum, vel ſpongia, & infundatur in prædicta decoctione, quæ expreſſa apponatur

natur loco doloroſo ter, vel quater, & fiat fomentatio loci. Deinde inũgatur locus cum infraſcripta inunctione: Recipe olei chamæmelini, lini, roſati, ana ℥. ß. Miſce, & cũ hac vnctione vngatur locus dolens. Ad eandem intentionem valet oleum chamæmelinum ſolum, in quo bullierint vermes terreſtres. Reſoluit enim, & confortat. In declinatione autem reſoluentia, & confortantia conueniunt. Fiat ergo infraſcriptum remedium. Recipe faldellas ſtupeas, quæ infundantur in vrina pueri, deinde aliqualiter exprimantur, & inuoluantur in cineribus calidis, bene moueantur, & poſtea conquaſſetur in dicto cinere, poſt ligentur ſic dictæ faldellæ ſtupeæ ſuper locum doloroſum. Reſoluit nanque & confortat locum doloroſum.

Ad idem valet infraſcriptum emplaſtrum.

Recipe chamomillę, roſarum rubearum, ſtœchadis Arabicæ, maioranæ, radicum hermodactylorum, ana M. ß Bulliant in ſemiquart vini rubei ſtyptici (aliàs non ſtyptici,) quouſq; perfectè decoquantur, deinde piſtētur in mortario, & cùm oleo chamæmalino, & maſtichino q ß. ad impinguandum, fiat emplaſtrum, quod loco dolenti apponatur.

Ad idem valet hoc balneum.

Recipe pulegij, calamenthi, roſarum rubearum

bearum, ana M j Bulliant in ß. q. aquæ ferratæ, ad conſumptionem tertiæ partis, vel bulliãt in vino rubeo ſtæptico, & balneetur locus dolens, embrocando, vel lauando. Vel accipiatur ſpongia, ad quantitatem loci dolentis, & infundatur in prædicta decoctione, fortiter exprimatur, & ſupra locum dolentem applicetur, ita quòd per noctem permaneat. Exiccat enim, reſoluit, & confortat. Electuario ſequenti debet patiens vti pro confortatione membrorum nutritiuorum, ne fiat generatio materiæ facientis dolorem. Recipe ſaluiæ minutiſſimè inciſæ, & non piſtatæ, ſeu contuſæ, ℔ j (aliàs lib. ß) mellis q. ß. ad hoc, vt perfectè prædicta ſaluia decoquatur. Deinde facta ſufficienti decoctione, addantur infraſcriptæ ſpecies. Recip. ſpecierum aromatici roſati, deſcriptione Gabrielis, ſpecierum diatriaſandali ſine camphora, ana ℥. ſemiſſem. Miſceantur cum prædicta decoctione ſaluiæ, & parum bulliant, quouſque perueniant ad formam electuarii. De iſto electuario ſumat patiens in mane, ante cibum per tres horas, ad quantitatem caſtaneæ magnæ. Et ſerò quando vadit dormitũ, accipiat quãtitatem auellanæ. Quinta intẽtio, quæ erat intentio de medicinis mitigantibus dolorem, quæ medicinæ ſatis fusè cõprehenſæ ſunt ſub intentione quarta. Itidem

valent.

Cura doloris iuncturarum a cauſa frigida.

Cvra doloris iuncturarum à cauſa frigida, completur quinq; modis: Minoratione materiæ, Digeſtione, Euacuatione, Eradicatione, Sedatione doloris, & Reſolutione materiæ actu facientis dolorem.

Prima intentio.

Pro prima intentione notandum, quòd rarò à principio competit euacuatio, quæcunque ſit illa, ſiue eradicatione, ſiue minoratione. Nam minoratiua, ſi ſit debilis nihil diuertit: quia fluente materia ad locum doloris, fieret agitatio. Ideo tutius eſt hanc dimittere euacuationem. A principio etiam à fortiori euacuatione dimittatur.

Secunda intentio.

Secunda intentio, eſt digeſtio materiæ, & completur in digerendo materiam, quæ eſt frigida, vt plurimum phlegmatica. Non oportet procedere cum digeſtiuis multùm apetitiuis, quia facerent materiam fluere ad locum. Ideo fiat tale digeſtiuum: Recipe mellis roſati colati ℥. j. ſyrupi ſtœchaditis ℥. ß. aquæ abſynthi, betonicę, ana ℥. j. ß. Iſtud digeſtiuum exhibeatur vt ſuprà, vſque ad quinq; vel ſeptem dies. Dentur medicamenta ſolutiua, & in iſtis ſeruentur regulæ ſe-

quentes. Prima eſt, quod cum medicinis ſolutiuis miſceantur ſtyptica, quę prohibeant dilatationem viarum ad iuncturas. Secunda eſt, quòd à leuioribus, & non à fortioribus incipere debemus. Tertia eſt, quia rariſſimũ eſt, quôd cùm materia frigida ex ſe non penetraret à natura: ideo oportet aliquid admiſcere quod reſpiciat choleram.

Tertia intentio.

Recip. pilularum cochiarum, pilularum hermodactylorum maiorum, ana ʒ. ß. rhabarbari ℈. ß. (aliàs ℈. ß.) vel loco rhabarbari, & melius in hoc caſu, accipiat corticum myrobalanorum Indorum ℈. ß. Et reformentur pilulæ nu. vij cum ſyrupo ſtœchadite, & exhibeatur talis medicina. Notandum quòd in hoc caſu magis conueniunt pilulæ, quàm potiones: quia mai rem moram trahunt in ſtomacho, & poſſunt plus à longinquis trahere. Tamen ſi patiens nõ poſſet ſumere pilulas, fiat ſequens lenitiuum in forma potabili. Recipe florum boraginis, bugloſſæ, ana M. ß. ſtœchadis Arabicæ, iuæ, herbæ paralyticæ, ana ʒ. j. paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſę, ana ʒ. ß. Fiat decoctio ſecundũ artẽ.

Recipe prędictæ decoctionis q. ß ad diſſoluendum, diacatholiconis ʒ. v. electuarij eleſcoph. ʒ j. ß electuarij Indi maioris ℈. iiij. electuarij ſucci roſarum ℈. j. Miſce, fiat potus, & ex

& exhibeatur, vt ſuprà. Et euacuationes ſunt reiterandæ in hoc caſu, & hac ægritudine, veniendo poſteà ad digeſtiua, & ſolutiua fortiora. Et hæc dicta pro ſecunda & tertia intentione.

Quarta & quinta intentio.

Quantum ad alias intentiones, quæ ſunt mitigare dolorem, & reſoluere materiam, fiat emplaſtrum ſequẽs, mitigatiuũ doloris.

Reci. medullæ panis infuſi in decoctione chamomillæ, abſynthij, maioranæ, iuæ, quouſque imbibatur humiditate, deinde accipiatur illa medulla, & ponatur in mortario, cui adde medullæ caſiæ nouiter extractæ ℥. j. vitellum vnius oui, olei chamæmelini ℥. j. croci ℈ ß. Fiat emplaſtrum, & loco dolenti applicetur. Ad idem valet oleum amygdalinum dulce, cum oleo ſeſamino, & chamæmelino, & cum modico olei roſati, & infundere petias, & applicare loco dolenti.

Ad idem valet infraſcripta vnctio.

Recipe pinguedinis taxi, vulpis, catti ſylueſtris, ſi haberi poteſt, ana ℥ j. olei chamæmelini, vulpini, ana ℥. ß. aliàs ana ℥. j. Liquefiant pinguedines, & cum prædictis oleis, & modica cera fiat vnguentum.

Balneum reſolutiuum, & confortatiuum doloris iuncturarum.

Recipe iuæ, primulæ veris, pulegij cala-

menthi, arthriticæ, abſynthii, ana M j. roſarum rubearum, hypociſtidis, ana M ß. Bulliant hæc omnia in vino rubeo, & cum pauca quantitate aquæ ad conſumptionem medietatis. Deinde balnetur membrum dolens, & poſtquam balneatum eſt, exiccetur, & inungatur cum infraſcripta vnctione: Recipe olei lupini, lateritii, ana ℥ ß. olei maſtichini vnc. ß. Inungantur iuncturæ cum iſtis prædictis oleis, omnibus ſimul miſtis. Poſtquam autem materia nõ eſt in aliquo fluxu, & remanent iuncturæ laxæ, vel laſſæ, accipiantur faldellę ſtupeę, infundantur in vrina pueri, & aliqualiter expreſſæ, & inuolutę in cineribus calidis applicentur locis doloroſis: nam confortant iuncturas, & exiccant reſiduum materiæ. Quantum ad regimen vitæ in doloribus iuncturarũ, à materia frigida, à principio debet eſſe tenue, & non bibat vinum, ſed aquam mellis, per totum regimen declinet ad calidum & ſiccum. Oleũ de lumbricis valet poſt vniuerſalẽ euacuationem. Item accipe ſapam, in qua decoquãtur furfures tantùm, vt totam farinam emplaſtri accipiant. Adde vittellum oui ſalis parum, cicerum quantum videtur bonum, fiat emplaſtrum. Nicolaus laudat emplaſtrum, ſiue oleum de ranis: mirabiliter valet à proprietate ad iuncturas, & eſt reſolutiuum in

caſu

caſu conueniente: quo ſæpe vſus eſt Leonellus. Vſus eſt etiam vnguento de meliloto. Reci.herbæ arthriticæ,paralyticę,iuæ, pulegii calamẽthi ſampſuchi,chamomillæ,melililoti ana M. j. opopanacis, bdellii, ammoniaci,ſerapini,ana drach j.farinæ fœnigræci vnc j.Herbæ bulliant in ß. q.aguæ ad perfectam decoctionem, deinde contundantur, & cum oleo laurino,lilino,& terebinthina q. ß. ad mitigandum, (aliàs impinguandum) deinde addantur gummi diſſoluta in vino, & farina, & fiat emplaſtrum. Et hæc omnia ſunt reſolutiua, & membrorum confortatiua. Paruos habentes oculos non facilè podagra corripiuntur, ſed magnos,& prominentes. Galenus in ſexta Aphor. particula, Comment. 47.& alibi.

Additamenta propria.

ARNOLDVS laudat epithemationem factam cum filato canabino,ſeu ſtupeo, in lixiuia decocto, & calidè applicato, & ego expertus ſum, ac reperi verum.

Emplaſtrum arthritica doloris mitigatiuum.

Recipe opii,croci,ana ℥.j. Puluerizentur, & cum tribus vitellis ouorũ, & oleo roſato, vel violato cõficiatur, & loco dolẽti emplaſtretur

ſtretur, quod ſtatim dolorem mitigat.

In arthritica omnigena, vnctio.

Recipe ſeminis pſyllii ℥.iiij.aquę q.ß.Coquatur ad viſcoſitatem, quam per pannū exprime:Collato adde ceræ ℥.iij.olei cōmunis ℥.vj. Deinde ferue fiat ad liquefactionem ceræ, ſemper mouendo cum ſpatula, & in pila diutius contere,donec bene condenſetur. Cū iſto liquamento vnge articulos,& neruos dolentes. Oportet autem vt debita euacuatio per pharmaca, cucurbitulas, vel phlebotomiam, & diætationem moderatā præcedat.

Ego aliquando vtor balneo,ex ſummitatibus vlmi parato, ſi frigida ſit intemperies in vino pleno. Sin calida,aceto roſaceo decoctis. Porrò de iuncturarum vitiis omnigenis lege Rhazen in lib de ægritudinibus neruorum, & iuncturarū. Inibi enim pulcherrimè & ſaluberrimè tractat de omnibus artuum vitiis, & noxiis Ego in omni articulari morbo vtor oleo balſamino tali: Recipe terebinthinæ ℔. j. opopanacis, galbani, ſerapini, ana ℥. ß. granorum iuniperi M ij. thymiamatis ℔.j. Mittatur in boriā magnā vitreatam,non lutatam, in cineribus ad fornacem,vnguētum fiat lentiſſimo igne ad decem horas, nec eſt opus infra hoc claudere vas luto Sapientiæ. Sed poſt hoc claudantur ipſa vaſa bene,& ſigillētur. Et fiat ignis paulatim

latim fortior, gradatim aſcēdendo, ita quòd in botia nullus percipiatur ſonus, iuxta declarationem. Deinde aſcendatur ad fortiorem ignem, donec totum oleum aſcendat. Et eſt ad podagram frigidam, & omnia vitia iuncturarũ frigida expertũ. Sed primò præcedat hoc balneum, non neglectis vniuerſalibus: Recipe granorum iuniperi, radicum ebuli, florum chamomillę, ana q.v. Conquaſſentur per diem vnum, ponatur in vino, & calidè fiat embrocatio. Et ſi purgatione opus eſt, purgetur ægrotus arthriticus cum tragea, vt infrà. Recipe cinnamomi, cardamomi, ana ℈. j. roſarũ, maſtiches, ana ℈. ß. zingiberis ʒ. ß. turbith ʒ. iij ß. hermodactylorum ʒ. ſ. diagredij ℈. j ſacchari tabeizeth q. ß. Fiat tragea, quæ ſuauiter euacuat à iuncturis. Doſis delicatis, & inualodioribꝰ drac. ß. robuſtioribus drach.

Aliud catharticum, quo ego ſum vſus, cùm olim laborarem ex pedibus.

Recipe ſpecierum hieræ ʒ. ß. ſpecierum benedictæ laxatiuæ ʒ. j. hermodactylorum, turbith, ana tantundem, electuarij de ſucco roſarum drach. iij. vel iiij. zingiberis ſcrupu. j. myrobalanorum citrinorum dracx. ij. Fiat maſſa pilularis.

FINIS.

LEONELLI FAVENTINI DE MATRICALIBVS AFFECTIBVS COMpendiorum ſaluberrimum.

Definitio matricis.

MATRIX eſt membrum à natura deputatum ad conceptionem, ſituatum inter veſicam & inteſtina, ex parte dorſo alligatum, & femori, vt apparet, & oſſi ſacro, ſeu lato, quod alkati vocant ex duabus tunicis compoſitum: quarum intrinſeca eſt, venoſa, & exterior neruoſa. Collum habens exterius protenſum, cuius orificium, verſus os matricis habet panniculos tenues commiſtos ex venulis paruis, quodammodo cooperiens eius foramen, & propter hoc in deuirginatis ſcinditur cugium, caro eminula inter cunni ſymplegadas, quo panniculo rupto fit notabilis cruentatio indidem promanans. Hanc virginalem pelliculam, quæ primo coitu abrumpitur, authores modò hymen, modò peritonion, & σύγιεν ſed plerunque florem virginitatis vocitant. Item de ſi-

ru, co

tu,colligantia,qualitate,complexione,iuuamentis,denique de morbis qui locellos muliebres infeſtant. Mundini anatomen legito. Significatur eadem matrix multis polyonymis, vtpote, Loci muliebres, vulua, mater, matrica,folliculus,vter,cõceptaculum,ſpermotheca, bulga, ὕστερα μῆτρα,δελφύς Et hoc in fœminis ſolùm,in reliquis autem animalibus vulua vel volua dicitur.

De ſuppreſſa muliebri purgatum. *Cap.* I.

In mora, ſeu præternaturali retentione menſium, fiat talis proceſſus.

PRimitus ſi mulier ſit ſanguinea,& repletio ſit in toto, fiat phlebotomia de baſilica dextra, ex qua hauriantur vnciæ quatuor vel quinque ſánguinis. Aſſerit enim Auicenna, quòd in hoc caſu venæ ſectio ſit prouocationis hæmorrhagiæ locellorum irritamẽtum,ſine alia euacuatione: quia natura exonerata à pondere, & ſanguinolenta mole, adeóque multitudine eius ſanguinis, ſic ſit potens ad expellendum ſuperfluum ſanguinem à matrice. Et ita per mẽſtrua illinc per biduum fiat phlebotomia ſaphenæ, vnde detrahatur quadrans, vel ad ſummam trientalis menſura ſanguinis. Communiter tamen, vbi nõ eſt tanta repletio ſanguinis, incipien-

dum eſt à phlebotomia ſaphenæ.

Cauſa.

Retinentur autem menſes propter multitudinem phlegmatis craſſi, miſti cum ſanguine, quod oppilat venas ad matricem tendentes.

Cura.

Scopus ferè curationis eſt, ſubtiliare, digerere, & demum euacuare. Competit igitur primò ſequens digeſtiuum: Recipe ſyrupi de matricaria, de buabus radicibus, oxymelitis ſimplicis, ana ℥. ß. aquarum endiuiæ, fœniculi, capilli Veneris, ana ℥. j. Miſce fiat ſyrupus, ſiue potus, qui exhibeatur manè calidus, ante diem per horam, ſuper quem dormiat ad lubitum. Poſt ad v. vj. vel vij. dies aſſumptione ſyruporum digeſtiuorum, recipiat hanc medicinam ſolutiuam ventris, vt ſequitur: Recipe florum violarũ, boraginis, bugloſſæ, ana M *ß.* artemiſiæ, capilli Veneris meliſſæ, ana ℥. ß. radicum apij, fœniculi ana ℥ *j.* aliàs drach. j. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana vn. ß. aniſorũ M. ß. Fiat decoctio ſecundum artem, ad conſumptionem medietatis Colati recipe q ß ad diſſolutionẽ diacatholici ℥ ß. diaphœnici drac. ij. electuarij Indi maioris ſcrup. iiij. Miſce, fiat potus, & dulcoretur cum melle roſato

colato

colato. Detur calidus ante diem per horam, tamen cùm incipit operari non ampliùs dormiat: poſt quatuor horas ab aſſumptione illius pharmaci, hauriat hoc lauatiuum: Recipe brodii cicerum rubeorum ℥. vj. ſacchari rubei ℥. j. ß. Miſce. Inſtante proxima nocte dentur hæ pilulæ: Recipe pilularum fœtidarum, aggregatiuarũ, ana drach. ß. (aliàs ℈. j) agarici electi vel trochiſcati ſcrup. j. gran. iiij. Pulueretur agaricus & miſceatur cum dictis. & reformentur pilulæ nume. vij. cum ſyrupo artemiſiæ. Deinde fiat prouocatio menſtruorum hoc modo, vt ſequitur.

Prouocatiua menſtruorum.

Recipe radicum apii, fœniculi, petroſelini ruſci, aſparagi, ana drach. j. radicum rubeę tinctorum drach. ß. cicerum rubeorum vel nigrorum gran. xv. Bulliant in ß. q. aquæ fluuialis, ad conſumptionem tertiæ partis. Et illi decoctioni adde mellis ℔. ß. aceti ℥. iij. Et bulliat iterum & deſpumetur, quouſque deueniat ad excoctionem dimidii, deinde coletur: de colatura dentur vnciæ v. ante diem per horam: ſit autem potus hic calidus cùm propinatur.

Aliud efficacius prouocans menſtrua.

℞. trochiſcorũ de myrrha dra. j. Pulueretur ſubtiliter, & diſſoluatur in ß. q. aquæ artemiſię. Calefiat, & exhibeatur ante diẽ per horã.

Fomen

Fomentatio ad idem circa pectinem.

Recipe pulegii, calamenthi, origani, ſauinæ, alias ſatureiæ, artemiſiæ, ana M j rubeæ tinctorum M. ß. radicum apii, petroſelini, ana drach. j. Buliant omnia in ß. q aeuæ fluuialis, vſque ad conſumptionem medietatis. Deinde recipe ſpongiam vnam, & infundatur in prædicta decoctione, quæ expreſſa inter duas petias lineas ſubtiles ponatur ſuper ſumen, quod prouocat menſes aperiendo vias. Eliciuntur item menſtrua, apponendo ventoſas magnas ſub poplite, ſine ſcarificatione, & in ſuris pedum. Nam potenter euacuat. Et ſi phlebotomia poſſet fieri venæ ſub poplite, efficacior eſſet quàm ſaphenæ, propter proximitatem loci. Poſſunt etiam fieri balnea, vel ſemicupium, tam fomentando, quàm lauando, prout fieri ſolet in aquiminariis. Fiat igitur lauacrũ ex iſtis rebus, in quo ſedeat mulier, & prouocabuntur menſtrua.

Balneum ad cienda muliebria probatiſsimum.

Recipe iuæ, calamenthi, origani, pulegii, artemiſiæ, meliſſæ, ſerpylli, abſynthii, praſii, parietariæ, mercurialis, ana M. j ß. radicum vel fuſtium fœniculi M. j. radicum apii, petroſellini, aſparagi, rubeæ tinctorum, ana M. ß. Bulliant omnia in vaſe magno, in aqua fluuia

fluuiali q ß. ita quòd aqua ferè ſit ad dimidiũ excocta alias legitur, Bulliant ad cõſumptionem tertiæ partis, & ponantur inſemicupio, in quo deſideat mulier vſque ab vmbilicum, perduret autem in hoc balneo per horæ dimidium. Deinde recipiat ſe cubitum, & exiccetur, pòſt inungatur cum oleo calaminthitæ, ſeu crinino calido.

Suffumigium ad idem.

Recip iuæ, matricariæ, melliſſæ, ana drac. j. caſiæ ligneæ, cinnamomi electi, rubeæ tinctorum, ana ſcrup ij. gallæ moſchatæ drach. j. Fiat ex omnibus illis puluis ſubtilis, cum quo ſuffumigetur matrix hoc modo: Super carbones ignitos ponatur parum illius pulueris, & recipiatur fumus ad matricem per emborum, hoc pacto, vt pars lata ponatur ſuper carbones, ſtricta ad matricem. Idque fiat manè, & ſerò, ſtomacho ieiuno.

Pilula ad idem.

Recipe myrrhæ electæ, cinnamomi optimi, caſiæ ligneæ, ana drac ß, radicum dictami ſcrup. j Puluerentur ſubtiliter, & cum ſyrupo de artemiſia reformentur pilulæ vj pro drach. j. De quibus accipiat numero v. de mane, ante diem per horam. Confert etiam exhibere drachmam j. vel ſcrupulos binos theriaces antiquæ diſſoluendo ipſam in ſextante vini meracioris. Item ad idem confert exhibe

bibere drachmam j vel i.ß. radicis dictami albi tenuiter puluerati,diſſoluendo in aquę, aliàs vini, elixationis dictami, vnciis iij.vel iiij. Quod etiam ſummopere valet ad difficultatem partus. Ad idem valet ſumere ſtercoris accipitris, cinnamomi electi, ſubtiliter puluerati ana drach.ß. diſſoluendo in vino pleno,vt ſuprà.

Naſcale, ſeu peſſus ad idem.

Recipe ſucci mercurialis ℥.iiij In quo infundatur ſubſequens peſſarium, & imponatur matrici,& alligetur filum coræ,vt extrahi poſſit. Et cùm ſteterit in matrice per binas horas, extrahatur, poſtea clyſterizetur matrix, cum balneo ſuprà ſcripto.

Peſſarium de quo ſuprà.

Recipe gentianæ ſcrup.ij. colocynthidis, nigellæ,ana drach.j ß. carnium ficuum q.ß. ad incorporandum, & fiat cum ſucco linozoſtis, aut cucumeris aſinini peſſulus. Vel formetur peſſarium ex coto filatum, quod in prædicto, ſucco mercurialis imbibitum genitalibus imponatur.

Aliud ad idem.

Recipe gallæ moſchatæ, quantitatem caſtaneæ,qua infarciatur petia tenuis, ad formámque naſcalis reducatur, & locellis ſubdatur coxæ, vt prius, adalligatum.

Addit

Additamenta propria.

Regimen Augubij, pro vxore mea quondam ordinatum, dum menſtrua purgatione ad ſemianni ſpatium careret.

Primitus recipiat hoc lenituum.

Recipe electuarij lenitiui ℥. j. diaphœnici ʒ.ij.ß diſſoluantur cum aquæ boraginis, & lupulorum, ana q. ß. Fiat potio, quam capiat in aurora: & dormiat per horam, poſtea ſurgat, & ambulet. Die verò ſequẽti incipiat ſumere hos ſyrupos præparatorios: Recipe ſyrupi de artemiſia, oxymelitis ſcillitici, ſyrupi ſtœchaditis, rhodomelitis colati, ana ℥. ß. aquarum betonicæ, artemiſiæ, capilli Veneris, ana vnc j. Miſce. Capiat in aurora, & dormiat ſuper ipſum quantum poteſt. Et poſtquam acceperit quinq; ex iſtis ſyrupis, tandem ſexta die detrahat iiij. vel v. vnc ſanguinis ex baſilica brachij dextri. Deinde iterum proſequatur ſyrupos præordinatos, die ſequẽti, ita vt accipiat quinque alios, vt ſint in totum numero decem vel vndecim. Et deinde completis ſyrupis, ea die, qua compleuit, faciat ſibi phlebotomare ſaphenam dextri pedis, vel ſiniſtri, ſecundum quòd magis apparebit vena tumentior in vno pede, quàm in alio, & ſi vena nullo pede appareret, ponantur ſuper ipſam duæ, vel tres

ſangui

ſanguiſugæ,& extrahantur iterum iiij.vel v. vnciç ſanguinis. Demum quieſcat per diem, & poſtea accipiat hoc pharmacum: Recipe electuarii lenitiui drach.v.benedictę ſimplicis, diaphœnici, ana drac.j. ß Diſſoluantur cum decoctione florũ, & fructuum cordialium,addito modico epithymi. Et fiat potio, quam capiat per horam ante diem, & dormiat per ſpatium vnius horę,& tardet prandium per quinque horas ad minus. Quibus expeditis vtatur iſtiuſmodi electuario confortatiuo: Recipe diambræ completæ ℥ j ß. dia margariti ℥.j.diagalangii vnc.ij.conſeruæ boraginatæ & bugloſſatæ, ana drach.x. b.p. Et cum melle roſato colato q ß.fiat miſtura. De qua ſumat ad quantitatem caſtaneæ, per quatuor horas ante prandium. Et poſt ipſam bibat ſemũciam vini albi odoriferi. Quòd ſi ſentiat aliquando aggregari ſuperfluitates in ſtomacho, vel matrice, capiat de his pilulis.

Pilula matricales.

Recipe ſpecierum de benedicta, ſpecierũ hieræ ſimplicis,ana drach.ij. agarici præparati,pilularum aurearum,ana drach.j. Reformentur pilulæ cum ſucco caulium. De quibus capiat drac.j.pro vice,bis in menſe circa mediam noctem.

Pro matrice verò faciat iſta naſcalia.

Recipe radicum mercurialis optimè piſtatarum q. v. Poſteà radicantur ad formam digiti craſſi, & ſuperaſpergatur de puluere ſauinæ, vel ſi ea non adſit, de ſpeciebus bene dictæ ſimplicis, & inuoluantur in zirbo caſtratino, vel hœdino, vel alterius animalis, & ligatæ cum filo longo ſupponantur intra vuluam. Item pro regulatione diætæ, abſtineat ab omnibus cibis oppilatiuis, ſicut à paſtilibus, caſeo, & pellibus animaliũ, ac ipſorum ventribus, & aliis id genus. Vtatur ſæpius brodio cicetum rubeorũ, decocto cum radicibus petroſelini, fœniculi, & foliis ſaluiæ. Diſſoluendo parum in eo(ſi lubet antidati hæmagogi, & ſumatur calidè. Ex propriis adiectamentis, hæc ſunt vſitatiora.

Tragea ad ciendos menſes.

Recipe ſpecierum diamargariti drach ß. trochiſcorum de myrrha ſcru. j. ſauinæ ſcru. ij. pulegii, baccarum lauri, caſiæ ligneæ, vtriuſque ariſtolochiæ, ana ſcrup. j. cinnamomi electi ʒ ij. ſachari ℥. ij. ß Miſce, fiat tragea.

Digeſtiuum.

Recipe ſyrupi de artemiſia vnc. j ß. de eupatorio vnc. ß. aquarum vrticæ, ſaluiæ, matricariæ, ana vnc j. Miſce, fiat hauſtus, qui ſumatur in aurora calidus, circa protheſmiam.

Deinde fiat purgatio cum his catapotiis:

Recipe maſſæ pilalarum fœtidarum maiorum ʒ. ß. caſtorij ℈. ß. gran. v. xyloaloës gran. iij. trochiſcorum Alhandaal. gran. v. Miſce, cum aqua matricariæ fiāt pilulæ vij. & dentur de nocte.

Puluis pro fumigio ad idem.

Recipe veratri candidi drach. ß. opopanacis ſcrup. ij. rubeæ tinctorum, centaurii, foliorum rutæ, ana drach. ß. radicum artemiſiæ ſcru. ij. vel iij. Miſce, fiat puluis, cum quo fiat ſuffumigium pro orificio vuluæ.

Peſſaria ad idem.

Recipe ciclaminis, ſcammonij, colocynthidis, añ. ʒ. j. ſagapeni ʒ. ij. fiat peſſariū artę.

Aliud.

Recipe chalbanes, armoniaci, aſſæ fœtidæ, baccarum ſauinæ, ana drach. j. cum ß. q. ceræ fiat peſſarium.

Aliud.

Recipe abrotoni, galbani, myrrhæ candidæ, ſcammonii, cucurbitæ ſyluestris, ana, ʒ. i. ſerapini drach. ii. Fiat peſſarium cum cera ad hoc ſufficienti, & intingatur in oleo petrolei, & ſupponatur cum cautela.

Aliud.

℞ tanaceti, abrotoni, verbenæ, daphnidum, caſtorii, aſtoriciæ, ſingulorū ℈. ii. Fiat vt ſuprà. Bibat decoctum peucedani, lyguſtici, pæoniæ, manè, & ſerò calidè.

Alia

Alia cura ad idem experta.

Primò dentur aliquot digeſtiua ſic: Recipe ſyrupi de quinque radicibus, de calamentho, de pæonia, ana vnc. j. aquarum hyſſopi, peruincæ, liliorum conuallis, ana vnc j Miſce, detur in aurora calidè.

Poſt fiat euacuatio cum his pilulis.

Recipe pilularum de hiera picra, pilularum de ſerapino, & opopanaco, ana ℈. j. diagredii gran. ij. vel iij. Fomentur pilulæ ſeptem vel nouem, & dentur de nocte.

Vltimo propinetur hæc potio.

Recipe boracis, caſię ligneæ, ana ʒ. j. aquę capilli Veneris, q ſ. Detur in Neomeniis, vel circa ſtatum menſtruorũ terminum calidè.

De nimia expurgatione muliebri.

Cap. II.

Præternaturalem fluxum menſtruorum rubeorum hoc pacto curabimus

ALiquando accidit fluxus huiuſcemodi ſuperfluus propter nimiã debilitatem, & caliditatem ſanguinis, quæ fit à cholera miſta ſanguini. Vnde cholera ſanguinem exacuit, & ſubtiliat, orificia venarum aperit, propter mordicationem, quam tum facit. Idcirco remouendo cauſam eius, oportet bilem ipſam euacuare, & incraſſare ſanguinem. Primò dando videlicet digeſtiua,

quæ ſint choleræ & ſanguinis condenſatiua. vnde exhibe hoc digeſtiuum: Recipe ſyrupi de endiuia, ſyrupi de myrto, ana ℨ.vj. aquarũ plãtaginis, portulacæ, endiuiæ, ana ℥.; Miſce, & exhibeatur iſte potus ꝑ horá ante diẽ. Tandẽ poſt v vel vij. dies, accipiat infrà ſcriptam medicinã, choleræ euacuatiuã, & ſanguinis mundificatiuam. Recipe florũ boraginis, bugloſſæ, roſarum rubearũ, ana M.j. corticum myrobalanorũ citrinorũ ℥ ß ſeminis plantaginis ℨ.j. Bulliãt in ß.q. aquæ endiuię ad cõſumptionẽ medietatis: deinde coletur, colaturæ accipiatur q ß. ad diſſoluẽdum, electuarii de caſia ℨ.v. electuarii de ſucco roſarũ ℨ.j electuarii de dactylis ℈ iiij rhabarbarici electi ℨ. j. ſpicæ gran. iij. Rhabarbarum cum ſpica ſubtiliter pulueretur, & cum prædictis diſſoluatur, & fiat potus: qui dulcoretur cũ ſemuncia ſyrupi violacei, & propinetur calidus ante diẽ per horam, ſuper quem dormiat horarium. Dehinc ad quinq; horas ab abſumptione pharmaci prædicti, capiat lauarium ſequens: Recipe aquæ hordeaceę cotylas num ij. ſacchari ℥.j. vel j. ß. Facta purgatione veniamus ad ſtringẽtia fluxum, quorum quædam extra applicãtur, quædam intra. Fiant itaq; fomenta, balnea, illinitiones, & emplaſtra, inchoando primitiua à fomentatione hac, circa ſumen, & pectinem.

Fomen

Fomentatio reſtrictiua.

Recipe roſarum rubearum. ſumachii, foliarum plantaginis, balauſtiorum, malicorij, hypociſthidis, quercularum, foliorum cypariſſi, & nucularum eius, ana M.ß. Contundantur craſſo modo, & bulliant in ß. q. aquæ, & aceti, ita quòd acetum ſit ſubduplum ad aquam, & bulliat ad conſumptionem tertiæ partis, deinde infundatur ſpongia in prædicta decoctione, quæ fortiter expreſſa ponatur ſuper ſumen & dorſum, & ſic ter, vel quater fomentetur, poſt hæc detergatur locus, & inungatur cum infrà ſcripta vnctione.

Vnctio reprimens hæmorrhagian.

Recipe olei roſacei, myrtei, ana vnc. j. boli Armeni, ſanguinis draconis, acaciæ, ana ʒ. j. gummi Arabici, tragacanthi, ana drach. ß. roſarum rubearum ℈ j. Puluerabilia tenuiter puluerentur, & cum modica cera fiat vnguentum, quo vngatur ſumen & pecten.

Simplicia fluoris menſtrui cohibitiua.

Neotton, ſiue putamen, aut cartilago ouorum, quæ pullos gallinaceos excludunt, ſi pulueretur, & potui detur, nimiæ muliebriũ promanationi medetur. Puluis item cornu ceruini, radicis vel ſeminis nymphææ, incineratio ranarum viridium, radix verbaſci, & hippolapathi. Hæc ſunt quæ ſtringunt menſtrua.

Balneum, in quo ſedeat.

Recipe rerum ſuperiùs ſcriptarũ pro fomentatione, omnium, ana M. iij. Quæ bulliant in ſ. q aquæ ferratæ, ad conſumptionẽ tertiæ partis, deinde ſedeat in prædicta aqua tepida, vſque ad vmbilicum. Hoc balneum potentiſſimum eſt ad reſtringendum.

Ad idem linimentum à balneo.

Recipe aquarum roſarum vnc. v. albuminis oui conquaſſati, (aliàs aluminis Iamem, vel Iameni) olei roſacei, ana vnc j ß. antheræ vnc. j (aliàs aceti) boli Armeni, ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, ana drach. j. Pulverizentur iſta ſubtiliter, & miſceantur cum prædictis. Deinde accipiat pecias lineas, & infundantur in prædicto liquore, & ponantur partim ſuper ren partim ſuper ſumen.

Ad intra ad reſtringendum ſumat hoc electuarium.

Recipe conſeruæ roſarum antiquæ, diacydoniten cum ſaccharo ſine ſpeciebus, diatriaſandali, ana drach. vj. coralliorum rubeorum, coriandri præparati, cornu cerui deuſti, ana ſcrup. ij. aliàs gran. ij. ſeminis plantaginis, portulacæ, ana drach. ß. Pulverentur cum prædictis, & ſyropo roſato q. ß. reformetur electuarium. De quo ſumat manè, & ſerò, ante cibũ per duas horas, ad quantitatem caſtaneæ.

Puluis

Puluis expertus ad idem.

Recipe caryotarum, coralliorum rubeorum, coriandri præparati, ana drach. j. Fiat puluis ex omnibus, de quo recipe in vino ſtyptico, manè in crepuſculo diei, ſcrupulum vnum, aut alterum.

Ad idem in forma pilularum.

Recipe trochiſcorum de terra ſigillata, boli Armeni præparati, ana drach. ij. Puluerentur ſubtiliter, & cum ſyrupo roſato reformentur pilulæ numero x. De quibus ſumantur quinque numero, ante diem per horam. Hinc ad quatuor vel quinque dies reiteretur ſumptio earumdem pilularum, deuorando iterum quinas, vt ſuprà.

Ad idem aliud.

Recipe pilularum de bdellio ℈. ij. Fiant pilulæ quatuor vel quinque numero, & exhibeantur. Et ſi ſuprà ſcripta non conferunt, vtatur opiatis ſubſequentibus. Recipe pilularum de cynogloſſa ſcrup. j. & gran. iiij. Fiant pilulæ ternæ, de quibus ſumat alternatis vicibus vnam. Ad idem confert exhibere drach. ß philonii Perſici. Cuius deſcriptionem Meſueus in ſuo de Appropriatis, Cap. de fluxu ſanguinis ab ore. Quantum autem ad diætam, dimittat vinum potens, omnia acuta, omnia aromata. Et decoquantur cibaria ſua in aqua chalybeata.

Carnes ei conuenientes ſunt trunculi, vel pedes vitulorum, caſtratorum pullorum. Et eiuſmodi debent elixari: coquantur autem cum aqua chalybeata. Aues degentes in arboribus ſunt conuenientes. Fercula competunt ex oryza, milio, farre, & frumento, item legumina cocta. Vitet exercitium forte, potiùs quieſcat: iram, furorem, mœſtitiam, denique quicquid animum ſolicitare poteſt, ableget, ac dimittat. Hæc pro retentione, & econtrario etiam fluxu nimio menſtruorum rubeorum dicta ſufficiant.

Adiectiones propriæ.

EXVBERANTIAM menſium ſiſtit hic potus: Recipe aquarum burſæ paſtoralis, arnogloſſæ, ſanguinariæ, ana vnc. j. ß. In quibus diſſolue rob de berberis drach. iij. athanaſiæ. Nicolainæ, diaolibani eiuſdem, ana ℈. ß. Miſce, & detur potui frigidè.

Aliud.

Recipe radicum ſerpentariæ rubræ, ſeminis plantaginis, ana drach. j. ß. Puluerentur, & cum malo cotoneo aſſato, ſumatur drachma vna ex eo.

Aliud.

Vſnea mortualis, creſcens ſuper caluaria defuncti, puluerata, & cum puluere cretæ rubræ, hæmatitis, & nucleorum tamarindorum data, confeſtim ſiſtit fluorē fœmineum.

Potes

Potes ob meliorem ſaporem addere pulue-
rem ceratiorum, vel xyloceratorum.

Ad idem clyſtere ſtipticatiuum valens menſtruis retinendis.

Recipe vini nigri ſtyptici ℔ j vel ij. Et fac
cum eo bullire caſeum ſiccum, & admini-
ſtra. Mirabiliter enim ſtringit tam fluxum
inteſtinalem, quàm menſtruum.

Miſtura reſtrictiua.

Recipe diacydonitis ſimplicis ℥. ij cōſer-
uæ roſaceæ veteris vnc j. ß. coralliorū ℈ iiij.
trochiſcorum de karabe, de terra ſigillata.
ana ℈ ij ſpodij, lapidis hæmaticis, ana ℈. ß.
fiat miſtura cum miua cydonite, vel rob de
ribes. Doſis à drach ij vſque ad ſemunciam.

Tragea ad idem experta

Recipe ſpecierum diacameron ſcup. iij.
boli Armeni drach. ß. maſtiches, raſuræ ebo-
ris, coralliorum rubeorum, ana ℈. j. ſacchari
penidiati triuncium. Miſce, fiat tragea.

De curſu ſiue fluxu humiditatum albarum, ſeu de curſu matricis, ſecundum Auicennam.

Cap. III.

HViuſmodi fluxus poteſt euenire à tri-
bus cauſis principaliter, aut à toto, ſi-
ue ab hepate, & à capite, & matrice. A toto

prouenit, quando hepar debilitatur in ſanguificando, ita quòd non poteſt bonum ſanguinẽ generare. Sed generat ſanguinẽ aquoſum, qui tranſmittitur per femur ad matricem, ita quòd ex hoc fluxu quandoque ſequitur totius alleuiatio Si fuerit à capite: Quandoque multiplicatur humiditas in cerebro, per viam indigeſtionis, vel ex vaporibus eleuatis ad caput, ſeu cerebrum, & ibi conuertitur in aquam Quæ humiditas deſcendit per nucham vſque ad matricẽ, & ita euacuatur iſta humiditas per fluxum à matrice. Cuius ſignum eſt, grauitas capitis præcedens, & ſignificat repletionem capitis, & ſentitur manifeſtus deſcenſus humiditatis euidenter à parte poſteriori colli, ſi ſit à matrice. Tertiò poteſt prouenire huiuſmodi à matrice, per viam indigeſtionis, quãdo matris proprium ſuum nutrimentum non bene digerit. Nam illud mutatur in humiditates multas quas natura expellit ad extra. Cuius ſignum eſt, quia matrix ſemper humida inuenitur, neque nocumentum ſentit in toto corpore, ſiue in aliquo alio membro, excepta matrice. Huiuſmodi diſpoſitio eſt verenda, quia vt plurimum prohibet imprægnationem, & conceptum. Primò, quia humiditas matricis corrumpit ſemen, ſiue ſperma virile, & quia facit ipſum lubrificare ad dextra,

& non retinet. Tartiò, quia non poteſt conſtringi ſuper ſperma, & ipſum complecti, vnde Aphoriſmus: Quæcunquæ duras & frigidas matrices habent.

Cura à toto, vel ab hepate.

Fit hæc cura: Primò, deponendo, ſeu minorando materiã noxiã. Secundò, digerendo, & eradicando illam. Tertiò hepar confortando ſemper, vt poſſit bonũ ſanguinem generare. Minoretur ergo primò materia ſic: Recipe pilularum aggregatiuarum ℈ ij. agarici trochiſcati ℈.j. Miſce, ſiant pilulæ numero v. dentur ante diem per horam.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi de eupatorio, mellis roſati colati, ana ʒ.vj. ſyrupi de endiuia ʒ.ij. aquarũ abſynthii, capilli Veneris, cichorii, ana ℥.j. Vtatur his ſyrupis, vt aliis digeſtiuis. Deinde recipiat hanc medicinam ſolutiuã: Recipe florum boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, ana manip. ß. paſſulatum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana vnc ß ſebeſten num. viij. iuiubarũ x. abſynthii M. ß. ſpicæ ſcrup. j. Fiat decoctio in ß. q aquæ, ad excoctionem dimidii. Colati recipe quatta. ſemis, ad diſſoluendum, diacatholici drach. quinque, diaphœnici drac. vnam ß electuarij Indi maioris drac. ij. Miſce, fiat potus: qui dulcoretur cum modico melle roſato colato. Detur vt ſuprà.

Et poſt quinque horas açipiat tale lauatiuum: Recipe brodij pullini, caſtratini vel vitulini ℥. vj ſacchari rubei ℥. ß. Dabis hoc calidè potandum ægrotanti mulieri.

Alia medicina in forma pilularum.

Recipe pilularum Indarum ʒ. ß. aggregatiuarum ℈. ij. Reformentur pilulæ nu. v. vel vij. Si prouenerit à capite, minoretur materia ſic: Recipe pilularum fœtidarum, cochiarum, ana ℈. j Cum hieta reformentur pilulæ nu. v. Dentur in ſero poſt cœnam per duas horas. Deinde detur eiuſmodi digeſtiuum aliquot vicibus in aurora. Recipe ſyrupi ſtœchaditis, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana ℥ ß. aquarum betonicæ, meliſſæ, bugloſſæ, ana ℥. j. Miſce.

Eradicatiuum materiæ.

Recipe pilularum fœtidarum, cochiarũ, agarici trochiſcati, ana ʒ. j Fiant pilulæ nume. v. cum ſyrupo de ſtœchade.

Vnctio.

Vngatur nucha cum oleo coſtino ſerò, quando it dormitum. Item ponatur puluis ſequens ſuper coronalem commiſſuram calidus, amoueatur manè à capite, cum pectine. Et puluis eſt talis: Recipe corticum thuris, maſtiches, ſandarachæ, ſtœchadis Arabicæ, cubebarum, roſarum rubearum, ana ʒ. ß. Fiat puluis ſubtilis: adhibeatur vt ſuprà. Si à

matri

matrice, minoretur materia ſic: Recipe pilularum fœtidarum, pilularum de benedicta, ana ℥.ß. In alio codice ſic legebatur: Recipe pilularum fœtidarum ℥.ß. pilularum de benedicta, ℈.j Fiant pilulæ nu.v. & dentur manè. Deinde detur tale digeſtiuum: Recipe ſyrupi de artemiſia, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana ℥.ß. aquarum artemiſiæ, meliſſæ, adianthi, ana ℥.j. Miſce, detur tempore conſueto. Deinde euacuetur materia ſic: Recipe pilularum fœtidarum, aggregatiuarum, pilularum de benedicta, ana ℈ j. diagredii gra.j.ß. Reformentur pilulæ nu. vij. & dentur vt ſuprà. Factis iſtis intentionibus fortiſſima, ac præcipua ſit cura ad matricem mundificandum, & confortandum, quod fit hoc modo.

Confortatiuum, & mundificatiuum matricis.

Recipe mercurialis recentis, & parum piſtatæ, vt ſuccus veniat ad ſuperficiem herbæ, deinde cum filo (vt ſuprà) reducatur ad formam digiti auricularis, & fiat peſſarium, quod imponatur matrici, ita vt portio fili remaneat extra.

Aliud.

Recipe coti, quantum ſufficit ad faciendum ſuppoſitotium, ligetur cum filo, vt ſuprà: & inuoluatur in melle, & imponatur more ſolito. Poteſt etiam fieri clyſtere lauatiuum,

tiuum, taliter, vel tale: Recipe hydromelitis ℥.vj. mellis roſati colati ℥ ij. Miſce, & clyſterizetur eo matrix.

Vnctio circa ſumen, & pectinem.

Recipe olei linini, & ſpicati, coſtini, ana ℥ j. petię lineæ in tali vnguine infundantur, expreſſæque tandem applicentur.

Puluis pro peſſario ad idem.

Recipe ligni aloës, galangii, cinnamomi electi, gallę moſchatę, ana ʒ. j. Puluerizentur ſubtiliter, & cum aqua roſacea moſchata aſpergatur iſte puluis. Deinde ligetur in petia linea tenui, & ponatur in matricem. Stet in ea per horam vnam, aut alteram, imò trihorarium, vt tibi videbitur.

Adiectitiæ medelæ ad idem.

CONTRA fluxum meſtruorum alborum puluis expertus. Recipe boli Armeni pręparati ℥ ß polytrichi ʒ. ß. nucis moſchatę ʒ. ij caryophyllorum ℈ ij. Miſce, fiat puluis. Doſis a. ʒ. ß. ad ℈ ij vel iij. cum aqua ſanguinariæ, vel detur ſine aqua illa.

Vnguentum repreſsiuum vtriuſque fluxus muliebris.

Recipe olei myrthei, cydonitis, menthacei, ana vnc. ß. pulueris trochiſcorum de carabe, de ſpodio, de ſcoria ferri, ana ℈. j. ceræ candicatæ q. ß. Miſce, fiat vnguentum, quo

vngua

vngatur,& peſſarizetur locus.

Arcanum meum.

Propinetur aqua deſtillationis antheræ de roſis albis. Pòſt imponatur naſcale contextum ex erugine ferri. Et ſedeat mulier in decocto ſcoriæ ferreæ.

Præfocatio matricis. Cap. IIII.

TOtum regimen huius ægritudinis cõpletur quadriformiter, videlicet, Definitione, Cauſis, Signis,& Cura

Definitio prædicti morbi.

Eſt autem ea ipſa matricis præfocatio, nihil aliud, quàm aſcenſus quidam eiuſdẽ matricis verſus diaphragma, propter fumos, & vapores corrùptos, eleuatos à materiebus corruptis exiſtẽtibus in matrice: quia vapores veniẽtes ad cor & pulmonem ipſos adſtringunt, & adeô coanguſtant anhelitum, quòd aliquádo ſtrangulátur mulieres. Ideo præfocatio matricis ab accidente, vapores autem in matrice inflant corpus matricis,& propter talem inflationem attingit diaphragma, vnde coarctatur officina ſpirandi. Iſti humores aſcendunt ad pulmonẽ,& cor,& co anguſtádo meatus iſtos, & vias illas efflatio nis inducitur præfocatio. Aliquando aſcendunt ad cerebrum, & pariunt ſcotomiam, & vertiginẽ,& ſæpenumero etiam epilepſiam.

Aliquan

Aliquando petunt ſtomachum, & ingerunt nauſeam, & inclinationem ad vomendum, tamen non fit vomitus. Et fit vt plurimum eructuatio, propter quam vapores illi exhalant. Aliquando ad gulam, & videtur quòd mulier ſtrangulatu ſit interitura, & quãdoq; inflatur guttur: & propter hoc dicunt vulgò mulieres, quòd aſcendat matrix ad guttur, (quod tamen Galeno teſte fieri nequit.) Aliquando impetit ventriculũ, ſeu ſtomachũ laceſſit. Aliquando ad alia loca fertur. Quòd autẽ collũ pertingere nequeat, Anatomicis liquidò conſtat, quicquid vetulæ huius rei prorſus ignarę blatterẽt, quin potiùs vapores in cauſa ſunt, eleuati ſcilicet à matrice, eiuſmodi dolorẽ excitãtes. Quantũ autẽ ad cauſas videamus an cauſę pręfocationis matricis aliquando proueniant ex retentione ſanguinis menſtrui in matrice putreſcentis, à quo eleuantur vapores corrupti ad loca iam dicta. Aliquando prouenit ab aliis humoribus exiſtentibus in matrice corruptis, à quibus ſimiliter eleuãtur vapores. Aliquãdo à ſpermate corrupto, retento in matrice, à quo ſimiliter erumpunt vapores, ad prædicta iam loca. Signa autem, quòd ſit à retentione menſtruorum ſunt, quando ſolebat menſtruari, & nũc nõ menſtruat: ratio, quia eſt ſanguineæ complexionis, ſentit pondus

etiam

etiam circa pectinem. Et hora; qua ſolebat menſibus laborare, ſentit torſiones, & dolores circa partes materierũ (aliàs matricis.) Signa autem, quando fit à retentione ſpermatis, ſi quando mulier eſt iuuenis, & apta coitui, vel aſſueta cõcubitus, ſicut in viduis, & fortiter abſtinẽtibus, item in monialibus: in iſtis enim mouetur ſperma proprium ad matricem, & quando non licet exire, retinetur in matrice, & corrumpitur. Ideò inter cęteras præfocationes, iſta eſt deterior. Cauſa eſt, à qua poteſt prouenire, & eſt ab humoribus exiſtentibus in matrice corruptis: cuius ſigna ſunt, quia mulier bene menſtruatur, ſi vtatur coitu, quod ſignum oſtendit, non prouenire prępfocationẽ à retentione menſtruorum, vel ſpermatis. Hæc paſſio videtur magnam habere cõparationem, ſeu conuenientiam, cũ epilepſia. Attamen ſtrangulatus vteri, ab epileptico morbo nonnihil diſcrepat. Sunt enim ſigna amborum affectuũ diuerſa, & ſic diſtinctiua. Primò, quia in epilepſia fit ſpuma in ore, hîc verò non. Itẽ ſecũdò, quia epilepticus non audit, nec ſentit, nec intelligit: præfocata autẽ omnia hæc facit, ac patitur, niſi quòd non loquitur. Itẽ ab apoplexia differt per eadẽ ſigna. A lethargo quoque diſtat: cum hac enim eſt febris, cũ præfocatione non. Aliquando tamen prępfocata videtur

mortua, quantũ ad calorem lucidum. liueſcit enim vultus earum mulierum, & quia non mouentur. Quando autem medicus dubitat de morte, an ægrotans verè ſit pręfocata, vel enecta, aut mortua, recipiat cotum carminatum, ponendo ipſum circa os, & nares Si mouetur cotum, quando camera, in qua cubat, bene clauſa eſt, tunc certò portendit vitam. Item recipiat ſpeculũ terſiſſimè expolitum, & mundum, ponatur circa os, ſi inficitur, ſignum eſt vitæ. Quantum autem ad curam attinet, prouenit ex retentione menſtruorum, tũc prouocat menſes omni modo & ingenio. Vnde ſi adeſt repletio magna in toto, fiat phlebotomia, vt Auicenna xxij. tertii adſerit. per ea enim natura alleuiatur, propterea facilè expellit ſuperfluum ad inferiora, ſcilicet ad matricem. Et ita fit prouocatio. Poſt hoc per biduum fiat phlebotomia ſaphenę dextri lateris, ex qua quincunq; ſanguinis detrahetur. Deinde fiant omnia, quæ poſſunt prouocare menſes, tam per interiora, quàm exteriora, de quibus dictum eſt in capite de retentione menſtruorum. Ad intra dentur medicinæ ſuperiùs commemoratæ, in prouocando ſcilicet menſtrua. Fiant etiam fricationes fortes circa tibias, trahendo materias ad inferiora. Ponendæ ventoſæ in coxa, & ſub poplite in parte domeſtica.

Extra

Extra omnia applicentur, quæ dicta ſunt in capite de retentione menſtruorum. Si autem prouenit à retentione ſpermatis corrupti in matrice, tunc dimittatur phlebotomia & quæratur exitus ſpermatis illius à matrice. Conducatur ergo obſtetrix, quæ digitum ſuum intingat in oleo lilino, in quo diſſoluta ſit vna gutta de moſcho, & ponat digitum ſuum in matricem, eandem bene ſtimulando, quoniã ex hoc mouebitur matrix, & expellet ſperma retentũ. Quòd ſi habuerit maritum, ipſam vehementer ſubagitet, vt illud ſperma emittatur. Hoc enim affert magnum iuuamentum patienti Si verò humores corrupti exiſtentes in matrice, in cauſa ſunt, cura eſt eos euacuare, & primitus minorando, dein digerendo, pòſt eradicando, poſtremò confortãdo matricem. Minoratiuum autem eſt hoc: Recipe maſſæ pilularum de hiera Nicolai ʒ. ß. pilularum fœtidarum ℈. j. Fiãt pilulæ nu. v. Dentur ante diem per horam vnam. Mundificant matricem mirabiliter.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi de artemiſia, mellis roſati colati, oxymelitis ſimplicis, ana vnciam ſemiſſem, aquarum matricariæ, meliſſæ, bugloſſæ, ana ℥ j. Miſce, fiat potus præparatorius materię, qui exhibeatur in diluculo matutinali. Deinde detur medicina eradicatiua

talis : Recipe artemiſiæ,matricariæ,iuæ,boraginis,bugloſſę,ana M, ß. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana ℥.ß ſebeſten nume. viij. iuiubarum x. Fiat decoctio in ß. q. aquæ,ad conſumptionem medietatis. Colaturæ recipe q ß. ad diſſoluendum, diacatholici ʒ.v. eldctuarij Indi maioris ℈.ij. diaphœnici ℈.iiij. Miſce,fiat potus,detur vt ſuprà. Poſteà recipiat lauariuſi ex bordio pullino,& ſaccharo rubeo paratum. Confert inſuper exhibere hoc electuarium, quod eſt ſummum confortatiuum matricis, præſertim ſi prædicta vniuerſalia præceſſerint. Recipe diamargariti ʒ.j.ß. aliàs ponitur ℥.j ß. aromatici roſati ʒ. j. vel ℥.j. diamoſchi dulcis ʒ.ß.vel ℥ ß.Miſce,reformando fiat electuarium, de quo recipiat ad quantitatem caſtaneæ,ante prandium per quatuor horas, ieiuno ſtomacho. Fiat etiam hoc ſuffumigium ad matricem : Recipe ligni aloës,ſtyracis ſiccæ, picis nigræ, calami aromatitis, maceros, ana ʒ.ß. Pulueréntur ſubtiliter,& addito exiguo aquæ roſaceę,in qua diſſolutum ſit granum vnum moſchi, & fiat paſta, ex qua fiant pilulę ad magnitudinem lupinorum, & vna ex illis ponatur ſuper carbones ignitos,& recipiat fumum per infundibulum ad matricem, vt ſuprà capite de retentione menſtruorum.

Item

Item fiat peſſarium ad idem tale.

Recipe ſpecierum iamiam pro ſuffumigio ſuprà ſcriptarum, quæ diſſoluantur in aqua artemimiſiæ. Deinde fiat tẽta craſſa, ad quantitatem ſeu formam digiti maioris, & imponatur in dicto liquore, ſit tamen tenta ligata cum filo, & ſic imponatur matrici per duas horas.

Vnctio ad loca ſuminis.

Recipe olei liliacei, chirini, ana ℥ j. moſchi boni, electi gra. ij. ambræ tantundem, ligni aloes ℈. j Puluеranda puluerentur, & cum dictis oleis, & exiguo ceræ fiat vnguentum arte, quo inungantur loca pectinis, & ſuminis. Et continuè fiant ante cibum fricationes, & ponantur ventoſæ, ſine ſcarificatione in iiſdem locis.

Additamenta propria.

Pomum pro matrice.

RECIPE caſtorii ʒ. iij. aſſæ fœtidæ ʒ. ij. chalbanes tantundem, ceræ q. ſ. pro incorporatione, & fiat pomum, quòd valet tam in ſtangulatu vuluæ, quàm in epilepſia, naribus admotum: inferius autem diapaſma aliquod exhibeatur.

Puluis in præfocatione matricis expertus.

℞. radicum dictami, ſeminis bauciæ, añ. ʒ. j. cinnamomi electi, caſiæ ligneæ, meliſſæ,

ana ℈ ii.croci Orientalis ℈ ß. caſtorii pinguis, & recentis ℈.i Miſce, fiat puluis. Doſis eius ſit à ʒ. dimidiata, vſque ad integrã, cum aqua vricæ, maluæ, chamomillæ, myotidis vel chelidonii q. ß. Et detur potui ieiuno ſtomacho, vel quando ſentit matricem eleuari. Aliud experimentum do. Pauli Ricii Oeni pontani quondam Protomedici, in ſuffocatione matricis, epilepſia, & verminatione in forma vnctionis. Recipe allium nu.i. Incidatur per medium, & ſupra prunas ponatur, & addatur aloës hepatitis parum. Et ita ſuccus colligatur. Quo deinde hyſtericæ mulieris vmbilicus inungatur. Pulſus item, tempora, & nares. & ſtatim præfocata expergiſcitur. expertum. *Peſſarium ad idem.*

Recipe caryophyllorum, xyloaloës, ſtyracis calamitæ, ana ʒ.i. folii parum, moſchi, ambræ, ana ſcrup.i fiat puluis, & cum oleo ſpicæ odorifero fiat peſſulus cum ſindone, vel panno raro.

De apoſtemate matricis.

CAP. V.

Definitio.

EST tumor præter naturã, in ſubſtantia matricis exiſtẽs, cauſatus à materia vel humore præternaturali, in illa exiſtente. Diſtinguitur hoc apoſtema ex parte ſitus mate

riæ in matrice, quãdoque ex parte ipſius materiæ. Primò, quia aut eſt in fundo matricis, aut in lateribus, aut in collo eius. Secundò, quia tale apoſtema vel prouenit ex parte humorum, ſanguinis, phlegmatis, choleræ, vel aquoſitate, ſed hoc rarò fit.

Signa apoſtematis abſolutò, in matrice ſunt iſta.

Dolor circa pectinẽ grauatiuus, durities in tangendo, difficultas egeſtionis, & vrinæ: quia matrix eſt in medio inter inteſtinum rectum, & ipſam veſicam. Signum, quando apoſtema eſt in concauo matricis, vel cùm eſt in parte verſus inteſtinum rectum, tunc conſtringitur inteſtinum, vt non poſſint fæces excerni. Si autem eſt verſus collum veſicæ, comprimitur collum veſicæ, & ideo vrina non poteſt exire. Si in concauo, ſentitur grauitas, & duritia circa vmbilicum. Si in collo inferius, circa latus dextrum, & ſiniſtrũ ſentitur grauamen.

Signa humorum.

Apoſtema ſi fuerit à ſanguine, rubedo apparet in vrina, & craſſities. Vlterius ſi mulier eſt ſanguineæ complexionis, rubor emicat in oculis, & facit, &c. adſunt etiã alia ſigna, quæ oſtendunt dominatum ſanguinis.

Si à cholera.

Signa apparẽt choleræ, vt caliditas matricis.

Si à phlemate.

Signa eiuſdem apparent: Et quia ſæpe flu unt humiditates albæ, ſimiliter ex propriis ſignis patet.

Si à melancholia

Itidem indicia melancholicæ redundantiæ ſeſe produnt. Quandoque in matrice eſt apoſtema durum, ex melancholia, & dicitur ſcyrrus, non purum, (aliàs, ſephiros dictum) per admiſtionem choleræ, tunc apparet dolor ingens in locellis. Quandoque eſt ex adu ſtione choleræ, & tunc eſt cancer.

Signa cancri.

Carcinomatis in matrice generati ſignū eſt, dolor mordicatiuus, vt circa matricem, & caliditas intenſa, in tactu loci affecti ſentitur calloſitas indurata quaſi circunquaque, venę duræ ad tactum & nigræ, quæ ſunt ſicut venæ pedis. Et huiuſmodi apoſtema eſt perniciosum inter alia, quia ſi cancer in exterioribus eſt, difficilis curæ iudicatur: quantò magis in interioribus.

Cura apoſtematis ſanguinei.

Primò fiat phlebotomia de baſilica dextri lateris, quæ facienda eſt ad emiſſionem v. vel vj. vnciarum ſanguinis. Item in principio ponantur repercuſſiua talia: Recipe olei roſacei, myrtei, ana vnc. j. roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachii, hypociſthidis, boli

Arme

Armeni,ana drac j. Puluerabilia redigantur in puluerem tenuem. Et cum prædictis oleis miſceantur, & circa matricem fiat vnctio, infuſis petiis, & applicentur vbi oportet.

Fomentatio ad idem.

Recipe roſarum rubearum, balauſtiorũ, ſumachii, hypociſthidis, chamomillæ, añ. M. j. Contundantur craſſo modo pro fomentatione: & bulliant in ſemi q. aquæ, ad conſumptionem tertiæ partis. Deinde recipe ſpongiam, infunde in dicta decoctione. Quæ expreſſa ponatur ſuper pectinem, & cùm cœperit tepefieri, remoueatur inde. Pòſt in augmento apoſtematis, ponantur repercuſſiua cum reſolutiuis, vincẽtibus tamen repercuſſiuis. In principio igitur augmenti præcipuè fiat talis fomentatio: Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, roſarum rubearum, balauſtiorum, ſumachii, ana M j Conquaſſentur craſſiuſculè, & bulliant in ſ. q. aquæ, ſecundum artem fiat fomentum. Quo facto bis, vel ter, vngatur locus cum ſequenti vnguento: Recipe olei roſati, chamæmelini, anà vn. j. Infundantur petiæ lineæ in dicto liquamine. Quæ expreſſæ ponantur ſuper pectinem, & femur. Quum autem fuerit apoſtema in ſtatu, tunc apponantur reſolutiua temperatà: vt puta, Recipe chamomillæ, anethi, meliloti, ſeminis lini, fœnigræci, matricariæ, me-

 liſſæ,

liſſæ, ana M.j Contundãtur, & bulliant in ß. q aquæ, & fiat fomentatio. Deinde fiat hoc vnguentum reſolutiuum: Recipe olei liliacei, chamæmelini, ana vnc. ß matricariæ, artemiſiæ, pulegii, calamenthi, ana drachm. ß. Pulueranda pulueręntur, & cum modico ceræ fiat vnguentum.

Si apoſtema eſt choleſicum.

Tunc vrina apparet rubea, cũ aliqua craſſitiæ, quia cholera fluit cum ſanguine ad matricem: fiat ab initio phlebotomia, ſaltem diuerſiua, & baſilica dextra. Abhinc per duos dies detur hoc minoratiuum: Recipe electuarii de ſucco roſarum, electuarii Indi maioris, ana drach. j. caſiæ nouiter extractæ, vnc j. Diſſoluantur in aqua artemiſiæ, & capilli Veneris, ana q ß. ad diſſoluendum prędictas medicinas, fiat potus, qui condulcetur cum ſemuncia mellis roſati colati, vel (quod melius) cum ſyrupo violaceo.

Digeſtiuum.

Recipe ſyrupi violati, mellis roſati colati, ſyrupi acetoſi ſimplicis, ana ℥. ß. vel loco rhodomelitis ponatur tantundem ſyrupi de endiuia, aquarum ſeminum communium frigidorũ, meliſſæ, bugloſſæ, ana ℥.j. Miſce, detur calidè ad quinq; vel ſex dies, donec appareat digeſtio in vrina, deinde recipiat hanc medicinam: recipe florum boraginis,

bugloſ-

bugloſſæ, anethi, ana M.ß. paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſæ, ana vnciam ß. prunorum numero v. ſebeſten numero viij. ſeminum communium frigidorum drach. ij. Contunde, & bulliant in ß. q aquæ, ad conſumptionem medietatis. Colaturæ recipe q. ß. ad diſſolutionem, diacatholici, electuarii de caſia, ana drach. ij. electuarii de dactylis drach. j. ß. electuarii de ſucco roſarum drac. j. electuarij de pſyllio drachm. ß. Miſce, fiat potus, dulcoretur cum ſyrupo violarum, & exhibeatur.

Aliud in forma pilularum

Recipe pilularum aggregatiuarũ ſcrup. ij pilularum fœtidarum ſcrup. ß. rhabarbarici electi ſcrup. j ſpicæ gran. ij. aliàs ſcrupu. ß. Puluerizetur rhabarbarum cum ſpica ſubtiliter, & reformentur pilulæ nume. vij. cum ſyrupo violaceo, dentur vt aliæ priùs dictæ.

Euacuatione præmiſſa, detur hoc electuarium confortatiuum matricis, & membrorum deſeruientium ei: Recipe diamargariti vnc. j. ß. ſacchari violacei, diatrion ſandali, ana vnc. ß. Miſce, reformetur electuarium cum ſyrupo violaceo. De quo recipiat manè, & ſerò ad quantitatem caſtaneæ, quandiu durauerit.

Si apoſtema eſt phlegmaticum

Primò minoretur materia phlegmatica

in

in matrice exiſtens ſic: Recipe pilularum fœtidarum ſcrup.ij. Fiant pilulæ numero v. cum ſyrupo de artemiſia. Dentur ante diem per horas binas.

Digeſtiuum ad idem.

Recipe ſyrupi de matricaria, ſyrupi de duabus radicibus, oxymelitis ſimplicis; ana ℥.ß. aquarum artemiſiæ, fœniculi, bugloſſæ, ana vnc.j. Miſce, detur in crepuſculo diei. Facta digeſtione humorum, fiat eradicatiuum me tale: Recipe florum boraginis, bugloſſę, meliſſæ, ana M. ß. radicum fœniculi, petroſelini, ana drachm. j. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana vnc. ß. matricariç drachmam j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ ad conſumptionem medietatis. Calati recipe q. ß. ad diſſoluendum, diacatholici drahmas v. electuarii Indi maioris drachm. ij agarici electi ſcrupulos iiij. ſalis gemmei, zingiberis, ana grana iiij. electuarii eleſcoh drachmæ ß. Agaricus, & ſal gemmæ, cum zingibere infundunrur in oxymelite, per quinque vel ſeptem horas: pòſt fiat fortis expreſſio, & fiat potus. Cui adde mellis roſati colati vnc. ß.

In forma pilularum.

Recipe pilularum fœtidarum drachmam ß. pilularum aggregatiuarum, agarici trochiſcati, ana ſcrup. j. Miſce, fiant pilulæ.

Addit

Additamenta propria.

Vnguentum contra cancrum.

MORTIFICATO cancro, cum ſucco chelidonij, vel ſucco foliorũ oliuę, aut cum diacadmia, applicetur hoc vnguentum: Recipe ceruſſæ vnc. ß camphorę drach ij. plumbi vſti drachm. j. Abluatur iſta cum aqua roſacea quatuor vicibus, pòſt adde boli Armeni ʒ ß. ſucci ſemperuiui, olei roſati, & cerę dealbatæ q. ß. fiat vnguentum arte. Item eluatur matrix hoc enemate tam mitigatiuo doloris, quàm ſanatiuo. Recipe herbarum ſaniculę, ſaluiæ, conſolidę Saracenicæ. Item maioris, medię, & minimæ, bletæ ſylueſtris, betonicæ, agrimoniæ, gratiæ Dei, ſanamundi, millefolii, ana M. ß. Piſtentur parum, & bulliant in ß. q. aquæ lanceolatæ. Colaturæ recipe q. ß. pro vno clyſteri, cui adde vitellũ oui num. j floris lactis, olei maſtichini, irini, cyprini, roſacei, ana vnciam j. vnguenti populnei, dialtææ diſſolutorum, ana drac. j. Miſce, fiat enema matricale ſecũdum artem, & adminiſtretur per œtranchyton inſtrumentum. Poſteà per ſuppoſititiam maſſulam filatam immittatur hoc vnguẽtum mirè deſiccans, & ſine mordicitate perſanans apoſtema cancrorum. Recipe antimonij, æris vſti, lithargyrii, cadmiæ argenti, marchaſytæ ſeu chryſocol

ſocollæ,ceruſſæ votæ,balauſtii,aluminis,ſar cocollæ,corticum thuris, pompholygis, ana ʒ.j Conficiantur cum elęomagmate,hoc eſt fæce olei antiqui q.ſ. & addita cera alba fiat vnguentum arte. Oporret autem vt mundifi catum ſit priùs corpus bene, & euectus ipſe cancer. Aliud vnguẽtum,quo vtor in omnibus ſedis, & matricis hulceribus apoſtemoſis calidis,ſed recentibus potiſſimè, corruptis, & ſanioſis, gangrenoſitate tamen priùs amollita: Recipe rhodini, ceræ candicatæ, ana ʒ.vj.ſucci fructus vitę lupinę drach.iiij. ceruſſæ drach.j plumbi vſti & loti,pompholygis olibani, ana drach.j.liquefiat cera, & oleum, & deponantur ab igne, & alia ſubtiliter pulucrata,& cribellata ſimul omnia in mortario diutius commiſceantur:& deſuper ſuccus dictus infundatur,& ſine intermiſſione per ſex horas, cùm fuerit agitatum, permitte coagulari,& ſupernatantem liquorem proiice, & reſultabit quædã materia emplaſtica,qua vtere in prædictis caſibus. eſt enim mirabilis.

De præcipitatione, ſeu deſcenſu matricis. Cap. VI.

Definitio.

DEſcenſus matricis, eſt exitus eius ſeu prolēſio de loco ſuo naturali, ad inferiora:

riora: vnde (quum videlicet illa procidua videtur ac prominens) tantoperè fœminas vrget, vt aliquãdo vſque ad coxam delabatur. Cuius cauſa eſt humiditas relaxãs ligamenta matricis: Vnde corpus eius mouetur ad inferiora. Quandoque eſt cauſa ventoſitas, matricem impellens ad inferiora. Si hoc eſt ab humore phlegmatico, quod multotiens contingit, debemus purgare phlegma à matrice, & toto corpore. Vnde detur primò hoc digeſtiuum vna, vel, ſi res poſtulat, altera, atque altera vice: Recipe ſyrupi de ſtœchade, de matricaria, oxymelitis ſimplicis, ana vnc. ß. aquarum artemiſiæ, meliſſæ, ana vnc. j. Miſce, detur vt ſuprà. Celebrata digeſtione, detur hoc medicamentum ſolutiuum, ſub forma potionis: Recipe florum boraginis, bugloſſæ, matricariæ, meliſſæ, ana M. j. paſſularum enucleatarum, liquiritiæ raſæ, ana vnc. ſemiſ. ſtœchadis Arabicæ M. ß. aniſorũ ʒ. iſ. Fiat decoctio ſecundum artem. Colati recipe quartale ſemis ad diſſoluendum, diacatholici drachmas v. electuarij Indi maioris drach. ij. diaphœnici, electuari eleſcoph, ana drachm. ß. Miſce, fiat potus, dulcoretur cum modico mellis roſati colati. Et propinetur ex more.

Pilula ad idem.

Recipe pilularum fœtidarum, cochiarum,

ana

ana ʒ ß. Fiant pilulæ numero vij. Dentur vt ſuprà.

Fomentatio ad idem.

Recipe pulegij, calamenthi, origani, matricariæ, meliſſę, ana M.j. foliorum cupreſſi, & nucularum eius ſumachii, malicorii, ana M.ß. Contundantur craſſiuſculè, & bulliant in ß q aquæ, & in cocto illo, bis, térve infundatur ſpongia, quæ expreſſa ponatur ſupra matricem, ſic continuando ternis, ſeu quaternis (vt dictum eſt) vicibus: deinde exiccetur matrix, & vngatur iſto oleo calido: Recipe olei roſacei, myrtei, ana ℥ ß Miſce, quo vngatur matrix, & pòſt reducatur ad locum naturalem. Si matrix præcipitatur ad inferiora, ita quòd vuluam exeat, ante ventrem fiat fomentatio talis: Recipe origani, calamẽthi, mẽthaſtri, matricariæ, pulegii, ana M.j. Bulliant in ß q. aquæ, & vini, ſeu in poſca. Deinde molliatur cum hac decoctione, & fomentetur, pòſt exiccetur in panno calido, & vngatur cum iſto oleo: Recipe olei liliacei, myrtei, ana vnc ß Miſce, vngatur matrix, poſtea aſpergatur de ſeqnenti puluere: Recipe thuris, maſtiches, boli Armeni, myrtillorum, ſumachii, gallæ omphacitidis, ſeu quercularũ, capulorum roſarũ, acaciæ, ana drach. ß. Fiat puluis ſubtili, quo aſpergatur matrix. Deinde obſtetrix vngat manum ſuam, & ſuauiter impel

impellat matricem intro, (aliàs, ad ſuperiora). Mulier tamen priùs ſituetur reſupina, ita quòd teneat crura eleuata, vt obſtetrix poſſit reducere matricem ad locum ſuum. Poſteà ponat ventoſam magnam ſupra ſumen, & teneat ibi per vnam horæ quadram: qua remota ceratum illud apponatur, pilis tamen pube tenus priùs deraſis, ac tonſis. Recipe boli Armeni, ſanguinis draconis, hypociſthidis, ſumachii, ana ʒ. ß. roſarum rubearum, glandium, coralliorum rubeorũ, myrrillorum, ana ℈. ß. (aliàs ʒ. ß. Puluerentur, & cum pice, & reſina pinea q. ſufficit. fiat ceratum in forma quadrata, applicetur cum corio vel aluta ſuper ſumen. Si non habuerit beneficium ventris, fiat clyſtere purgatorium in hunc modum : Recipe chamomille, meliloti, aniſi, anethi, fœniculi, pulegii, ana M. j aliàs M. ß. Bulliant omnia in ß. q aquæ, modica bullitione. Colaturæ recipe ℥. xv. In quibus diſſolue ſacchari rubei ℥. ß. (aliàs ℥. iij. (hieræ, benedictæ, ana ʒ j. (aliàs ʒ. vj.) olei lilini ℥. iiij. ſalis communis ʒ. j. ß. Miſce, fiat enema. Vbi eſſet maior neceſſaria euacuatio, dentur pilulæ infrà ſcriptæ : ℞. pilularũ fœtidarum, aggregatiuarũ, ana ℈. ij. ß. Fiant pilulæ nu. v. & exhibeãtur, vt ſuprà. Si matrix ſiniſtrorſum vergat, id eſt, declinauerit ad leuam, tunc affigatur ad dextrã cu-

curbita, ratione diuerſionis. Et ſi ad dextram reclinata, ſeu præcipitata fuerit, præcipiatur fieri contrariũ: vt matrix reducatur ad ſuam ſedem, & locum ſuum naturalem ſeſe recipiat. Cætera mors intempeſtiua incomparabilis viri, videlicet Leonelli denegauit, & intercepit: ſed ne quid deforet, ſupplementum totius materiæ haurire licebit ex adiuncto codicillo muliebrium affectuum.

Additamenta propria.

EADEM ferè cura indiget matrix dislocata, qua procidens anus. in hac difficultate plurimùm valebit obſtetricũ opera, & induſtria. Equidẽ à nõnullis obſtetricãdi munus primũ auſpicãtibus hac de re conſultus, hoc dedi conſiliũ, & res proſperè ceſſit. Primò, vt re ſupinanti mulieri, priùs omni fæculẽtia tã excrementorũ, quàm lotii depoſita, leui manu maſtichino oleo delibuta vterũ reponãt. Si verò is propter induratam extuberãtiam intropelli nequeat, ſeſſione facta in decocto myrti fomentẽt, aut balneẽt, dein ſubſequẽti ſuffumigatione locum foueant, & tum demum procidentẽ hiſterã priſtinæ ſedi reſtituant, ac ſtrictius ſubligẽt, ac faſciẽt. Eſt autẽ ſuffitio talis: ℞ aſpalathi ʒ. ij. boliti, ſeu ſtercoris bubuli, melius vaccini ʒ. j. Quę trita miſceantur pro fumigio. Et ſi applicetur

plicetur illud emplaſtrum poſtquam matrix in locum ſuum fuerit rurſus collocata, tenaciùs hæret, ac firmiùs perſtat, nec ſinit eam deſcendere. Recipe olibani, maſtiches, opopanacis, galbani, ſerapini, terebinthinæ, ſtyracis liquidæ, picis aridæ, ana drac. j. vel vnc. j. ceræ parum. Fiat emplaſtrum arte, apponatur ante, & retro, & faſciis ſuſpenſis circumnectatur, & reuinciatur. Nicolaus aſſerit, ouum gallinæ fœtidum, ſeu putidum, ſuppoſitum cum reticulo tenui, vel carpta lana ſubitò matricem procidentem reducere. Tamē caueat mulier olfactum iſtius graueolentiæ. Quin potiùs interim odoret res odoras, ac delectabiles.

Potus in diſlocatione matri cũ expertus poſt vniuerſaliora.

Recipe ſeminis paſtinacæ domeſticæ ʒ. j. Contunde, & da cum vino bono.

Alius potus ad idem.

Recipe foliorũ myrti, pulueris cornu ceruini, ana ʒ j. Detur in potu: & confeſtim retrahetur matrix. Eandem denique retinet puluis iſte, poſt impoſitionē inſperſus, ſi cũ ſubligaculo, ſeu pulmacibus locus cõplicetur, ac colligetur. Recipe gummi lentiſcini, thuris nucularũ cupreſſinarum, antimonij, malicorii, balauſtii, balani, Iouialis, ana ʒ. ij. Miſce, fiat puluis, & vtere vt dictum eſt.

Eiuſdem Leonelli, de Febribus Fragmentum.

Cum propriis appendiculis interiectim appoſitis.

ORIGO ſiue materia febris in genere, eſt ex abundantia quatuor humorum. Nam ex redundantia ſanguinis generatur febris continua. Ex ſuperfluitate bilis gignitur πυρετὸς τριταῖος, id eſt, febris tertiana. Ex dominatu nimio phlegmatis, ephemerina, ſiue quotidiana prouenit. Febrem verò generaliter ſic definiunt. Medici, quòd ſit calor innatutalis, ſupergrediens naturam, ſuóque lædens effectu. Ea (inquiunt) ſanatur itidem quadriformiter, hoc eſt, quatuor modis: videlicet ſudore, vomitu, venæ ſectione, & pharmacis, aliqui addunt, ſomno. Galenus aſſerit febres ſanguineas, aliis eſſe ſimpliciores, de differentiis febrium, lib. 2. cap. 8.

Aſsignatio aphoriſmorum Hippocraticorum, de febribus loquentium, ſcitu per quàm neceſſariorum.

1 PAROXISMOS, & conſiſtentias morbi

indicabunt, & anni tempora, & circuituum febrilium ſucceſſiua incrementa. Aphoriſ. 12. lib. 1.

2 Qui creſcunt plurimum habent innatum calorem, &c in fine. Et propter hoc & ſenibus non ſimiliter febres fiunt acutæ, frigidũ enim habent corpus. Aphor. 14. lib. 1.

3 Acutæ ægritudines in ſemimenſe, hoc eſt XIIII. diebus iudicantur, quod & de febribus intellige. Aphor. 23. lib. 2.

4 Æſtiuæ quartanæ & multùm ſunt breues. Autumnales verò longæ, maximè verò quæ ad hyemen coniunguntur. Aphor. 25. lib. 2.

5 Febrem in ſpaſmo melius eſt fieri, quàm ſpaſmum in febre. Aphor. 26. lib. 2.

6 Febricitãtibus non fortiter, neque omnino in ſuperficie permanere, & nihil minuere corpus, aut tabeſcere magis, cò ꝙ ſecuudum rationem fit malum eſt, hoc enim longitudinem ægritudinis ſignificat, hoc autem imbecilitatem. Aphor. 28. lib. 2.

7 Circa principia, & fines, omnia imbecilliora circa ſtatus omnia fortiora, qui de febribus intelligendus eſt, &c. Aphor. 30. lib. 2.

8 In morbis minus periclitantur ægrotantes quibuſcunque propriæ naturæ, & ætatis, habitudinis, & horum ægritudo ineſt magis quàm quibus non propria ſecundum aliquid horum ineſt. Aphor. 34. lib. 2.

9 Cùm æſtas ſit veri ſimilis, ſudores multos in febribus expectare oportet. Aphor. 6. lib. 3.
10 In ſiccis temporibus, febres acutæ fiunt, & ſiquidem annus talis exiſtens amplius fuerit, qualem conſtitutionem fecerit in pluribus, & tales ægritudines expectare oportet. Aphor. 8. lib, 3.
11 In autumno acutiſſimæ fiũt ægritudines, & maximè mortiferæ, vt in pluribus. Ver verò ſuauiſſimum, & minimè mortiferum: quos duos etiam de febribus intellige. Aphor: 9. lib. 3.
12 De temporibus ſi quidem hyems ſicca, & borealis fuerit, ver verò pluuioſum, & auſtrinum, neceſſe eſt æſtate febres acutas, & opthalmias, dyſenterias fieri, maximè mulieribus, & humidis natura. Aphor. 11. lib. 3.
13 Æſtate verò quædam horum, & febres continuæ, & cauſon, & tertianæ plurimæ, & vomitus, & diarrhœæ, & oculorum, & aurium dolores, oris hulcerationes, & pudendorum putredines, & deſudationes ſubſequuntur. Aphor. 21. lib. 3.
14 Quibuſcũq; in febribus ſexto die rigores fiũt, difficile iudiciũ ſequitur. Apho. 29. lib. 4.
15 Laborioſis, ſeu laſſitudinẽ habentibus in febribus in articulos, & circa maxillas poriſſimùm abſceſſus fiunt. Aphor. 31. lib. 4.
16 Febres quæcunq; non inter mittentes, ter

tia

tia die fortiores fiũt,magis periculoſę. Quocunque autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur. Aphor.43.lib.4.

17 Quibus febres longæ, his tubercula, vel labores in articulis fiunt. Aphor.44.lib.4.

18 Si rigor incidat febre non deficiẽte, ægro iam debili, lethale eſt. Aphor.46 lib.4.

19 In feblibus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores vruntur,& ſitim habeat, lethale eſt. Aphor.48.lib 4.

20 Quibus tubercula, vel in articulis labores ex longis febribus fiunt, hi pluribus vtuntur cibis. Aphor.45.lib.4.

21 In febre non intermittente, ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, nõ videat, vel non audiat iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. Aphor.49.lib.6.

22 Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale. Aphor.50.lib.4.

23 In febribus, abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant. Aphor.51.lib.4.

24 Quicunq; in febribus vel in aliis morbis ſponte illacrymant, nihil abſurdum: qui verò non ſponte, abſurdius. Aphor.52.lib.4.

25 Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres.

Aphor.33.lib.4.

26 Ex ſanguinum tumoribus, febres omnes malæ præter diarias. Aphor.5.lib.4.

27 Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malũ. Prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem. Aphor.56.lib.4.

28 A febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio. Aphor.58.lib.4.

29 Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, quod tẽpus lõgiſſimũ eſt, iudicatur. 59.lib.4.

30 Quibus in febribus aures obſurduerũt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum. Aphor.60.lib.4.

31 Quibus in febrib⁹ quotidie rigores fiũt quotidie febres ſoluuntur. Aphor.63. lib.4.

32 Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimũ accidit, malũ Apho.62. lib 4.

33 Quibus in febribus morbus regius, ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum: niſi dextrũ ilium obduruerit. Si verò non, non bonum. Aphoriſmo.64.lib.4.

34 In febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor, malum. Aphor.65.lib.4.

35 In febribus, ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malum. Aphor.67.lib.4.

36 In febribus ſpiritus offendens, malum.

Conuul

Conuulſionē enim ſignificat Apho.68.lib.4.
37 In acutis febribus conuulſiones,& circa viſcera dolores fortes,malū. Apho 66 lib.4.
38 Quibus in febribus ardētibus tremores fiunt,delirio ſoluuntur.Aphor.26.lib.6.
39 In acutis paſſionibus, quæ cū febre ſunt luctuoſa ſuſpiria,malum. Aphor.54.lib.6.
40 Sudores febricitanti ſi inceperint boni, & tertio die,quinto, ſeptimo, nono, vndecimo, quartodecimo, decimoſeptimo, vigeſimo, vigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto. Hi enim ſudores iudicant morbos. Qui verò non ita fiunt, laborem ſignificāt, & morbi longitudinem, ac recidiuam. Aphoriſmo 36.lib.4.
41 Victus tenuis,atque exquiſitus, in morbis quidem longis ſemper:in acutis verò, in quibus non conuenit,difficilis. Et rurſus qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt,graues ſunt. Aphor.4,lib 1.
42 In tenuivictu ægri delinquūt,quo fit vt magis lædantur. Quicunq; enim error committitur magnus,maior in hoc fit, quàm in paulò pleniori victu,propterea etiā ſanis periculoſus exiſtit valde tenuis, conſtitutus, & exquiſitus victus, quoniā errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus,atq; admodū exquiſitus, eo qui ſit paulò plenior, ma-

gis vt in pluribus periculoſus. Aphor.5.lib.1.

43 Extremis morbis extrema exquiſitè remedia, optima ſunt. Aphor.6.lib.1.

44 Vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Vbi verò non, ſed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quantò morbus extremus eſt mollior. Aphor.7.lib.1.

45 Quãdo morbus in ſuo vigore conſtiterit tũc victu tenuiſſimo vtendũ eſt. Apho.8.lib.1.

46 Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid priùs ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat, aque hebeteſcat. Aphor.9lib.1.

47 Quibus igitur ſtatim morbus conſiſtit, his ſtatim tenuis victus adhibendus eſt. Quibus verò poſterius debet coſinſtere, his & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud cibus ſubtrahendus, priùs verò vberius agendum, vt æger ſufficiat. Aphor.10.lib.1.

48 In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare, nociuum eſt. Et quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet. Aphor.11.lib.1.

49 Senes facillmè ieiunium ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſtitutam habent minus adoleſcentes: omnium minimè pueri, præſer

præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores. Aphor. 13. lib. 1.

50 Qui creſcunt, plurimùm habent calidi innati. Plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus aſſumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egent, qui à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus. Aphor. 14. lib. 1.

51 Ventres hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi, quare per ea tẽpora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt, vnde & pluribus egent alimentis, indicio ſunt ætates, & athletæ Aphor. 15. lib. 1.

52 Victus humidus febricitatibus omnibus confert, maximè verò pueris, & aliis, qui tali victu vti conſueuerunt Aphor. 16 lib. 1.

53 Et quibus ſemel, aut bis, & quibus plurá. ne an potiora particulatim oporteat aſſerre, conſiderandum. Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & conſuetudini. Aphor. 17. lib. 1.

54 Æſtate, & autumno cibos difficilimè ferunt, hyeme facillimè, ſecundum locum ver habet. Aphor. 18. lib. 1.

55 His qui ꝑ circuitus acceſſionẽ habent, nihil dare oportet, neq; cogere, ſed ſubtrahere

adiectioni ante iudicationes. Apho. 19. lib. 1.

De Cura febris ſanguinea.

Cap. I. Digeſtiuum.

Recipe ſyrupi de endiuia ℥.i. ß. bugloſſati ℥.ß. aquarum lupulorum, endiuię, bugloſſæ, ana ℥.j. Miſce, detur in aurora.

Aliud digeſtiuum.

Recipe ſyrupi acetoſi ℥ j ß. de endiuia ℥. ß. aquæ deſtillationis humuli, endiuiæ, acetoſæ, ana ℥.j. Miſce, vtatur vt ſuprà.

Aliud præparatorium noxij humoris.

Recipe ſyrupi, vel potionis acidæ ſimplicis ℥.j.ß. de endiuia ℥ ß. aquarum taraxaconis, cichorij, violarum, ana ℥.j. Miſce.

Aliud.

Recip. ſyrupi violati ℥.i. ſyrupi de endiuia ℥.ß. aquarum boraginis, nenupharis, acetoſæ, ana ℥.j. Miſce, vtatur modo prædicto.

Aliud.

Recipe ſyrupi roſati ℥.ß. nenupharini, vel de cichorio, oxyſacchare, ana ʒ.vj aquarum acedulæ, roſarum, violarum, ana ℥.j. Miſce, ſumatur vt dictum eſt.

Digeſtiuum, vbi eſt oppilatio ex tenaci pituita.

Reci. ſyrupi abſynthitis, Byzantini. oxymelitis compoſiti, vel ſyrupi acidi compoſiti, ana vnc. ß. aquarum hyſſopi, betonicæ,

rubeæ

rubeæ,eupatorii,ana ℥.j. Miſce.Capiat in diluculo matutinali. Ante ſyrupos & medicinam in hac febre, fiat phlebotomia dextri lateris ex baſilica,ad quincuncem ſanguinis, de ſero,aut vigeſimaſecunda hora ℥. iij. vel iiij. melius eſt enim reiterare quam exquiſitè euacuare.Deinde da medicinam ſanguinis mundificatiuam , vt:Recipe caſiæ nouiter extractæ ℥ ß. electuarii lenitiui , diaprunis ſolutiui, ana ʒ. iij.electuarii de dactylis ʒ. j. Diſſoluantur in decoctione florum , & fructuum, & fiat potus.

Dilutum pro nobilibus, & delicatis.

Recip.rhabarbari electi ʒ. j.ſpicæ gra.iij. Fiat infuſio ſecundum artem in aquis videlicet,boraginis,violarũ, acetoſæ, vel maluæ, ana q.ß.Deinde fiat fortis expreſſio. Cui adde diacatholici ʒ.vj.electuarii de ſucco roſarum,diaphœnici,ana ʒ ß. Diſſolue in decoctione florũ,& fructuũ. Fiat potio ſanguinis purificatiua, & laxatiua prauorũ humorum.

Syrupus in febre quotidiana de phlegmate naturali.

Reci.radicum petroſelini, fœniculi, apii, carui,aniſi,leuiſtici, ſileris montani, ocymi, ameos,maioranæ,ana ℥.j.polypodii ʒ. ij. agarici,turbith,eſulæ,℥.iij.chamædrios, bruſci , aſparagi, cinnamomi,caſiæ ligneæ , ana ℥. ß.herbarum cichorii , ſcolopendrii, poly-

trichi

trichi abſynthii, calamenthi, origani, hyperici, ana M. ß. ſachari, vel mellis, quantum ſufficit. Fiat ſyrupus arte.

De Tertiana pura.

Cap. II.

ANte omnia fiat lenitio ventris cum clyſteri, ſi aliàs caruerit beneficio vẽtris, & hoc omni die.

Clyſtere.

℞ mercurialis, matris violarum, hordei, ana M. j. Fiat decoctio, de qua recipe ℔. j. ß. vitelli vnius oui, ſalis ʒ. ij. vel iij. ſacchari rubri, mellis violacei, añ. ℥. j. ß. olei violati ℥. iij. caſiæ medulloſæ ʒ. vj. Miſce fiat enema.

Digeſtiuum præmiſſo clyſteri.

Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥. j. ſyrupi de endiuia ℥. ß. aquarum bugloſſæ, endiuiæ, ana ℥. ij. Miſce, detur hora conſueta. Medicina pro lautioris fortunæ homine, poſt ſyruporum acceptionem: Recipe rhabarbari electi ʒ j. ſpicæ gra. iij. Fiat infuſio ſecundum artem in aquis cordialibus q ℥. per ſex horas ras, vel diutius, deinde fiat fortis expreſſio. Cui adde electuarii leniitiui ʒ. vj. vel mannæ tantundem. Miſce, fiat potio cum decoctione florum, & fructuum. Si patiens non ſit valde diues, detur ei talis medicina: Recipe electuarii de ſucco roſarum

vnc.

vnc. ß. caſiæ nouiter extractæ vnc. j. Diſſoluatur in decocto florum, & fructuum.

Aliud.

In aqua decoctionis quatuor ſeminum frigidorum, puta citruli, melonum, cucumeris, cucurbitæ, reſoluatur medulla caſiæ fiſtularis, & tamarindorum, ana ℥. j vel ß & in colatura admiſceantur rhabarbarici electi puluerati drachmæ binæ, ſpicæ ſcrupulus dimidiatus, & ſumatur in mane.

Aliud lenificatiuum ad choleram educendam, & feruorem febrilem reprimendum.

Detur tamarindorum ℥. j. vel ß. cum ſucco marathri, endiuiæ, vel apii, vel ſero caprino, adminiſtrando ieiunè. Si corpus eſt durum & ruſticum, propinetur hæc potio: Recipe diapruni ſolutiui, electuarii de ſucco roſarum, ana ʒ. ij. diacatholici ℥. j. Diſſoluantur cum decoctione florũ, & fructuum, detur hora competenti. Quoniam cum febre cholerica complicatur dolor capitis plerunq;, ideò faciendum erit tale defenſiuum: Recipe olei roſati ℥ ij. aceti roſacei ℥ ß Miſce, fiat oxyrhodinum.

Vel ſic.

Recipe albumen vnius oui, aquæ roſaceę, rhodini, aceti roſati ℥. j. vel ß. Miſce, fiat oxyrhodinum.

Epit

Epithema meum expertum, & eſt vice oxyrhodini.

Recip aquarum cucurbitinæ,roſaceę,ana ℥.iij.violaceæ, nenupharinæ,ana ℥.ij. Miſce cum albumine ouali, rhodino, & aceti momento ad penetrandum,& infuſa petia in tali liquamine applicetur fronti.

Aliud oxyrhodinum.

Recipe ſucci plantaginis ℥. j. ſandali rubei ℥ j.olei roſati ℥.ij aceti roſacei ℥.j Miſce, & applica. Dolore iſto perſeuerante, poſſunt apponi ventoſæ in ſpatulis. Si ventoſæ facerent ægritudinem,fiat ſcarificatio in cute: ſi caro non ſit nigra,non fiat ſcarificatio. Solet etiam huic ægritudini renum dolor accidere, cui ſic medendum erit: Recipe vnguenti roſati ℥. j. infrigidantis Galeni ℥. ß. Miſce, fiat vnctio pro renibus.

Vel ſic.

Rec.miracopi populnei ℥.j. Et fiat vnctio.

Aliter.

Recipe ſucci plantaginis vnc j.albuminis vnius oui olei nenupharini vnc.j. Miſce fiat vnctio pro renibus. Si iſta non contulerint, vel non ſuffecerint ad nephritidẽ, fiat ſequẽs fomentum: Recipe aquarum acetoſæ, endiuiæ,ſolatri,ana ℔.j. Et cum ſcariato fiat fomentario Et poſtea cũ ſuperioribus vnguentis vngantur loca renũ. Siti exiſtente nimia, ſi om

ſi omnia conſentiunt, & ſi febricitans eſt iu uenis, & fortis, & habet ſtomachum non imbecillem, & fortitudinem viſcerum, & antè non ſit paſſus apoſtema ſtomachi, & ſit aſſue tus bibere aquam, & non ſit ſplencticus, & tempus ſit calidum, tunc detur ei aqua fontana, quantum bibere poſſit. Sin cætera non conſentiunt, fiat huiuſmodi potus: Recipe aquæ endiuiæ, acetoſæ, bugloſſæ, nenupharis, ana ℔. ß ſacchari finiſſimi ℥.iiij. ſyrupi de acetoſitate citri ℥ j ß Miſce, fiat iulep longum, ſecundum artem: quo completo ſæpius de ipſo bibat

Item ſubinde teneat in ore de partibus cucumeris, vel de partibus Damaſcenorum prunorum, malorum granatorum, vel portionem pomorum bene aſperſorũ in aqua, vel poteſt fieri ſub alia forma iulep talis: Recipe aquarum endiuiæ ℔ j. acetoſæ, hepaticæ, bugloſſæ, ana ℥.iiij. vini granatorum ℥.iij Fiat iulep ſecundum artem.

Electuarium Adipſon, bonum ad idem.

Recipe tamarindorum ℥ j. ß. ſacchari albiſſimi ℥ ß. iulep violacei ℥ j. Miſce, fiat electuarium arte, de quo ſæpe teneat modicum in ore ad lambendum. Inſtantiæ vigiliarum, ſi patientem moleſtent, ſic curentur: Primò fiat vnctio circa tempora, & alias partes capitis, cum vnguento populneo.

Vel ſic.

Recipe ſeminis papaueris albi ℥ j. ß. vnguenti populnei ℥.j. olei nenupharini ℥. ß. Miſce, fiat vnctio frontis, & temporum.

Aliter.

Recipe lactucarum, foliorum ſalicum, corticum papaueris albi, florum nenupharis, chamomillæ, violarum, ana M j. fiat decoctio, & in iſta fiant lotiones.

Curæ tertianæ puræ.

Cap. III.

INtentio circa diætam & res non naturales. Prima eſt, adminiſtratio debiti regiminis, quod debet eſſe frigidum & humidũ: Cibus craſſior in principio, ſubtilis in ſtatu. In principio detur panatella per duos dies, ſaltẽ cõſtante robore, nec debemus in principio admiſcere ſemina communia. Vinum non ex toto prohibeatur, ſed diluatur multa aqua cocta ſine hordeo, per biduum debet fieri panatella cũ brodio pulli, & ſeminibus cõmunibus, ſtãte virtute: ſed ſi virtus fuerit debilis dẽtur oua ſorbilia. Si autẽ eſſet intẽtio infrigidandi, & humectandi, procedatur ſubtiliando in ſtatu diętã. Motus eſt vitãdus licet in die quietis poſſit aliqualiter exerceri. Sõnus nocturnus cõpetit: vitetur omnino diurnus. Accidentią animi quã maximè vitanda

tanda. Altera intentio conſiſtit in lenitione ventris, quæ fieri poteſt hoc pacto: Recip. caſiæ nouiter extractæ, bonę, pinguis vnc.j. ſacchari q. ß. fiat dactylus. Deinde recipe aquæ endiuiæ ℥.ij. Sumat dactylum in mane, poſt cuius aſſumptionem bibat aquam endiuiæ.

Vel ſic.

Recipe caſię ℥.j. vel ʒ.vj. aquarum cichorii, vel endiuiæ q. ß. ad diſſoluēdam cauſam, fiat potio. Et valet loco dactyli.

Vel ſic.

Recipe mannæ ʒ.vj. ſyrupi violati vnc. ij fiat potio.

Enema pro tertionariis, & aliis febricitantibus.

Recipe mercurialis, bletæ, matris violarum, maluæ, ana M j. foliorum ſenæ, polypodii, ana ℥.j. decoquantur in aquæ ℔. j. ß. ad conſumptionem ferè tertiæ partis: coletur, colato admiſceatur caſię fiſtularis extractæ ℥.j. benedictæ lauatiuæ ℥ ß. olei violati, anethini ſingulorum ℥. j. ſalis gemmei ʒ. ß. Miſce, & fiat enema.

Aliud clyſtere ad idem.

Reci. foliorum violarum, maluæ, hordei, ana M j. ſiclæ, mercurialis, ana M. ß. Si vis facere fortius, adde foliorum ſalicum, nenupharis, ana pugillos iiii. Bulliant, & de iſta decoctione recipe libr. I. diſſoluendo in ea

caſiæ ℥ ß. vel ʒ. vj. ſacchari rubei ℥ ß olei communis ℥. ij vel iij. ſalis communis cochlear.j. Fiat enema.

Regula.

Non cibetur infirmus, niſi euacuetur venter à fæcibus, & fiat cibario per nouem horas ante paroxyſmum. Et ſi timetur oppilatio, apponatur in cibo radix fœniculi. Tertia intentio perficitur primùm digerēdo ſic: Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥ j ß. de endiuia ℥. ß. oxyſaccharæ ʒ. ij. Si materia fuerit acuta, diluantur cum aquis cichorii, acetoſi, lupulorum, ana ℥. j. Miſce, detur quinis vicibus aut pluries.

Prouocatio vrinæ.

Recipe ſyrupi acidi ſimplicis ℥. j. lactis ſeminum communium ℥. ß. aquarum endiuiæ, humuli, ana vnciam vnam ß. Detur tempore apyrexiæ, vel poſt paroxyſmum per quatuor horas.

Euacuatio ſit talis.

Recipe electuarii pſyllitici, roſati laxatiui, ana ʒ. ij. Eliquentur cum ß q. aquæ cichorii, & fiat potio.

Alia potio ad idem.

Recipe caſiæ pinguis ℥. ß. rhabarbari electi ʒ. j ß. ſpicę, ſquinanti, ana gran ij. aquarum cichorii, lupulorum, ana q. ß. Miſce, & fiat potio.

Vel ſic.

Recipe rhabarbarici electi ℥.j. ß.ſpicæ, ſquinanti, ana gran. ij. Formentur pilulæ nu. vij. pro drachma, cum electuario de ſucco roſarum, & dentur in mane.

Aliæ pilulæ nobiles ad idem de rhabarbarico, ad omnes febres, aurriginem, & cachexiam.

Recip. turbith. electi vnc. j. agarici, aloës, rhabarbari omnium electorum, corticum myrobalanorum citrinorum kebulorum bene gummoſorum, ana ℥. ß. foliorũ menthæ, abſynthij, eupatorii, ana ʒ. ij. zingiberis, laccæ, ſeminis aniſi, maſtiches, piperis, aſari, ſpicæ nardi, vuarum paſſularum mundatarum ab arillis, liquiritiæ mundæ, ana ʒ. j Conficiantur cum oxymelite ſcillitico q. ſ. & fiant pilulæ. Doſis à ʒ. j. vſque ad binas. Poſſunt acui (ſi neceſſe fuerit) cum eſulæ præparatę, & diagredii, ſingulorum ʒ. ij. vel iij. Valent eadem catapotia, & in chronicis febribus, ad inchoantẽ primum hydropem vergentibus.

Prouocatio ſudoris.

Si ſit intentio, vtatur balneo, ſed non eſt in vſu, vel rariſſimè ſaltem.

Vel ſic prouocetur ſudor.

Recipe aquæ hordei ℥ iiij. vini ſubtilis albi ℥ ß. Detur in fine paroxyſmi. Item vomitus prouocatio in his, qui ad reiiciendum

procliues ſunt, fiat cum impoſitione digiti in os.

Vel ſic.

Re.ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥.j.aquæ hordeaceæ vnc.v.fiat commiſtio.Ego vtor Auicenniano vomitorio in his, & aliis plethoræ caſibus.Rec.aloës,veratri nigri,ſcammonii, omnium ana ℈.i.euphorbii,nitri,amborum ana ℈.ß.Conficiãtur cum ſucco caulis. Doſis ℈.j.vel ad ſummum bini,cum aqua tepida. Vel poteſt ſumi per ſe, cum tantundem hieræ picræ, ad modum boli mane ſummo, vel (vt quidam innuunt) poſt repletionem.

Remotio accidentium.

Pro corde fiat tale epithema.

℞.aquarum roſarum, violarum, ana vnc. vj.bugloſſæ,acetoſæ,ana vnc.iii. ſpecierum cordialium temperatarum ʒ.ij.vel tres,vini maluatici vnc.ij.aquæ vitalis compoſitæ fragrantis parum Miſce,fiat epithema.

Epithema pro hepate.

Recipe aquarum endiuię,cichorii,ſolatri ana vnc.iiii violarum vnc.ii. abſynthii vnc. j.aceti albi vnciam vnam, ſpodii ſcrup.j.ſemis, ſpecierum diatriaſandali drachmam vnam ſemis. (Alius codex videbatur legere trium ſandalorum) camphoræ grana duo, vel tria. Miſce pro epithemate, quod ponatur ſuper hepar. Ad fortius infrigidandum

dum. ſi expedit, fiat vnctio dorſi ralis: Recipe infrigidantis Galeni ℥.iij. ſandeli rubei ʒ.j. corallii rubri ʒ. ß. camphoræ, gran. vj. Fiat vnctio ſuper dorſum, vſque ad caudam.

Electuarium ad remouendum caliditatem.

Reci. ſacchari roſati vnc.j. violati bugloſſati, diatriaſondali vnc.j. ß. Miſce, fiat electuarium cum ſympo roſarum. Remouet omnẽ caliditatem. Ad remouẽdum ſitim, & aſperitatem linguæ, & gutturis, teneatur ſaccharum candi in ore, vel mucilago pſyllii, facta cum aqua roſacea, & ſucco granatorum.

Experimentum ad idem.

Recipe aquæ fontanæ puræ ℥.iii. ſucci punicei ℥,ij. ſacchari ʒ. j. Detur manè in aurora. Vel fiat iulep ex aqua acedulæ, & rob de ribes, adiecto momento aceti roſati.

Si dolor & æſtus caput grauat.

Recipe vnguenti populnei drach. v. telæ araneaceæ drach. ij. Et per horam ante paroxyſmum applicetur temporibus.

De tertiana non pura.

Cap. IIII.

ANte omnia prçmittatur tale clyſteriũ. Recipe chamomillç, maluarum, bletç, mercurialis, & aliarum herbarum cacarilium, ana M.j. Fiat decoctio pro more, pòſt adde olei violati ℥. iij ſacchari rubei, mel-

lis roſati colati ℥ j.ß.vitellum vnius oui,ſalis communis ʒ.iij.caſiæ extractæ ʒ.vj. Miſce pro enemate.

Facto clyſmate detur digeſtiuum tale.

Recip. ſyrupi acidi ſimplicis,ſyrupi de endiuia,ana vnc.ß.aquarũ endiuiæ, bugloſſæ, boraginis,ana vnc.j Miſce.

Vel ſic coquatur materia.

Recipe ſyrupi violati vnc. j. mellis roſati colati vnc. ß aquarum endiuiæ, bugloſſæ, acetoſæ,ana vnc.j. miſce,vt ſuprà.

Aliud digeſtiuum.

℞ ſyrupi violarum vnc j mellis roſati colati vnc ß aquarum endiuiæ,bugloſſæ, lupulorum,ana vnc. j.Miſce, detur hora cõſueta.

Digeſta materia, ſi patiens eſt diues, detur talis medicina ſolutiua.

℞ rhabarbarici electi ʒ.j. ſpicæ gran. iij. Fiat infuſio ſecundũ artem per octo horas. Deinde fiat fortis expreſſio. Cui adde diaphœnici,electuarii de ſucco roſarũ, ana drà. j.ß,electuarii lenitiui drac. vj. Diſſolue cum decoctione florum.& fructuũ,quod ſatis eſt.

Pro mediocris fortunæ hominibus.

Recipe diaphœnici, electuarii de ſucco roſarum,ana ʒ.ij.diacatholici ʒ.vj.Diſſolue cum decocto priore.

Pro corpore ruſtico.

Recipe electuarij Indi maioris,diaprunis ſolu

ſolutiui,ana ʒ ij.ß. Diſſolue cum decoctione florum,& fructuum q.ß. Si adfuerint accidentia,veluti dolor capitis,vigiliæ, ſitis, inflammatio , ſedentur vt ſuprà dictum eſt. Quando febris non ſoluitur præmiſſis ſyrupis,& primis medicinis,neceſſe eſt vt continuemus,cum aliis ſyrupis, & alia medicina vlteriore. Detur ergo talis ſyrupus, ſi prima medicina nihil operetur.

Digeſtio

Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥.j. ſyrupi Byzantini vnc. ß. aquarum endiuiæ, capilli Veneris,buglòſſæ,ana ℥.j.Miſce,pro digeſtiuo. Pòſt exhibeatur hæc medicina : Recipe rhabarbarici electi ſcrup iiij. ſpicæ gra.iiij. Fiat infuſio ſecũdum artem,in vino, & aqua endiuiæ q.ß.Deinde fiat expreſſio, cui adde diacatholici ʒ. vj. vel mannæ bonæ tantundem,electuarii de dactylis ʒ.iij. electuarii de ſucco roſarum ʒ. j. mellis roſati colati ℥.ß. Diſſoluantur cum decoctione florum,& fructuum , & fiat potio.

Aliud ſolutiuum in forma potus.

Recipe electuarii Indi maioris, electuarii de ſucco roſarum ana ʒ.ij.vel iij,caſiæ nouiter extractæ ʒ.vj electuarii lenitiui ʒ. ij. Diſſolue in decoctione communi q.ß.

Vel fiat ſic.

Recipe diaprunis ſolutiui ʒ. ij. electuarii

de dactylis ʒ iii diaſenæ, electuarii lenitiui, ana ʒ. ij. Diſſolue in decoctione florum, & fructuum. Hulcus, quod in hac ægritudine ſtomachus plerunque patitur, ſic curetur.

Vnctio.

Recipe olei maſtichini ℥. j. ß. fiat vnctio loci dolentis, ſiue ſtomachi.

Vel ſic.

℞. olei abſinthitis, maſtichini, ana ℥ j. coralliorum rubeorum, caryophyllorũ, maſtiches, ana ʒ. ß. ceræ momentũ, fiat vnguentũ.

Aliud vnguentum ad idem.

Recipe olei cydonitis, maſtichini, ana ℥. j. pulueris coralliorum rubeorum, maſtiches, ana drachmam ß. cerę exiguum, fiat vnguentum. Si huiuſmodi febris duraret ad ſex mẽſes, oportet hanc materiam vlterius, & totaliter euacuare, vt ſequitur.

Digeſtio.

Recipe ſyrupi de duabus radicibus, cum ſaccharo ℥. j. ſyrupi de endiuia ℥. ß aquarum adianthi, endiuię, bugloſſæ, ana vnc. j Miſce.

Solutiua ad idem.

Recipe pilularum aggregatiuarum drac. i. fiant pilulæ quinque vel ſeptem.

Vel ſic.

Recipe pilularum de rhabarbaro ʒ. j. fiant pilulæ v. vel vii. cum ſyrupo, vel deſtillatione abſynthite.

Vel

Vel ſic.

℞. pilularum aggregatiuarum, pilulæ de rhabarbaro, ana ʒ. ß. fiāt pilulæ v. cum aqua capilli Veneris, dentur manè. Stomachus debilis, qui ferè ſequitur hanc febrem, ſic conforteтur: Recipe ſpecierum diamoſchi dulcis, ſpecierum diacori, in alio exemplari, aro matici roſati, ſpecierum diatriaſandali. ana ℈ j ſacchari clarificati in aqua meliſſæ, vnc. iiii Fiat conſerua in forma rotulæ.

Vel ſic.

Recipe aromatici roſati ℥. iiii. De quo recipe quantitatem auellanæ. *Vel ſic.*

Recipe diagalangi ℥ iiii. De quo recipe manè, vt ſuprà. *Vel ſic.*

Reci. theriacæ antiquiſſimæ ʒ. vii. Diſſolue in modico vini odori, vel aromatici. Quā potionem capiat poſt mediam noctem.

Cura tertianæ non pura. Cap. V.

COnſideretur elōgatio, & propinquitas à pura Aër ſit minus frigidus, quàm in pura. Diæta ſit craſſior in principio, & verſus ſtatum ſubtilior, detur plus pulli, & de contuſo, quàm in pura. Vinum magis competit, quàm in pura. In declinatione totaliter non tolletur, & maximè in aſſuetis. Exercitium ſit moderatū. Repletio, & animæ accidentia vitentur, debilitant enim virtutem.

Lenit

Lenitiua debent eſſe fortiora, quàm in pura. Et primò fiat tale clyſterium: Recipe foliorum maluæ, blitæ minoris, parietariæ, mercurialis, aná M.ij. carthami M. ß. Decoquantur vſq; ad conſumptionem quintæ partis, & ſumantur paropſides duæ decoctionis iſtius, deinde recipe caſiæ pinguis ℥ ß. hierę picræ ʒ. vj. ſacchari rubei ℥. ß. olei violarum ℥. ij. ſalis cochlear vnum. Fiat enema arte, quod lenit, abſtergit vt eſt intentio.

Digeſtio.

Digerendo inchoandum eſt à digeſtiuis minoribus, deinde gradatim ad validiora aſcendendum. Exempli gratia: Recipe mellis roſati colati ℥. j. ſyrupi de endiuia ℥. ß. aquarum capilli. Veneris, bugloſſę, cichorii, ana ℥ j Miſce, fiat potio. Deinde poſt principiũ ſic procedatur: Reci ſyrupi acetoſi compoſiti, ſyrupi de quinq; radicibus ʒ. j ſyrupi de endiuia, mellis roſati colati, ana ℥. ß. aquarum foliorum tamariſci, aut ſcolopendrii. bugloſſę, ana ℥. j Miſce, fiat potio. Deinde in fine detur talis potus: Reci. ſyrupi de eupatorio ℥. j. ß. abſynthitis, de endiuia, añ ℥. ß. aquarum cuſcutæ, apii, lupulorum, ana ℥. j. Miſce, fiat potus. *Diuretícum.*

Fiat prouocatio vrinæ, cũ decocto tamariſci & aſari. Diuerſio fiat cum fricationibus & lotionibus circa extremitates ſedis ex de-

coct

coctionibus iſtis: Recipe foliorum, ſiue florum chamomillæ, violarum, hordei. foliorũ lauri, ana M. Bulliant in ß q. aquæ, ad conſumptionẽ quartæ partis, fiãt lotiones. Dein depotes aſcendere ad fortiora & calidiora. Euacuatio perficitur phlebotomia de baſilica, ſi vrina fuerit tincta craſſa. Eradicatio fit habita digeſtione, cũ turbith, agarico, ſcammonio, vt vult Auicennas.

Vel ſic in forma potionis.

℞. electuarii Indi, vel pſyllitici, diaphœnici, electuarii de ſucco roſarũ, ana ℥. ij. aquarum fœniculi, cichorii, añ. q. ß. Miſce, fiat potio. *In forma pilularum.*

Recipe maſſæ pilularum aggregatiuarũ ʒ ß. aurearum. ℈. ij. formentur pilulæ v. vel vij cum electuario de ſucco roſarum, vel de pſyllio.

Vel ſic.

Recipe diaturbithi cum rhabarbaro ℥. ß. Et detur manè. Remotio caliditatis remanentis perficitur cum morſello electuario de gemmis frigidi, vel aromatici roſati, diatragacanthi frigidi, & cum inunctione ſtomachi, renum, & hepatis, cum vnguento ſandalino, vel infrigidãte Galeni, & epithematibꝰ frigorificis. Cõfortatio & apertio fit per trochiſcos de eupatorio, & diarhodone, trochiſcis de abſynthio, per ſe, vel facta cõfectiõe.

Con

Confectio ad idem.

Recipe trochiſcorum de eupatorio q. v. fiant pilulæ vij. pro drach. cum aqua fœnicu li, vel endiuiæ, vel abſynthii. Correctio accidentium fiat vt ſuprà.

Notio.

Et melius eſt vti in talibus febribus ſubtiliantibus, & apertiuis, vt de radicibus fœniculi petroſelini, quibus vtãtur & in ferculis, & aquis eorum. Vel diluant cum his vinum.

Alia notio.

Sciendum etiam quòd in quacunque febre putrida eſt oppilatio vt plurimum. Ideo poſt ſeptimum diem loco trochiſcorum exhibeas decoctionem tamariſci, cuſcutæ, ſcolopendrii, eupatorii, & his ſimiliũ. Illa enim decoctio eſt mirabiliter apertiua, quoniam illa ſimplicia ſunt huiuſmodi, ideo conueniunt poſt ſeptimum diem.

Cura tertianæ continuæ. Cap. VI.

PRima intentio eſt adminiſtratio regiminis debiti.

1 Aër debet eſſe frigidior, quàm interpolatæ. Diæta ſubtilior, quia ſtatus eſt propinquior, vt panatella, cum quatuor ſeminibus, lactuca, portulaca, endiuia, cucurbita, & ſimilibus. Cibetur per ſex horas ante exacerbationem: neque cibetur ventre exiſtente indurat

durato, vel ſicco. Vinum non conceditur ſicut in interpollata, tamen prepter conſuetudinem concedi: poteſt acroma, vel poſca, ſiue dilutum multùm. In decremento conceditur, quia prouocat ſudorem. Motus non conuenit, ſomnus longus vitetur. Intẽtio, leniendi ventrem talis eſt.

Potio leniens aluum,

℞. caſiæ ℥. ß. diapruni ſimplicis ʒ. iij. electuarii de ſebeſten ʒ. ij. ſyrupi violati ℥. j. aquæ hordei, vel cichorii, vel endiuiæ q. ß. Fiat potio. *Vel ſic.*

Recipe pilularum de aloë lota ʒ. ß rhabarbarici electi ℈. j. ſpicæ ſchœnanthi, ana gra. j. formentur pilulæ cum electuario de pſyllio, & dentur de nocte.

Medicina danda poſt pilulas.

℞. ſyrupi violacei vnc. j aquæ endiuiæ, vel violarum ℥. j. ß Fiat potio propinanda poſt aſſumptionem, pilularũ prædictarum.

Digeſtio.

Digeſtiua debent eſſe frigidiora ſic: Recipe ſyrupi nenupharini, papauerini, acidi ſimplicis, ana ℥ ß. aquarum endiuiæ, vel ſolatri, vel bugloſſæ, ana vnc. j. vel omnium ſimul vnc. iii. Miſce.

Vel ſic ordinetur.

Recip. ſyrupi violati, acetoſi ſimplicis, nenupharini, ana ℥ ß. aquarum endiuiæ, acetoſæ,

ſę,humuli, ana ℥ j Miſce, pro digeſtiuo ſumatur circa auroram. Eradicatio fiat vel per phlebotomiam, vel pharmacum conſentaneum, vt infrà. Venæ ſectio fiat de baſilica dextri brachii, vſque ad extractionem quatuor vnciarum ſanguinis. Pharmacum verò ſit tale: Recipe rhabarbarici electi ʒ j.ß.ſpicæ,ſquinanti,ana gran. iij. Infunde rhabarbarum in ij. vnciis aquæ endiuiæ. Poſteà coletur cum petia,& fiat potus.

Vel ſic in forma pilularum,

Recipe rhabarbari drach j.ſpicæ,ſquinanti,ana gran. ij. Formentur pilulæ cum electuario pſyllitico *Vel ſic.*

Recipe diaturbithi cum rhabarbarico ℥. ß. Detur incipiente nocte. Epithema circa cor, hepar,ſpinam,ſicuti in cura tertianæ: licet hîc debēt eſſe frigidiora. Prouocatio vrinæ & ſudoris fiat hoc pacto: Recipe aquæ hordei vnc iiij. lactis, ſacchari, ℥,j. ß. Detur manè potus ille tepidus.

Vel ſic.

Recipe ſyrupi acetoſi compoſiti vnc.j. lactis ſeminum communium tantundē, aquæ hordeaceæ ℥ ij ſacchari ℥ ß Miſce,fiat potio, vt ſuprà Reſolutio vaporum fiat per lotiones circa tibias,& brachia.

Lotio.

Recipe violarū, nenuphatis, foliorum ſalicum,

licum, vitis albę, ana M. j. florum chamomillæ M. ß Bulliant ad conſumptionem quintæ partis, & fiant lotiones. Correctio accidentium perficitur cum tragea ſandalina, & con fectione de margaritis, & his ſimilibus confecturis cordialibus refrigeratiuis.

Febris *quartana.*

Cap. VII.

EXquiſitis ſignis, & cauſis detur digeſtiuum tale: Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis vnc. j. mellis roſati colati vnc. ß. aquarum bugloſſæ, boraginis, violarum, ana vnc. j. Miſce, fiat ſyrupus.

Vel ſic.

Recipe ſyrupi de bugloſſa vnc. j. ß. aquarum bugloſſæ, capilli Veneris, violarum, ana vnc, j Miſce, fiat potio.

Vel ſic.

Recipe ſyrupi violati vnc. j. ſeminis acetoſi ſimplicis vnc. ß. aquarum ſcolopendrij, bugloſſæ, violarum, ana vnciam j. Miſce. Poſtea detur aliqua ſubſequentium medicinarum.

Solutiuum potabile.

Recipe confectionis hamech drach. j. diaprunis ſolutiui drach. *j. ß.* electuarii Indi, vel ſucci roſarum drach. *y.* Diſſolue in apozemate florum, & fructuum.

Vel ſic.

Recipe rhabarbari electi ʒ j. ſpicæ gran. iiii. Fiat infuſio ſecundum artem. Deinde fiat fortis expreſſio. Cui adde diaſenæ ʒ. j. cōfectionis hamech, electuarii de dactylis, eleſcoph, ana ʒ j ß ſyrupi violati ℥. ß Diſſoluantur in decoctione florum, & fructuum.

Confortantia conuenientia in quartana, vel interpolata, vel continua ſunt hæc.

Recipe ſpecierum diamoſchi dulcis ℈. ij. ſpecierū aromatici roſati ℈. j. ſacchari clarificati in aqua bugloſſæ ℥. iii Fiat confectio in rotulis. *Vel ſic.*

Recipe ſpecierum electuarii de gemmis ʒ. j. Fiat confectio in morſellis, cum ſaccharo clarificato in aqua meliſſæ.

Vel ſic.

Recipe Mithridatici antiqui drach. j. vini maluatici vnc. ij. Miſce, recipiat per quinq; vel ſex noctes.

Vel ſic.

Recipe theriacæ electæ drach j. aquarum bugloſſæ, meliſſæ, ana vnc j Miſce.

Cura febris quartanæ.

Cap. VIII.

Videndum primitus vtrū pendeat à melancholia naturali facta præter naturam, vel per aduſtionem ſanguinis, vel cholerae

leræ, vel phlegmatis. Prima intẽtio verſatur circa adminiſtrationẽ debiti regiminis. Aër debet tendere ad caliditatem & humiditatẽ. Diæta talis obſeruetur. Ieiunet in die paroxiſmi, prohibeatur cibus non ſtãte neceſſitate, cibus medicinalis ei conuenit. Cibaria debent habere quatuor conditiones, quarũ prima eſt, vt cibus non ſit crudus: ſecunda, non ſtypticus: tertia non inducat cruditatẽ: quarta, vt ſit calidus, & humidus, vt oua ſorbilia, brodium cicerum rubeorum, panatella, panis in brodio, carnes vitulinæ. Diæta ſit tenuis vſque ad quartũ paroxiſmũ. Dentur in principio panatella, & brodium, panis iurulentus, mica in iure cicerum rubeorum, carnes vitulorum, caponum, phaſidum, perdicum, vinum ſubtile, album, aromaticum, ſine aqua, nõ auſterum, nec acerbũ Motus & exercitium, & accidentia non conueniunt.

Lenitio ventris per enema.

Recipe. brodii pulli ℔.i. vitelli ouorum vnc i. olei communis vnc. i. vel ß. ſacchari rubei vnc. ß. Miſce, fiat enema, ſine ſale, niſi adſit ingens alui durities, vel alioqui res poſceret vigorationem.

Aliud enema fortius.

Recipe violarum, blitis, mercurialis, ana M. vna hordei M. ß. Bulliant ad conſumptionem quintæ partis. Recipe decoctionis

illius vnc.xiii.vel pluſculum, in quibus diſſolue caſiæ extractæ, vel diacaſiæ pro enematibus, vnc. ß. ſacchari rubei tantundem, butyri non ſaliti drach. vj vitellum oui num j. ſalis cochlear j. medullæ caſiæ in canna vnc. ij. fiat clyſtere, & exhibeatur.

Sub forma boli.

Recipe caſiæ nouiter extractæ drach. vj. ſaccari q. ß. fiat bolus.

Prouocatio vomitus, & hoc per horam ante cibum.

Recipe ſyrupi acetoſi compoſiti, oxymelitis ſcillitici, ana ℥ j. aquæ hordei vnc. ij. vel aquæ hordei, & fœniculi, ana vnc. j. ß. fiat potus, qui exhibeatur tepidus. Vrinæ prouocatio fieri poteſt cum ſuprà dictis apertiuis, & diureticis, vel cum ſubſcriptis apozematibus, vt: Recipe radicum fœniculi, petroſelini, tamarici, foliorum ſcolopendrii, ana M. j. Decoquantur in aqua, vel elixentur in brodio carnium, & detur de eo potui.

Vel ſic.

Recipe aquarum fœniculi, apii ſcolopendrii, ana ℥ i. vel j. ß. ſacchari albi ℥. j. Miſce.

Sudoris prouocatio.

Balneum aquæ dulcis conuenit, ſed non vbique in vſu eſt. Vtimur ergo fricationibus in dorſo & humeris, ſed ſi velimus exhibere balneum, decoquãtur in aqua folia apii, fœ-

niculi

niculi,petroſelini,ruſci,aſparagi,&c. Lauacrũ in aquiminario factũ hîc non conuenit.

Minoratio materiæ fieri poteſt multifariam. Vomitus in materia phlegmatica magis cõuenit,quàm in aliis,licet & in aliis materiis competat. Phlebotomia cõuenit,cum materia eſt coniuncta ſanguini, aliter non: quia multùm debilitaret virtutem. Ea(ſi neceſſe ſit)fieri poteſt de vena nigra, vel communi, aut media,vſq; ad vnc.v. vel vj.ſecundum tenorem virtutis. Quantum ad cathartica pertinet, in cholerica, ſeu melancholia per aduſtionem choleræ detur iſte bolus: Recipe diaſenæ drach.iii. electuarii de pſyllio drach.ij.ß.ſacchari q.ß.fiat bolus.

Vel ſic in pilulis.

Recipe pilularũ de fumoterræ, pilularũ Indarum,ana ſcrup.j.diagredii gra.iii.vel v. Formentur pilulæ cum electuario Hamech.

In melancholia per aduſtionem phlegmatis potio.

Recipe electuarii Indi ℥.ij ß. agarici infuſi ſecundum artem ſcrup ij.electuarii.Hamech ℥ j. diacatholici drach. iii. aquarum ſcolopendrii,fœniculi, ana q.ß fiat potio:

Vel ſic in forma pilularum.

℞ pilularũ de agarico ℥.ß.ſalis gẽmei gr. j.maſſæ pilularũ Indarũ ℈ j. formentur pilulæ nu.v.vel vij. cũ electuario Indo maiori.

In materia melancholica per aduſtionem atræ bilis pilulæ.

Recipe pilularum de lapide lazuli ℈.ii.ß. vel drach. j. formentur pilulæ nume. v. vel vii. cum electuario Indo.

Vel fiat talis potio.

Recipe confectionis Hamech ℥.ß. pulueris myrobalanorum Indorum ℈. ii. electuarii Indi ʒ.j ß. aquarũ fœniculi, ſcolopendrii, ana q. ß Fiat potio, media nocte capienda..

Digeſtio.

In melancholia per aduſtionem choleræ, detur tale digeſtiuum: Recipe ſyrupi violati, ſyrupi de fumoterræ, ana drach. vi. aquarum violarum, ſcolopendrii, bugloſſæ, ana ℥.i. Miſce, fiat potio.

Per aduſtionem ſanguinis.

Recipe ſyrupi violati, ſyrupi de pomis, ana vnc. ß. aquarum cichorii, violarum, bugloſſæ, ana vnc. i. Miſce fiat vt ſuprà.

Per aduſtionem phlegmatis.

Recipe mellis roſati colati, ſyrupi acidi compoſiti, ſyrupi de duabus radicibus, ana drach. vi. aquarum fœniculi bugloſſæ, ſcolopendrii, ana vnc. j.

In materia facta per aduſtionem phlematis, vel melancholiæ naturalis, decoctio ſolennis.

Recipe cicerum rubeorum paropſidem j.

Munden

Mundentur bene, & cauentur, & ponantur in iiij. vel v. phialas aquæ fontanæ, vel fluuialis. deinde recipe radicum fœniculi, petroſelini, apij, cichorii, ana M. ij. ſcolopendrii M. j tamariſci M. ß. Lauentur bene omnes iſtæ radices, & herbæ ſine abraſione, deinde incidantur in fruſta, & omnia ponantur in dicta aqua de ſero, & dimittantur ſtare vſque prope diem, deinde bulliant omnia ſimul vſque ad decoctionem cicerum rubeorum, ſine additione aquæ, ſcilicet vſq; ad apertionem cicerum, deinde recipe de iſta decoctione manè vnũ cyathum per multos dies, nec debet aſſumi de iſta decoctione poſtquam acetoſatur, ſed debemus facere iterum eandem decoctionẽ: & eſt mirabilis. Sed ſi melancholia eſſet admiſta ſanguini, addatur hordei, & violarum q. ß folliculorum ſenæ vnc. j. vel ß. Et hoc ad lubitum practicantis. Eradicatio materiæ in melãcholia per aduſtionem ſanguinis. Fiat phlebotomia de baſilica ſiniſtri brachii, vſque ad vnc. v. Et modus in curando quartanam poſt euacuationem, (vt expertus ſum pluries) eſt ſcilicet facere phlebotomiam hora reuolutionis de baſilica læui brachii. Et ratio eſt, qua cùm humor ſit craſſus melancholia, motui, & euacuationi ineptus, hora reuolutionis fit agitatio, & commotio in maſſa ſanguinea,

& in omnibus humoribus Vnde humor iſte tunc temporis eſt aptior euacuationi. Ideo aperta vena ſubitò exibit. ſiue fuerit ex melancholia naturali,in qua nos facimus phlebotomiam de vena magna, ſiue fuerit per aduſtionem ſanguinis, ſiue phlegmatis,tunc conuenit venæ ſectio. Si autem iſti humores eſſent ſeparati à ſangnine,nullo modo congruit emiſſio ſanguinis.

Euacuatio per pharmaca.

Recipe diaſenæ drach iij. ß. electuarii de pſyllio drach. iij aquarum cichorii,fumiterræ,ana q ß Et fiat potio.

Aliter in forma pilularum.

Recipe pilularum de fumoterræ de rhabarbaro,ana ſcrup.j pulpę myrobalanorum citrinorum ℈. j. vel ß. Et cum electuario de ſucco roſarum fiant pilulæ numero vii.

In melancholia per aduſtionem phlegmatis.

Recipe electuarii Iadi drach.ii.confectionis Hamech drach.j.ß.agarici infuſi ſcrup. ii. Cum aquis ſcolopendrii & fœniculi, ana q.ß fiat potio.

Ad idem pilulæ.

Recipe pilularum Indarum, de agarico, ana ℈.j.myrobalanorum cebularũ ʒ. ß.turbithi gra.ii. zingiberis gr j.ß. Formentur pilulæ cum electuario Indo: & de his accipiat

quinque

quinque pro vice. Confortatio membrorum poſt euacuationem fieri poteſt per epithemata, & cerata ſuprà dicta, item cum medicinis cor & hepar roborantibus.

Vnctio ad ſplenem.

Recipe olei capparacei vnc j ß lilini, chamæmelini, irini, ana vnc. ß pinguedinis gallinaceæ ʒ. v. pulueris trochiſcorum de capparibus, ſcolopendrii, tamarici, ana ℈. ij. meliloti, chamomillæ, ana ʒ. ß croci ℈. ß. ceræ parum. Fiat vnguentum molle. Hæc enim eſt vnctio reſolutiua, & mollitiua. Theriaca exhibita poſt euacuationem, mirabiliter cõfortat. Extinctio caliditatis, quæ remanet in febribus, fiat vt ſuperiùs cõmemoratum eſt. Vtimur balneo aquæ dulcis tepido ad irrorandum, & refrigerandum. Item lotionibus ad brachia & pedes. Itẽ vtimur iulepo, cum aqua hordei. Vtimur etiam ſorbitione, in qua poſita ſint ſemina communia frigida.

Ego vtor eiuſmodi potu refrigerante.

Recipe oxyſaccharæ, rob de ribes, ana vnc ii ß. ſyrupi de acetoſa vnc. ii. aquarum endiuiæ, acetoſæ, ana q j. ß. ſucci granatorum vnc. i. ß. Miſce.

Remotio accidentium.

Remouetur rigor per exhibitionẽ theriacæ, vt infrà: Recipe theriacæ ʒ j. vini albi ℥. iii. Miſce, detur per horã ante acceſſionem.

Aliud, quo communiter Vtuntur practicantes.

Recipe theriacæ drach.j. gentianæ ſcrup. ij. Et cum vino albo aromatico exhibeatur calidè. Exhibitio ſileris montani drach j. ante rigorem confert. Item facit præbitio calami aromatitis, doſi ʒ.j. ante paroxyſmũ & cooperiatur pannis calidis.

Aliud probatum in compeſcenda horripilatione, in forma potabili.

Recipe pulueris aniſi ʒ.j. calami aromatitis ℈.ß. Et cũ ℥ iij. vini aromatici tepidi ante rigorem exhibeatur. Vnctio à principio poteſt fieri vſque ad decrementum. Recipe olei anethini ℥. j. irini, crocini, laurei, ana ʒ. vj. pulueris rutæ, menthaſtri, ana drach.ß. Miſce pro vnctione. Poſſunt denique fieri fricationes remouentes rigorem.

Febris phlegmatica.
Cap. IX.

In hac febre competunt hæc digeſtiua.

Digeſtiuum primum.

Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis vnc. j. mellis roſatico lati tantundem, aquarum bugloſſæ, endiuiæ, boraginis, ana vnc. j. Miſce pro digeſtiuo.

Alius ſyrupus digeſtiuus.

Recipe oxymelitis ſimplicis vnc. j. ß. aquarum

rum bugloſſæ, menthæ, boraginis, ana vnc j.

Sub alia forma.

Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis vnc j. ß. aquarũ ſcabioſæ, bugloſſæ, meliſſæ, ana vnc j. Miſce. Digeſta materia detur medicina eductiua phlegmatis. Recipe electuarii de dactylis ʒ iiij. diacatholici vnc. j. melli roſati colati vnc ß. diſſolue cum apozemate florũ, & fructuum facta in aqua abſynthii q. ß.

Alia potio ſolutiua phlegmatis.

Recip. electuarii Indi maioris vnc ß. diaſenæ ʒ j. Diſſoluãtur in decoctione florum, & fructuum facta in aqua capilli Veneris.

Aliud ad idem.

Reci electuarii de dactylis ʒ iij. eleſcoph ʒ ij caſiæ nouiter extractæ ʒ. vj. Diſſoluantur vt ſuprà. In hac ægritudine ſolet aliquãdo contingere maxima anguſtia ſtomachi, cum ſit lacuna phlegmatis, cui ſuccurrẽdum eſt cum ſequenti confectione Recipe ſpecierum aromatici roſati, ſpecierum diagalãgii, ana ℥ ß. ſacchari clarificati in aqua meliſſæ ℥ iiij. Fiat cõfectio in rotulis. Hæc febris nõ eſt contenta vnica purgatione: ideo medicus ſit intentus ad plures purgationes. Detur ergo denuò talis ſyrupus digeſtiuus: Reci. ſyrupi Bizantini, ſeminis acetoſi ſimplicis, ana vnc. ß. vel ʒ vj aquarum capilli Veneris, bubloſſæ, lupulorum, ana vnc j. Miſce.

Sub

quot diebus interquieſcendum, poſteà tales ſyrupi digeſtiui ſunt renouandi. Recipe ſyrupi de tribus radicibns, ſyrupi acetoſi, ana vnc. ß. ſyrupi de endiuia tantundẽ, aquarum abſynthii, bugloſſæ, ana vnc. j. Miſce, ſumat in aurora, continuando per triduũ, vel vltra.

Vel dentur iſtæ aquæ.

Recipe aquarum capilli Veneris, fœniculi, ſcolopendrii, cichorii, ana vnc j. ſacchari fini vnc. j. Miſce, fiat potus.

Vel ſic.

Rec. ſyrupi abſynthitis ℥. i. ſyrupi acetoſi vnc. ß. aquarum lupulorum, abſynthii, cichorii, ana vnc. j. Miſce. Exhibitis his ſyrupis, demum dentur huiuſmodi cathartica: Recipe electuarii Indi maioris ʒ. ij. eleſcoph. diaphęnici, ana ʒ j vel j. ß. diacatholici ʒ. vi. Diſſolue cum decocto florum, & fructuum.

Vel ſic.

Recipe pilularum de rhabarbaro, pilularum aloephanginarum, ana ʒ ß. diagredii gra. j. vel iii. ſi res poſtulat, fiant pilulæ nu. v. vel vij. cum aqua adianthi.

Vel ſic.

Recipe pilularum aggregatiuarum drac. j fiant pilulæ vt ſuprà. Datis catapotiis pro rectificatione ſtomachi, tandem exhibeatur confectio talis, & valet ad confortandum cerebrum: Recipe pulueris pliris narcotici,

ſpeci

ſpecierum aromatici roſati, ſpecierum diarhodon Abbatis, ana ℈ j ſacchari clarificati cum aqua capilli Veneris q. ſ. fiat confectio in rotellis didrachmæis. Febre diutius durante vlterius etiam in euacuationibus perſiſtendum erit, materiæ eradicatu difficillem digerendo, & ſubtiliando, ſic: Recipe ſyrupi de quinque radicibus vnc. vna ſyrupi de endiuia vnc ß. aquarum fœniculi, bugloſſæ, acetoſæ, ana vnc. vnam Miſce.

Aliud.

Recipe radicum fœniculi, capilli Veneris, ana M. vna fiat decoctio, cuius dentur ſępius vnciæ ſex.

Solutiua poſſunt eſſe talia.

Recipe electuarii Indi maioris ʒ. ii. confectionis Hamech, electuarii de ſucco roſarum, ana drach vnã diacatholici drach. ſex. Diſſoluantur cum decoctione florum, & fructuum.

Vel ſic.

Recipe pilularum de rhabarbaro ʒ. vnã diagredii à gran vno vſque ad tria, fiant pilulæ cum aqua capilli Veneris.

Vel ſic.

Recipe pilularum aggregatiuarum, Indarum, ana ʒ. ß. Fiant pilulæ num. v. vel ſeptem cum aqua abſynthii.

Cura

Cura cauſonidis.
Cap. X.

ORdinetur primò debiti regiminis adminiſtratio: Aër debet eſſe frigidus,& cibus ſimiliter,ac potus. Concedatur gelida, motus eſt vitandus,& ſomnus prouocandus, lauacris, & lotionibus, vt ſequitur: Recipe foliorum violarum, nenupharis,ana M. vna corticum papaueris albi M.ß. florum chamomillæ, quartam partem M. Bulliat in ß. q. aquæ ad conſumptionem quartæ partis, fiant lotiones circa brechia, & teſticulos. Fiat lenitio ventris,cum enemate, vt ſequitur: Recipe foliorum violarum, maluæ,nenupharis,ſolatri,hordei,ana M.j Bulliant in ß.q aquæ ad cõſumptionem tertię,vel quartæ partis. Cuius decoctionionis recipe paropſides ii.& adde caſiæ pinguis drach.ſex,ſacchari rubei,vel albi vnc.ß olei violacei vnc. duas ſalis drachm. duas miſce, fiat enema. Minoratiua non conueniunt, quando cholera non miſcetur cum ſanguine, ſed ſi opus ſit ea propinare,dentur talia: Recipe caſiæ bonæ pinguis vnc. ſemis, rhabarbarici drac. vnam, ſquinanti, ſpicæ, ana grana duo, ſacchari quartale ſemis fiat dactylus, vel cum aqua violarum, & cichorii,ana quartale ſemis. Fiat potio,

Alter

Alterum minoratiuum.

Recipe mannæ bonæ vnc.j. rhabarbarici electi ℈.ij.vel drach.j. ſpicæ, ſquinanti, ana gra.ij.vel iij. Puluerata diſſoluantur in aqua violarum q.ß & fiat potio.

Digeſtio.

Recipe ſyrupi nenupharini vnc.j.oxyſaccharæ vnc.ſemis, ſyrupi de endiuia tantundem,aquarum violarum,nenupharis,cichorii,ana vnc j. Miſce,fiat potio.

Vel ſic.

Recipe ſyrupi de acetoſitate citri,ſyrupi de ribes,roſati,ana ℥.ſemis,aquarum violarum,ſolatri,nenupharis, ana vnc.j. Fiat potio. Euacuatio eradicatiua perficitur cũ his medicinis minoratiuis, in maiori tamen doſi, & ſub his formulis: Recipe rhabarbarici electi ʒ j. ſemis, mannæ optimæ vnc. j. vel caſiæ pinguis vnc ſemis. Ponantur manna & rhabarbarũ in infuſione aquæ endiuiæ ℥. iii. Coletur,& detur infuſio.

Alia formula eradicatiui.

Recipe electuarii de pſyllio ʒ.iii.electuarii de ſucco roſarum ʒ.j vel ij.aquarum roſarum,cichorii,ana q.ß. Fiat potio.

Vomitus prouocatio fiat cum hoc potu.

Recipe ſyrupi acetoſi ſimplicis ʒ ij. aquæ hordei vnc.iii.Detur tepidum. Ad eliciendũ ſudo

ſudorem & vrinam ciendam detur hæc potio: Recipe aquæ hordeaceæ ℥ iiij lactis ſeminum communium maiorum frigidorum ʒ j.ſacchari ʒ.iij.vel ℥.ß. Miſce, fiat potio.

Confortatio cordis.

Applicetur cordi epithema, quod eſt mirabiliter expertum: Recipe aquæ roſarum, violarum, ana vnc.ſex, bugloſſæ vnc.iiij.nenupharis ℥ ij.ſpecierum cordialium temperatarum vnc.ſemis, vel ʒ.iii.camphoræ gra. ii. vel iii. coralliorum rubeorum ſcrupu. duos, vini maluatici vnc. vnam. Miſce, fiat epithema circa cor.

Epithema circa hepar.

Recipe aquarum ſolatri, ſemperuiui, endiuiæ, ana ℥.ſex, violarum vnc.iiii. ſpecierum ſerati ſandalini ʒ. tres, ſpodii ſcrupu. vnum, camphoræ grana ſex; aceti albi, parum. Miſce fiat epithema.

Vnguentum frigorificum.

Recipe oleorum roſacei, violacei, nenupharini, ana vnc. vnam, butyri loti drac. ſex, ſandali rubei drac. quatuor, coralliorum rubeorum ʒ.ſemis, cãphoræ ſcrup.ſemis, aceti quartam partem vnc. vnius, ceræ rubræ parum. Fiat vnguentum arte.

Remotio accidentium.

Remouetur ſitis cum his, quæ præcedentibus capitulis memorata ſunt. Item cũ iu-

lepo violaceo, aut cum vino granatorum. Si timeremus phreneſim, fiant diuerſiones, in ligaturis doloroſis, & cum ventoſis.

Confortatiuum bonum.

Recipe ſacchari roſati ℥ j. boraginati, bugloſſati, ana ℥ ß trageæ cum vnionibus ℥. ß. pulueris gemmarum ʒ. j. margaritarum ʒ. ß. coralliorũ rubeorum ℈ j. ſpecierum cordialium temperatarum ʒ. ß Miſce, & cum ſyrupo de acetoſitate citri, vel roſarum fiat dactylus. Vtatur ad roborandum, doſi ℥. ß. vel ʒ ij. Eſt enim mirabile.

Sub alia forma.

Recipe diambræ, diamoſchi dulcis, electuarii de gemmis frigidis, ana ʒ. ß. manus Chriſti perlatæ ʒ. ij diamargariti ℈. ij. conſeruę roſarum corticum citri conditi, ana ʒ. iii. vel ℥. ß cum rob punicorum malorum fiat miſtura. Doſis ſit vt ſuprà, valet in ſyncopi, cephalea, & omnimoda debilitate.

Cura febris ſanguineæ, vel ſynochæ ſine putredine.

Cap. X I.

FIat primùm debiti regiminis adminiſtratio. Aër ſit frigidus, motus vitandus, ſomnus ſit moderatus, victus ad tenuitatem aliquatenus tendens.

Item fiat lenitio ventris per enema.

Recipe aquæ hordei ℔.j.olei violati ℥.ij. vel iij.caſiæ ʒ.ſex, ſacchari albi ʒ ß ſalis cochlearium vnum Miſce,fiat enema.

Aliud clyſterium.

Recipe foliorum violarum, nenupharis, maluæ,hordei, añ M.vnũ, blitæ maioris M. ſemis, caſiæ medulloſæ vnc.vnã, ſachari taberzeth ℥ ſemis, olei violacei vnc.tres, ſalis cochlear vnũ, fiat enema. Euacuatio fit cum phlebotomia de vena baſilica,vſq; ad ſyncopin, ſed ſecurior eſt ſecũdatio: & ſi eſſēt multæ cauſæ prohibētes,apponãtur ſanguiſugę.

Minoratio materiæ.

Recipe caſiæ vnc.ſemis, rhabarbari ſcrupu.duos vel tres,ſpicæ,ſquinanti,ana gr.duo vel tria,aquarũ endiuiæ,lupuli, ana q.ſemis. Miſce,fiat potio,& eſt medicina hęmagoga, mundificans ſanguinem. Alteratio,ſeu infrigidatio ſanguinis fit cum venæ ſectione, vel cum potatione aquæ hordei, aut cum gelida. Vtuntur aliqui lutro, hoc eſt, frigida lauatione, quod plerique improbant. Nam pſycholutres, vt plurimum incurrunt ſpaſmum:ſubſunt etiam alia diſcrimina & incõmoda, quæ ſparſim Galenus commemorat. Satius eſt igitur cum medicinis refrigeratoriis æſtuantem ac bullientem ſanguinem tepefacere,veluti cum infràſcriptis ſyrupis,ac

zulapiis: Recipe ſyrupi de endiuia ℥. vnam, ſyrupi violati, nenupharini, ana ℥. ſemis, aquarum cichorii, humuli, ana vnc. vnam, vel plus Si velles fortius infrigidare, recipe aquarum ſolatri, ſemperuiui, lactucæ, oxalidis, ana ℥. vnam ſemis. Miſce pro ſyrupo.

Iulepum refrigeratorium bonum.

Recipe ſucci punici ℥. ij aquarum lupulorum vnc. tres Fiat iulep.

Alius ſyrupus refrigerans.

Recipe acoris, ſed melius ſyrupi de acetoſitate citri, ſyrupi de endiuia, ſyrupi violati, ana vnc. ſemis, aquarum endiuię, ſolatri, violarum, ana vnc vnam. Miſce. De quo ſæpe ſorbeat cochlearium vnum aut alterum.

Euacuatio aliorum humorum.

℞. electuarii de pſyllio ℈. tres, rhabarbari optimi ʒ. vnam, ſquinanti, ſpicæ, ana gra. duo, aquæ cichorii q ſ. Fiat potio, detur ternis, ſeu quaternis horis ante lucis ortum Vel detur diaturbith cum rhabarba. ʒ. j robuſto potes dare ſemunciam. Aut ſi placet, dentur iſtiuſmodi pilulæ: ℞. pilularũ de rhabarba. ſcrupul. duos, pilularum aurearum ℈ vnum. Fiant pil ſeptem, cum electuario pſyllitico. Et poſt aſſumptionem pilularum propinentur vnciæ binæ aquæ endiuiæ, loco lauatiui.

Item fiat epithema pro corde.

℞. aquarum violarum vnc. ſeptem, aquæ

roſaceæ ℥.tres,acetoſæ,bugloſſę,ana ℥.ij ſpecierum cordialium temperataiũ ʒ.tres, ſpecierũ gẽmarũ ʒ.vnã,vini maluatici vnc.vnã. Miſce, & bulliat, & petia de ſindone in hoc decocto madefacta ponatur ſæpe ſuper cor.

Epithemetur etiam iecur ſic.

℞.aquarũ endiuiæ vnc.vij. ſolatri, cichorii,violarum,ana vnc.quatuor,aliàs x.ſpecierum diatriaſandali, aliàs pulueris triumſandalorum,ʒ duas ſemis,aceti albi ʒ j ß. ſpodii ℈.vnum,Miſce,fiat epithema ad hepar.

Vnguentum pro renibus efferueſcentibus.

Recipe infrigidantis Galeni vnc.tres,ſandali rubei ʒ.ſemis,camphoræ gr ſex. Miſce, fiat vnguentum, cum quo vngatur dorſum per ſpinam, ad os caudæ

Vrinæ prouocatio.

Recipe aquæ hordei, in qua decoctæ ſint radices petroſellini, vnc.duas, lactis ſeminũ communium vnc. vnam ſemis, fiat potio. Sudoris prouocatio perficitur cum fricationibus, & intentionibus ſuprà dictis. Remotio accidentium fiat vt ſuprà.

Hectica ſebris. Cap. XII.

Leniatur venter cum eiuſmodi clyſteri.

Recipe caput caſtratinum. Bulliat in aqua cum iſtis herbis,videlicet,Recip. maluæ,blitis,matris violarum,ana M.ij. fiat

decoctio pro vicibus pluribus,pro vna vice recipe ℔.j.Cui adde vitellum oui j.ſacchari rubei ℥ j ß.olei chamæmelini ℥.iiij.ſalis parum,fiat clyſtere, *Aliud enema ad idem.*

Recipe mercurialis,matris violarum,ana M ij.prunorum num.viii.tamarindorum ℥.ß.fiat decoctio,cui adde vitellorum ouorum numero ij. ſacchari roſati recentis vnc.j.olei violarum ℥.iiii.Fiat clyſtere.

Digeſtiua fiant talia.

Recipe ſyrupi violati ℥ j.ß. aquarum violarum, endiuiæ, acetoſæ,ana ℥.vnam.Miſce.

Vel ſic.

Recipe iulep violarum ℥ vnam ß. aquæ hordei vnc.iiii vel triuncium. Miſce.

Aliter.

Recip.ſyrupi bugloſſati ℥ ß.ſyrupi violati ℥ j aquarum endiuiæ, ſeminum communium, acetoſæ,ana ℥ j.

Ad idem alius ſyrupus.

Recipe ſyrupi de teſtudinibus nemoralibus,à Guainerio deſcripti,cap. de cura hecticæ,℥.vnam ß.aquæ limaciarum ℥.x. Miſce, fiat ſyrupus. Et quoniam intentio eſt infrigidare omni modo, ideò quum iam per ſyrupos & clyſteria proceſſum ſit, nũc progrediamur etiam per vnctiones, quarum aliquas deſcriptiones dabimus. Recipe olei violati,amygdalini amari, ana vnc. duas,butyri

vacci

vaccini, medulæ bubalinæ, ana ℥.j.ß. Miſce, fiat linimentum. *Aliud.*

Recipe medullæ cruris vituli, & cerui, ana ℥.j.ß. pinguedinis gallinaceæ, butyri bubalini, ana vnc j. olei amygdalini dulcis ℥.v. vel x. Miſce, fiat linimeutum.

Aliud.

Recipe ſucci cucurbitæ, olei amygdalini dulcis, roſacei, omphacini, añ ℥.ii. Miſce, fiat liniamentum per totum corpus.

Aliud præſtantiur omnibus aliis.

Recipe olei violati, cucurbitini, ſaligni, ana ℥.j. butiri non ſaliti, pinguedinis recentis porci maſculi, mucilaginis tragacanthi, ana vnc. ß. medullæ cruris vituli drac. vj. ceræ albæ parum, & fiat vnguentum arte, quod cum aqua frigida pluries lauetur. Er vltimo ℥.j. lactis mulieris puellam lactantis cum eo in mortario admiſceatur. Balnea proſunt ex decoctione oxyacanthæ, maluarum, matris violarum, & ſeminibus frigidis. Item balneũ ex decoctione mutonis prodeſt, & eſt multi iuuamenti, ſed eſt nauſabile.

Confectiones reſtaurativa.

Primum eſt de teſtudinibus nemoralibus deſcriptione Guainerii cap. de cura Hecticæ. Item confectio de pulpa caponum, ſeu phaſidum, ibidem deſcripta Denique confectio ex quatuor conſeruis, & manus Chriſti,

& pulueribus cordialibus, ab eodẽ Guainerio compoſitum. Item electuarium cancrorum fluuialium aduſtorum eiuſdem. Valet in hoc caſu aqua carnis, ſecundum doctrinã Serapionis. Item deſtillatio caponis. Item brodium Guainerianum. Item aqua hordei pro hecticis, Serapionica Deniq; aqua ſublimationis ranarum viridium, vel anguillarum, vel piſcium ſaxatilium, aut limaciarũ, vel cancrorum, aut ouorum recẽtium Quæ omnia ſigillatim ab ipſo Guainerio deſcripta ſunt loco præallegato. Sed meo iudicio omnibus præualet iulep reſumptiuum eiuſdem Guainerii.

Cura febris phlegmaticæ interpolatæ. Cap. XIII.

PRima intentio verſatur circa adminiſtrationem ſex rerum non naturalium. Aër debet tendere ad caliditatem, quia digeſtioni cõuenit. Cibaria ſint exiccatiua, vt brodiũ cicerum rubeorum, panatella, cum melle, cum decoctione radicum fœniculi, petroſelini, & aliorum ſimilium. Item cappares conditi. Item acetum cum melle, cum ſeminibus fœniculi, & petroſelini, cum ſeminibus menthæ. Aqua prohibeatur: vinũ albũ, ſubtile, aromaticũ concedatur: aromata, & carnes facilè digeſtibiles conducunt in principio,

ſicu

ſicuti pullorum, vitulorum, capretorum, catulorum ferinorum, volucrum, & altilium: ſi eſſet ex colera miſta detur ptiſana, panatella, cum quatuor ſeminibus. Somnus conuenit ab initio vſque ad ſeptimum diem, tunc offeratur panatella, & prohibeantur carnes, & ſimilia: pòſt ſeptimum verò dentur carnes, & protrimenta, oua item recentia. Motus non conuenit, quo ad digeſtionem niſi vſq; ad ſeptem dies (aliàs legitur, niſi poſt.) Altera intentio cõſiſtit in lenitione ventris: quæ his remediis fieri poteſt. Recipe foliorum blitis, mercurialis, maluæ, fœniculi, ana M j. Bulliant in ß. q. aquæ ad conſumptionem quintæ partis. Deinde ſumantur duæ paropſides illius decocti, & adde ſequentia: Recipe caſiæ medulloſæ recentis ʒ vj. hieræ picræ ʒ ij vſq; ad ℥ ß. ſacchari rubei ℥. ß. olei communis pura vnc ij vel iij. ſalis cochlearium j. Miſce, fiat enema.

Potio ad idem,

Recipe caſiæ pinguis drach. iij. vel vnc. ß. aquæ fœniculi q. ß. Miſce, fiat potio. Item in hac lenitione cõuenit manna, & penidii, ſub hac forma potabili: Recipe aquæ decoctionis iuiubarum, & prunorum ℥. vj. vel vij. In quibus diſſolue electuarii de ſeben ſolutiui ʒ iij. mannæ, penidiarũ, ana vnc ß. Miſce, fiat potus. Tertia intentio eſt minoratio mate-

riæ, quæ plurifariàm fieri poteſt, vt ſequitur: Recipe pilularum de hiera, cum agarico ʒ. ij. formentur pilulæ numero v. cum electuario de dactylis.

Aliter in forma potionis.

Recipe diaphœnici communis agarici infuſi iu oxymelite, ana ℈ ij. zingiberis gran. Miſce, cum aqua fœniculi q. ß. fiat potio.

Alia potio ad idem.

Rec. agarici infuſi in oxymelite ʒ. i. mellis roſati colati ʒ. iii vel ℥. ß. zingiberis gran. ii. Miſce, vt ſuprà. Congruunt hic pilulæ aloë, phanginæ, & de hiera ſimplici. Sed meliores ſunt pilulæ de agarico, doſi . præbitæ. Quarta intentio perficitur cum pharmacis reiectionem cientibus, maximè poſt ſeptimum diem. Huius facultatis eſt decoctio raphani, cum oxymelite ſimplici vel compoſito. Vel decoctum ſeminis raphani cum eodē liquamento dilutum, ſub hac forma: Recipe oxymelitis ſimplicis, vel compoſiti ℥ . ß. vel ii. aquarum fœniculi, vel decoctionis raphani, vel aquæ ex ſemine raphani ℥. iii. Miſce, & exhibeatur. Item oxymel cum aqua arathri ſolùm, vel aqua hordei, vt ſuprà. Quinta intentio eſt digeſtio vſque ad ſeptimum diem, vt: Recipe mellis roſati colati vnc. . ß. aquæ fœniculi ℥ iij. Miſce pro digeſtiuo. Pro pauperibus poſt ſeptimum diem valet

iſte

iſte ſyrupus: Recipe oxymelitis ſimplicis, vel compoſiti, rhodomelitis colati, ana drac. vj. aquarum fœniculi, bugloſſæ, apii, ana vnc. j. Miſce, fiat ſyrupus. Detur etiam brodium cicerum rubeorum, cum radicibus fœniculi decoctis.

In phlegmate ſalſo cum cholera.

Recipe ſyrupi acetoſi, ſyrupi de duabus radicibus, ſyrupi violati, rhodomelitis colati, ana ℥.ß. aquarũ cichorii, fœniculi, bugloſſæ, ana vnciam j. Miſce. Verſus ſtatum valentiora digeſtiua conueniunt, vtpote: Recipe ſyrupi Bizantini, acetoſi, ſyrupi de quinque radicibus; mellis roſati colati, ana vnciam ß. aquarum fœniculi, bugloſſę, apii, ana vnc. j. Miſce, & propinetur hora conſueta.

Aliud proprium.

Recipe ſyrupi calaminthitis, abſynthitis, ſyrupi de eupatorio, hyſſopo, praſſio, ſingulorum ʒ ij. vel iij. aquarum, betonicæ rubeæ, ſaluiæ, tamariſcis, origani, ana vnc. j. Miſce, detur per quatriduum in aurora, vel pluribus vicibus, ſi res poſtulauerit. Aduerſum infractus hepatis conducũt ſubſignata deoppilatiua videlicet aqua cuſcutæ, ruſci, aſparagi, rubeæ tinctorũ, & his ſimilia. Si materia eſſet multùm viſcoſa, tunc conuenit oxymeli ſimplex, vel compoſitum, pro abſterſione, inciſione, & mundificatione materiæ.

Sexta

Sexta intentio fit per eradicationem morbificæ ſuperfluitatis,hoc modo: Recipe confectionis de turbitho ſiue rhabarbaro , vnc j. Detur mane ſummo. Vel detur diaturbith cum rhabarbaro tantũdem,ſi materia vbertim excederet.

Aliud fortius.

Recipe diaprunis ſolutiui ℥. v. electuarii de ſucco roſarum drach.iij. confectionis Hamech ℥ j. ß. Miſce, cum ſaccharo fiat bolus, quem ſumat media nocte.

In pilulis.

Recipe maſſæ pilularum aggregatiuarum ſcrupu ij. agarici infuſi ℈.j Formentur pilulæ vij cum diaphœnico vel electuario Indo, & dentur manè.

Aliæ pilulæ ad idem.

Recipe pilularum de agarico Meſuei ℈. ij Formentur pilulæ nume. v. cum electuario Indo, vel de dactylis.

Item.

Recipe aquarum fœniculi,petroſelini,añ. vnc j.ß. bugloſſæ vnc j ſacchari albi drach. ij. Miſce Pro pauperibus detur brodium cicerum rubeorum. Diuerſio fit cum fricatio nibus ab humeris trahendo per totum dorſum, cum tela aſpera, & à genibus infrà deducendo. Item fiat hæc lotio in manibus & pedibus: Recipe fœniculi, maioranæ, folio-

rum

rum lauri, chamomillæ, anethi, ſaluiæ, ana M j. Bulliant cum ß..q. aquæ fluuiali. Octaua intentio ſpectat ad prouocationem ſudoris, & lotii, quę fiat cum prædictis diaphoreticis, & diureticis. Nona intentio verſatur in confortatione ſtomachi ab extra, & intra. Ab extra, vt: Recipe oleorum de ſpica vnc. j. de abſynthio, de mentha, ana ℥. ß. Et ſi adeſſet caliditas, olei roſacei vnc ß pulueris caryophyllorum drach. j maſtiches ſcrupu ij. galangii ʒ. ß. cornu ceruini: roſarum rubearũ, ana ℈. ij ß. ceræ parum Fiat vnguentum pro ſtomacho molle. Item recipe ſyrupi abſynthitis vnc. j. ſummo mane pluribus diebus, & eſt optimum pepticum. Idem facit ſyrupus menthaceus.

Aliud confortatiuum ſtomachi.

Dentur trochiſci de abſynthio manè, cum aquæ abſynthii. Item aromatici roſati, vel caryophyllati, drachmæ binæ, ante prandium. vel ante cœnam per horam. Decima intentio, eſt alteratio, quæ fit cum infrigidante Galenico, ſi renes eo perungantur. Et conuenit potare ſyrupum roſaceum, cum aqua cichorii. Item tragea ſandalina, valde conducibilis eſt Vndecima intentio reſpicit vrinæ retentionem, & impedimentum, cui ſic ſuccurritur: Recipe aquæ hordei, in qua decoctæ ſint radices fœniculi, apii, & petroſelini, cuius

ius detur cyatus vnus cum melle, manè.

Aliud diureticum.

Propinetur vinum elixationis ſeminum apii, marathri, petroſelini, ammei, hyperici, linariæ aſari, ana q. v. Doſis ſit ſemiſcyphus, vel potius ſequiſcyphus. Remotio accidentium, vt ſi adeſſent inſueta inſomnia, & inquietudo, adhibeantur anodina, & ſomnifera leuia per interius pauxillulum requiei Nicolai, vel athanaſiæ magnæ, vel tripheræ, vel ſazaneæ Meſuanæ, vel antidoti philonici deſcriptione Galeni, quod ex his cõſtruitur: Recipe croci denar. num. v. pyrethri, euphorbii, ſpicæ nardi, ana denar. j. melanopiperis, hyoſciami, ana vnc ij. ß. opii denar. numero x. Suſcipiantur, & conficiuntur cum mellis Attici, vel aliàs optimi tanta copia, quanta ſufficit. In compoſitione huius antidoti correſpondet Actuarius omnino ferè Galeno, licet alii multiphariam hãc prodant. Per exterius autem, quod longè tutius eſt, prouocatur ſomnus vnguentis, illinitionibus, lotionibus, denique topicis quibuſcunq; præſidiis, quorũ ſyluulam quaſi reperias in capite Phreneſis, & carptim alibi. Si ſomnus eſſet nimius, educere materiam è capite, & remouere ſomnum conuenit.

Cura febris phlegmaticæ continua.
Cap. XIIII.

IN hac febre eædē intentiones, quæ in præcedenti, ſeruandæ ſunt. Sed differūt, quoniam hîc deſideratur diæta ſubtilior, & parcior. In febre phlegmatica conuenit ſemper paulatim digerere, & tractim euacuare. Ad hoc confert ſyrupus acidus ſimplex, oxymeli ſimplex, ſyrupus item acetoſus ſaccharinus, cum aquis capilli Veneris, marathri, vel ſcariolæ. Fiat miſtio pro digeſtiuis. Solutiua congrua patent ex præſcriptis capitibus.

Cura epialæ, & liparæ.
Cap, XV.

EPialos ex pituita frigida, vel vitrea, putrefactáque generatur. In cuius cura eædem intentiones, quæ in phlegmatica interpolata requiruntur. In continua calidiora, & ſubtiliora conueniunt, quàm in phlegmatica interpolata, & in continua valet ſyrupus ſaccharinus ſi eſſet admiſta cholera: melius autem ſyrupus acetoſus, ſi eſſet materia phlegmatica ſola, enemata ſunt conuenientia, cum hiera picra. Electuarium de ſucco roſarum, vel de pſylio, vel diacatholicon, ſi materia eſſet miſta. Offerantur cibaria minus calida, ſi eſt poſſibile, cum ſeminibus. In

materia phlegmatica verò detur panatella mellita, & decoctio radicum apii, fœniculi, & petroſelini. Si eſt admiſta cholera, vinum non conuenit. Expedit vti pilulis aloëticis. Item potione facta ex hieræ picræ ſemũcia, & ß q aquę capilli veneris, aut fœniculi. Roboretur ventriculus cum medicinis ad hoc conſentaneis, per os cũ ſtomachico confortatiuo vtrolibet, vel cum corticibus citri cõdititiis, vel miua cydonite, vel cum iſta tragea: Recipe ſpecierum aromatici roſati, ſtomachici confortatiui, diagalãgii, ana ʒ j. ſacchari penidiati vnc. j. vel ß. M. fiat tragea.

Regula generalis in quacunque febre.

In omni febre, ſiue cholerica, ſiue phlegmatica, ſiue quomodocunq;, ſemper oportet apertiua quæpiam exhibere, ex quo materia ſemper ad venas fluit, & oppilat. Ideo in principio quidem minoribus vtendum apertiuis, in fine fortioribus. Et nota quòd ſyrupus de eupatorio, ſiue áqua eiuſdẽ multùm prouocat, & aperit.

Cura febris ſyncopalis humoroſæ. *Cap.* XVI.

SEruetur debitum regimen: Aër ſit magis tendẽs ad calidum, quàm frigidum, ſed ſit temperatus: Cibaria ſint facilis digeſtionis, vt ptiſana hordeacea, cum ſacchare

oua

oua ſorbilia, recens nata: Vinũ cõuenit, dein de pullus contuſus, patientẽ ſæpe, & parum pro vice decet cibare. Vomitus valde iuuat ad confortationem virtutis. Inanitio confert. Repletio vitanda. Accidentia animi ſumma vi propulſentur. Lenitio ventri procuretur cum enemate lenitiuo, facto ex brodio pulli, vitello oui, & ſale, vel cum decocto blitæ, mercurialis, maluæ, additis prædictis. Minoratio materiæ fiat cum pilularum de aloë lota drach. ß. vel pluſculum.

Vel cum iſto bolo.

Recipe electuarii de pſyllio vnc. ß. caſiæ, diaphœnici, amborum drach. ij. Adiecto ſaccharo fiat bolus qui detur habita ratione circunſtantiarum. Digeſtio primùm perficienda leuioribus, vt cum ſyrupo acetoſo, mellino, & ſaccharino, oxymelite ſimplici. Deinde fortioribus, veluti cum oxymelite compoſito, ſyrupo Byzantino, cum aquis fœniculi, apii, petroſelini, &c. Euacuatio poteſt eſſe cum pilulis de aloë lota, in maiore doſi quàm ſuprà dictũ eſt de minoratione materiæ. Itẽ pilulæ de agarico. Item pilulæ de hiera cum agarico. Itẽ fiant fricationes in toto corpore, deinde accede ad curas ſuperiùs dictas. Confortatio virtutis fieri poteſt cum cibis virtuoſis, & alacriter reficientibus, pineatis, amygdalatis, & his rebus, quas in ca-

pite ſyncopis commemorauimus. In febre cholerica, ante tertiam acceſſionem, videlicet quum materia ſit incraſſata, aliqui neque phlebotomandi, nec purgandi facultatē dāt. At Galenus in lib. II. de venæ ſectione, ſic dicit: In febribus phlebotomādū in omni diei hora, omni noctis, ſed in declinatione particularium paroxyſmorum præcipuè: in febre ſyncopali ex cholera (Galeni Archimedici illius permiſſu) largiuſculè, & refectoriè magis cibentur ægrotantes: & maximè poſt quartum diem, iam humoribus, è quibus febres generantur, in coctionem venientibus. In illa febre continua, venæ pedis incidendæ ſunt. Tametſi Græci, & Arabes balneum ſuadeant in febrium decremento, tamen in hoc noſtro climate minimè conſultum eſt, propter repletionem. Nam balneum aridam naturam debilitat, balneum aquæ calidæ auget, ſed tepidæ, vel minus calidæ deprimit ad interiora calorem, & ſic augetur febris.

Vrina ſpumoſa in febre portendit morbi longitudinem. In febribus aliquādo paſtum ſuppeditamus etiam in nocte propter paroxyſmum. Febris phlegmatica anticipando paroxyſmos, mutatur in tertianam. Flores perſicorum purgant choleram, in decoctione, infuſione, pulueribus, vel conſeruis.

Omne apoſtema ſequitur febris, maximè quod

quod eſt in interioribus. Caliditas innatu-
ralis in quotidiana, & quartana, non ex hu-
moribus,qui frigidi ſunt, ſed ex putrefactio-
ne prouenit. Apoſtema ſine febre, eſt ſicut
corpus ſine vmbra: intellige de ſanguineo,
vel cholerico. Optima cognitio principij
cognoſcitur ex febre: Ex inuaſione paro-
xyſmi, aliqua diei parte coniicere licet & pe-
riodicationem, & febris naturam. Conti-
nuæ non horrent, quia non ſpargitur mate-
ria extra venas ſuper membra ſenſibilia.
Cùm febris ſit formaliter calor, & effectiuè
ſiccitas, debet ei reſiſti infrigidando, & hu-
mectando. Vrinæ nunquam negligendæ
in febribus. Galenus 1.cap.3.7. de criſibus.
Ante læſionem cordis, non fit febris. Stante
repletione in ventre, non demus ſyrupos.
Item ſtante repletione humorũ malorũ,non
exhibeamus ſyrupũ valde apertiuum, timẽ-
do de tranſitu eius ad hepar. In ſimilibus ca-
ſibus cauendũ ab aſſumptione theriacæ, vel
electuarij calidi apertiui. Vrina carens hy-
poſtaſi, malã digeſtionem prædiuinat. Vri-
na tingitur nimio decubitu, inedia, cholera,
cõmiſtione humorũ, excalfactiõe, defatiga-
tione, eſu rerũ tingentiũ. Sicut in intermittẽ-
tibus numeramus deinceps omnes acceſſio-
nes, in prædictionẽ futurę indicationis; ſic in
cõtinuis dies 3. Prognoſt. & 2. Aph. lib. 2. 45.

Auctariolum de cura febris peſtilentialis, aliarúmque acutarum in generali.

Definitio.

PEſtilentia medicè loquendo nihil aliud eſt, quàm febris putredinalis, cuius putridus ſeu corruptus aër ſingulari, & ſpecifica proprietate mortalibus obeſt, & aduerſatur. Galenus hanc ſic definit: Peſtis (inquit) eſt morbus in omnes, vel quãplurimos ſæuiẽs, ad aëris corruptionem initium habẽs. Idem paulò inferiùs eodem in libro ſic ſcribit: Peſtilens febris, quæ cũ vehementi calore ſitim intolerabilem adfert, excretiones alui cũ ſtrepitu exeuntes, fœtidas atq; malè olentes reddit: Vrina multa, graueolens, ſaltus exilis, & vix perceptibilis. Hac febre plerũq; affici teſtatur idem Galenus, putredini obnoxia corpora: Datur autem origo peſtilentibus febribus (eodẽ Galeno teſte) ſicubi ex aëris intẽperie, & elementorũ inſalubritate humores corporũ ex victus etiámnum prauitate putredini ſunt obnoxii. Hæc à Græculis quibuſdã loimos dicitur. Quæ cùm ſit aliarũ quarumcunq; febrium exitioſiſſima, & atrociſſima, ſolicitiorem ob id, & accurationem, celerio

leriorémque curam depoſcit. in qua curanda quadriformis intentio requiritur. Prima conſiſtit in mundificatione corporis. Secunda, in obſeruatione diætæ debita. Tertia verò, in confortatione membrorum principalium, & aſſeruatione potẽtialium virtutum & operationum. Quarta, in datione vel administratione Antidotorum, & functione Chirurgica, nempe circa phlebotomiam, maturationem, extractionem, & ſanationem carbunculorum. Præcuſtodia igitur vitãdæ luis epidemicæ, ſecundum Galenum, poteſt eſſe talis: nimirum obſiſtere putrefactioni, & ſtatim ab initio quæcunque ſunt humida corpora, omni via exiccare. Quę verò ſiccio ra, in antiquum ſtatum cõſeruare. At in quibus cruoris, & noxiorum humorum ſuperfluitas redundat, hęc phlebotomia & purgationibus ſanare, denique obſtructiones foraminum aperire. In communibus febribus longiore proceſſu vtimur, vtpote, minorando, præparando, ſeu digerendo, euacuando, & eradicando: ſed quia hæc febris, negatis induciis obluctatur, & rarò ad pacis conditiones deſcendit, ad curationis ſcopum quãtocyus properandum eſt.

Prima intentio.

Imminẽte peſtilẽtioſo aëre, dũ adhuc corpus illibatum eſt, propinari poteſt ſyrupus

ſubſcriptus: Recipe ſyrupi de acetoſa ʒ.viij. ſyrupi punicei ℥.ß.aquarũ acedulę,lactucellæ,ſcariolæ,ana ℥ j. Miſce,capiat in aurora.

Aliud ad idem.

Recipe oxyſaccharæ, ſyrupi de acetoſa, oxymelitis ſimplicis, ana vnc.ß.aquarũ endiuiæ,ſcabioſæ,cardui benedicti, ana vnc j. Vel recipe aquarum acetoſæ, boraginis,bugloſſæ,violarum omniũ, vnc.iii. Miſce, vtatur vt ſuprà. Deinde fiat progreſſus, quo do. Hieronymus Augubius præceptor meus olim vſus eſt, cùm ingens peſtilitas Romæ viguit, anno videlicet à natiuitate Domini M. D. XXII & ſunt tria prophylactica.

Primum prophylacticum.

Recipe aloes electæ vnc.j. myrrhæ,croci, ana drach.ij agarici præparati, rhabarbarici electi tantundem,camphorę drach j.ſcru. ii.ſandalorum citrini, & rubei, roſarum rubearum, corallii rubri, ana drach.j. dictami, gentianæ,zedoariæ,tormentiliæ, ana ℈.iiij. Reformentur pilulę cum ſyrupo acetoſitatis citri q. ß. De quibus debet ſumi vna pro vice omni die de ſero, quando vadit dormitum. Et ſit ad pódus vnius ſcrupuli pro qualibet, & pueris ſufficit præbitio ſemiſcrupuli.

Secundum prophylacticum.

Recipe theriacæ electę, Mithridatici optimi,añ ʒ j.ſacchari roſati,boraginati,bugloſ

ſati

ſati, corticum citri conditi, ana ℥. j. ß. electua rii de gemmis ʒ. x. diarhodonis Abbatis, dia trianſidali, ana vnc. j. Miſce cum ſyrupo de corticibus citri q. ß. Et de dicto electuario capiatur omni die, vel omni tertio die, tēpore ſuſpicionis peſtis, & capiāt ipſum per qua tuor horas ante prandiū, ad quantitatem caſtaneæ, & poſt ipſum bibāt parū vini aromatici. Si verò (quod Deus prohibeat) aliquis eſſet iam oppreſſus à peſte, quantò citiùs fieri poterit, ſumat drach ij. de infraſcripto pul uere, in dimidiato cyatho boni vini albi.

Tertium prophylacticum.

Recipe tormentillæ, dictami, zedoariæ, gentianæ, ana drach. j. radicis carlinæ, radicum verbaſci exiccatarum ad vmbram, tantū, vt poſſit piſtari, & puluerari, ana ʒ. j Fiat ergo ex his omnibus puluis tenuiſſimus, & (vt dictum eſt) quantò citiùs fieri poteſt, qui infectus eſt, capiat de iſto puluere ʒ. ij. in vino bono, albo, poſtea cooperiat ſe in lecto multis pannis & tegumentis, vt ſudet, & videbis mirabilia. Simili cura vſus fuit dō. Ioannes Lotzerus Budoritanus medicus inſignis ingraſſante ſuperioribus annis Hydronoſo, & feliciter ſucceſſit.

Puluis diaphoreticus, quo ego ſum vſus in eodem morbo, & eſt expertus.

Recipe boli Armeni vnc. ij. cinnamomi

vnc.j. radicum tormẽtillæ, dictami, ſandali rubei, ana drach ij. ß. ramenti eburnei drach. j. ß. zedoariæ drach ij. ſpodii, ſeminis antheræ, ana ſcrup ij. corticum citri, margaritarum, ana drach j ſmaragdii, rubini, ana ſcru. j. carabæ, vnicornii, ana vnc. j. ambræ gran. iii. vel iiii. auri, & argenti minutiſſimè limatorum ſcrupul j. moſchi gran. iij. ſacchari ad pondus omnium, fiat puluis ſecundum artem. Doſis drach. j. vel exagium vnum. Si calor adſit, cum aqua oxalidis: ſin frigus, ex vino meraciore.

Alius puluis ad idem, & contra omne venenum.

Recipe radicum pampinellæ, tormentillæ, cinnamomi, ana vnc. j. ligni aloës, menthæ Græcæ, ana vnc. ij. granorum iuniperi, ſeminis nardi, ana tantundem. Fac puluerem, vel cum theriaca fina, & Mithridatico electo, & ſyrupo de ribes q. ß. fiat miſtura. Doſis drach. j vel pluſculum. Pro ſecunda intentione hæc veniunt obſeruanda. Aër rectificetur non odoramẽtis ſolùm, veluti trochiſcis, candelis, & pomis ambratis, ſed etiã confectionibus odoriferis per os ſumendis, quæ ſimul fœtorem venenoſi aëris repellãt, & cor, aliáſque principes partes vegetent, ac roborent. Ad hoc egregiè valent ſubſignata alexipharmaca.

Confectio & electuarium tempore peſtis contra aeris infectionem optimum.

Recipe ſpecierum diarhodon Abbatis ℥. ij. ſpecierum electuarii liberantis drac. j. ſpecierum electuarii de gemmis, diamargariti, diatriaſandali, ana drach ß. pulueris dictami albi, ſandali citrini, & rubei, coralliorum rubeorum, corticum citri, ana ſcrup j. moſchi, ambræ, ana gra. iiij. Fiat puluis. Ex quo medietas fiat confectio in morſellis, addendo ſacchari albiſſimi ℔. ß diſſoluto ſaccharo in aqua roſacea q. ß. ex altero dimidio fiat electuariũ arte ſubaddẽdo conſeruæ roſarũ, ſacchari boraginati, & bugloſſati, corticum citri conditorum, ana vnc j. ſacchari candidiſſimi, in aqua roſacea electa diſſoluti, ℔. ß Et fiat electuarium. Doſis à drach. j. vſq; ad binas, vel ternas, manè, & ſerò. Alia antidotus miræ vtilitatis aduerſus omnem virulentiam, de quo ſumendũ matutinis horis pondus drach j vel paulò plus, per ſe vel cum vino, aceto, & aqua roſacea diluto, vel cum aqua acetoſitatis limonis nõ ſaliti. Laudatur enim ab Auicenna mirum in modum in quarta de cura febrium acutarum in generali. Aut detur cum ſyrupo de ribes infrà ſcripto, & abſtineat à cibo poſt per quatuor horas. Et hoc in via præſeruatiua, ſed poſt

infectionem ſtatim recipiat ægrotùs huius electuarii ʒ j. & theriacæ optimæ tantundē. Miſceatur, quo ſumpto bibat mox hauſtum aquæ ſcabioſæ, vel acidulæ, cum modico aceti permiſtæ. Vel electuarium cum theriaca incorporatum in aquis prędictis reliquatum bibat, & ad ſudandum ſe componat.

Antidoti deſcriptio talis eſt.

Recipe boli Armeni cũ roſacea abluti ʒ. ij. terræ ſigillatæ, coraliorum rubeorum, ana drach. j. corticum citri, zedoariæ, croci, ana drach. ß. ſacchari roſati, de roſis rubeis ℥. vj. ſyrupi acetoſitatis citri vnc. x. Omnibus ſubtiliſſimè pulueriſatis, fiat electuarium arte.

Syrupus de ribes ſic fit

Recipe ſucci ribes ℔. j. ſucci boraginis quartã ℔. ſeminum plãtaginis, cidoniorum, ana vnc. ij. Bulliant cum parum aceti, ad conſumptionem tertiæ partis, & colaturæ addatur ſacchari taberzeth q ß. pro dulcoratione, & fiat ſyrupus arte. Exercitia (ſecundum Galenum in cura febris peſtilentialis) ſint moderata, victus temperatus, ſomnus nocturnus mediocris, in affectibus animi competens moderatio. His præſidiis vbi peſtilẽs lues ingruit, dum corpus contagio caret, nitendum eſt, ſed qui iam peſtilẽtia cõflictantur, grauioribus & valentibus adminiculis vti debent Mundificandum corpus à noxiis

xiis humoribus, ſi robur ſuppetit, deinde vena ferienda, ſecundum competentiam, nec ad ſyncopim, ſed iterãdo, ſiquidem Galenus repetitiam venæ ſectionem laudat, lib. de ratione per ſanguinis miſſionem. Vbi etiã febri acutiſſimæ cum incendio, & corporis plenitate venam ſectã mederi tradit. Hoc facto bolus vnus aut alter antidoti præſcripti in os inſerere oportet, cuius efficacia veneni noxa reddatur eneruis, & cordi prorſus innoxia. De amolitione accidentium, quæ in hac ægrotatione ſolent euenire diriſſima, & pernicioſiſſima, plura reperies in Antidotario meo Epidæmon inſcripto.

FINIS.

CVRATIONVM MORborum in Leonello contentarum Index capitularis.

APpetitus corruptus, pagina 314
Appetitus caninus 321
Angina 167
Ani exitus 520
Ani pruritus 517
Ani rhagadiæ 512
Apoplexia 41
De eadem materia Regimen D. Corradini & Curtij 47. 48
Arthritis 611
Aſclites 387
De eadem materia Regimen Dom. Ioannis Catzani Bolſanenſis 402
Aſthma 193. Item 227
De eadem materia Regimen Domini Ioannis Manardi 202
Aliud de Aſthmate Regimen Domini Hieronymi Augubii 206
Aurium apoſtema 158

BOliſmus 324

CArdiaca ſeu Cardialgia, id eſt, cordis tremor pagina 249
Catarrhacta 152
Catarrhus 118
De eadem materia Regimen Domini Hieronymi Augubij 131
Cephalea 17
De eadem materia Regimen Dom. Saxiferrati 24

Cho

Cholera ſeu cholerica paſsio 271
Coitus diminutio 600
Colica phlegmatica 363
Cólica atrebiliaria 373
Colica ventoſa 375
Colica ex ſiccitate & retentione fæcum 379
Colica ab apoſtemate calido inteſtinorum 383
Colica ab apoſtemate frigido inteſtinor. 385
Congelatio 52
Cynicoſpaſmus 73

DIſſenteria 435
De eadem materia Regimen Do. Hieronymi Augubij Patauini 444

EPileſia 86
De eadem materia Regimen Hieronymi Augubij 98

FEbris quid? & vnde? 676
De omnigenis febribus, earúmque dietatione Aphoriſmi Hippocrat. locis iiſdem.
Febris ſanguinea 684
Febris tertiana pura 686
Febris tertiana non pura 695
Febris tertiana continua 702
Febris quartana 705
Febris phlegmatica 714
Febris cauſon 719
Febris ſanguinea vel ſynocha ſine putredine 722
Febris hectica 725
Febris phlegmatica interpolata 728
Febris phlegmatica continua 735
Febris epiala & lipara 735
Febris ſyncopalis humoroſa 736

Feb

De eadem materia cura D. Ioan. Lotzeri 743
Fluxus ventris 413
Fluxus ſanguinis à toto creticus 423
Fluxus cerebralis vel catharrhalis 427
Fluxus hepaticus chyloſus 455
Fluxus hepaticus phlegmaticus 460
Fluxus hepaticus cholericus 463
Fluxus hepaticus melancholicus 466
Fluxus oppilationis venarum meſaraicarum 471
Fluxus oppilatiuus ſplenis 476
Fluxus poſt purgationem violentam acceſſorium proprium 481

GOnorrhœa 580

HAemaptæa 229
Hæmorrhoides 499
De eadem materia experimenta diuæ Hyldegardis, pagina 510
Hepatis debilitas 327
Hepatis oppilatio 333
Hepatis apoſtema 338
Hepatis dolor 346
Hernia 565
Hernia aquoſa 567
Hernia ventoſa 572
Hernia zirboſa 573
Hydrops 385
Hypoſarca 409

ICteritia 350
Incubus 100
Iunſturarum dolores 611
LApis renalis, & veſicalis 536
De eadem materia Regimen D. Tanſtetteri 548

Let

Lethargus 49
Lienteria 432

Matrix quid 632
Curſus ſiue fluxus humiditatum albarum, ſeu curſus matricis 649
Matricis præfocatio 655
Matricis apoſtema 662
Matricis præcipitatio ſeu deſcenſus 670
Melancholia 101
Mulieris purgatio ſuppreſſa 633
De eadem materia Regimen Domini Hieronymi Augubij 639

Nimia muliebris expurgatio 643

Oemoptiſis 229
Ophthalmia 333
Oris tortura 73
Othalgia 158

Paralyſis 55
Peripneumonia 222
Phrenitis 32
Phthiſis 237
Pleuritis 208
De eadem materia cura tentatiua Nicolai Florentini 211
Pollutio nocturna ſpermatica vel diurna 589
Priapiſmus 594

Satyriaſis 594
Singultus 305
Spaſmus 80
Splenis durities & tumor 357
Sputum ſanguinis 229

Sto

Stomachi debilitas 281
Stomachi dolor 290
Stomachi apoſtema 295
Stupor 69
Synanche 167
De hac materia cura Dom. Ortholphi Medici inſignis 179

Tenaſmus 446
Tremor 69
Tuſsis 184
Tympanites 405
De eadem materia cura Theophraſti Paracelſi 409

Vermes ventris 486
Vermes ani 496
Vertigo 26
Viſus debilitas 144
Vomitus 261
Vrinæ difficultas 524
De eadem materia cura Corradini 530
Vrinæ ſuperfluus fluxus 532
Vrinæ ardor 550
Vrinatio ſeu mictio cruenta & ſanioſa 558

FINIS.

DE AEGRITVDINIBVS INFANTIVM TRACTATVS.

EODEM AVTORE.

Appendix ad eundem, per Georgium Kufnerum iuniorem.

AD CANDIDVM LECTOREM SEBAſtianus Solidus.

Si varias morbi cauſas ſpeciéſque malorum
Quæris, & his notis pharmaca ferre malis:
Præcipuè teneræ proſint quo tempore pubi:
Mollis vt eſt ætas, ſic quoque molle cupit.
Ergo legas Kufner, quos dat tibi laude libellos,
Hic iunior, patris non tamen arte minor.
Si tales in Vere poteſt producere fructus,
Quantus in Autumno commoda quanta dabit?

ILLVSTRISSIMO,

Clementiſsimóq; Principi, ac D. Domino Alberto, vtriuſq; Bauariæ Duci, Comiti Palatino Rheni, ſuo gratioſiſsimo Domino, Georgius Kuſnerus Iunior, Artium, & Medicinarum Doctor, vitam precatur per omnia fortunatiſsimam, ac diutiſsimam.

SOlent Illuſtriſſime Princeps, hi, qui memoria digni quidpiam literis mandare conſueuerunt, ſua ſcripta ſub magnatum, ſibi bene fauentium, tanquam Mecœnatum aduerſus ſtridulos, & petulantes morſiculatorum gannitus tuitione, & auſpicio, in publicum promere. Quorum exemplo percitus ego primitias mei ſtudij, hoc eſt, diuinum planè, necnon perpete poſteritatis memoria digniſſimum, Magiſtri Leonelli Fauentini de Victoriis, doctiſſimi, & expertiſſimi practici, qui haud ita dudum artem Pæoniam Felſinæ, celebriter admodum profeſſus eſt, de Infantilium ægritudinum medicatione libellum, opera, & ſedulitate mea (qua potui) à mendis, quibus ſcatebat, innumeris, terſiſſimè caſtigatum, imò & meam de eadem tractatione (videlicet Infantium

morb

morbis, à cunis ipſis, ad puerilē, & ephebeā vſq; ætatem ſeſe extendentibus) appendiculam haud minus ſoſpitalem, & vtilem, partim ex optimis medicinæ authoribus, Hippocrate, Galeno, Aëtio, Auicēna, Rhaze, Aegineta, Auerroë, Haly Abbate, Iſahaco, Meſueo: & inter recentiores, Bartholomæo Mōtegnano, Guilielmo Varignano, Georgio Valla, Petro Hiſpano, Ioanne Stockero, Vuolphgango Peyſſero: partim etiā ex patriis pragmagraphis, hemeridiis, ſiue diurnalibus, depromptā, deniq; proprio etiā ingenio exaratam, editurus. Meditabūdus intra me, animo agitaui ſæpius, cuinā idoneo tutori, ac patrono, primos illos ingenij mei rudioris (non diffiteor) partus cōmodiſſimè deberē dicare, hoc ita ſcrupuloſiùs perſcrutanti, tandem ſubitò in mentē venit, neminem eſſe vſquequaq; gentium, cui vel aptiùs, vel decentiùs iidem cōpeterēt, quàm vni, ac ſoli bonarum ſcientiarum, & artium, earundémq; cultorū archimecœnati, illuſtriſſimo nimirum Boiorum Duci, Alberto, Domino meo gratioſiſſimo, vtpote ſub cuius Ducatu luſtrū vnum degerim, quin & in celebratiſſimo Ingolſtadienſi gymnaſio, à ſuis clariſſimis progenitoribus inſtituto, literariæ militiæ tyrociniū fecerim, & palmā cuncti laboris gymnaſtici eodem tum actum meū ſua illuſtri præſentia

honorare dignante obtinuerim. Denique cùm plurimi (vt popularis fama fert) regale connubium illi ominentur, nõ ſolùm vt hac mea lucubratiuncula eidem humili mente quidem, ſed pia prorſus, ac deuota congratu larer, verumetiam vt (ſi ſuperis collibitum foret) idem pater patrimus factus, hoc eſt, multa ſobole, ſeu potiùs heroinis auctus, iiſdem, ſi fortè languerint, præſentaneis medelis ſuccurrere poſſet. Ob has (inquam) cauſas legitimas, haud iniquũ mihi viſum eſt, meã illam, tametſi præcocem, opellam, ſuæ celſitudini nominatim nuncupare, & cùm iam inſtet nouus annus (vt peruulgati moris eſt) hymenæi, vel potiùs genethliaci munuſculi loco humiliter offerre. Non quòd putem talem, ac tantum heroa, tantilla donatione delectari, ſed vt anſam arriperem, eundem (quem certatim omnes dignis encomiis celebrant, & perfectæ laudis ampliſſimum teſtimonium reddunt) pro craſſuli ingenij mei modulo collaudarem, & in illius gratiam memet inſinuarem: licet non ignorem illius præconia ita populariter eſſe diſpalata, vt nec meo, nec cuiuſquam, eloquio indigeant. Nam (ſi claritudinis ſuorũ natalium originẽ reſpicias) quid ſuo genere illuſtrius? Quid ſua inclyta proſapia nobilius, vel antiquius? Nónne è gẽte illius procreati ſunt

olim

olim Reges? Nónne huic cum binis illis inuictiſſimis, ac potentiſſimis orbis Chriſtiani Monarchis, Carolo videlicet Imperatore auguſtiſſimo, & ter maximo imò & Ferdinando, ſacri Romani Imperij ſceptrigero Rege ſereniſſimo, intercedit arcta quædam propinquitas, & generoſiſſimi ſanguinis cõiunctio? Quod autẽ ad perſonam ipſius attinet, nihil ſuis moribus cultius eſt, nihil vitæ elegantia, honeſtamento, ſynceritatéque celebratius. Si quis abſolutum veræ prudentiæ exemplar, & expreſſam ideam requirit, à nemine rectiùs petierit, quàm à moderatiſſimo in rebus omnibus hoc noſtro Principe, Phœbi profectò Tripode digno, necnõ omni virtutum genere inſtructiſſimo. Cuius ſuper omnia mores ſic integri ſunt, & fama ſic illibata, vt nemo ſit tam impudens ſycophanta, quem non pudeat malè de eo loqui. In quo ſereniſſimo Principe, adhuc iuuene, mira indoles effulget, ſic vt omnibus magnæ ſit expectationi. Porrò cùm prima illius ætas tam manifeſtum iter ad virtutes oſtendat, quid non boni (ſicubi pubertatis annos ſupergreſſus fuerit) ſperandum erit naſcituris ſe regnante inferioribus? O felix regio: O natio fauſtiſſima, quæ talem cælitus tibi demiſſum ſortita es dominum, qui nihil antiquius habet, quàm pacem, quæque ad

Reipublicæ commodum faciunt, quique (vt breuibus multa coarctem) omnes regii animi dotes habeat in numerato. Hic vnus multorum heroum priſcorum decora refert. Iuſtiniani nimirum æquitatem, cui & impenſe dat operam: Ptolemæi Philadelphi ſtudium erga bonas literas: Mœcenatis in muſophilos omnes diligentiſſimam beneficentiam: Alexandri magni felicitatem, ac fortunam exoptatiſſimam: Cœſaris inuictam vim animi: Auguſti comitatem, ac hūmanitatē gratiſſimam omnibus: Traiani mãſuetudinem eximiam: Alexandri Seueri dexteritatem, & integritatem: Marci Antonini doctrinam, Theodoſij pietatem, & ſi quid aliud maius eſſe poteſt. In ſumma, talis ab omnibus prædicatur ille noſter Princeps, qui ſit vel ipſa probitate melior. Sed ne videar Agathoniã canere cantionem, cùmq; penes me non ſit, dignis illum efferre laudibus pro decentia, iam receptui canam. Priùs tamen editionis meæ cauſas obiter percurram: Ita tamen, vt nemo tam perditus, támque inuidus inueniri poſſit, qui id non iure factum fateatur. Prima igitur cauſa eſt, quòd noluerim tanti authoris, nempe Leonelli, egregium, ac ſalutiferum opuſculum ſuppreſſum iri. Altera, vt infantiæ, ac pueritiæ morbidæ, & lãgueſcentis ſaluti conſulerem. Vt ſi quis ægritudinis

caſus tenellis infantulis acciderct, eſſet in promptu medicamẽ huic ætatulæ commodum. Siquidẽ multi (quod palam eſt) obſtetricum, & vetularũ inſcitia, temeritate, iniuriáq; miſeram oppetunt mortẽ. Sunt etiam alià infantes ab ipſo vitæ limine, variis, & ancipitibus morbis obnoxij. Itaque quo magis calamitoſum, & execrabile infanticidiũ præcaueretur, à ratione minimè alienũ videbatur, Epitomen hanc in publicum dare, ne tanta detrimẽta miſellis infantulis inferrentur poſthac. Nec enim vitio mihi verti poterit editio illa (vt opinor) cùm non ob vanã gloriã, ſed cõmiſerationẽ inſontiũ puellorũ (qui aliàs cruciabili exitu fortè perirẽt) motus, has meas vigiliolas publicè promulgauerim. Quid enim vtilius, quàm his ipſis medica ope ſuccurere, cùm ſint pulcherrimum cũctorũ creatorũ Dei opificiũ, & mortalibus vnicũ, ac delectabiliſſimũ deliciũ, ſolatiúmque nõ mediocre? Præſertim cũ ſint loquelæ expertes, nec aliter affectus ſuos niſi per vagitum exprimere queant, & indicare. Videmus etiam bruta nimirũ animalia, pullos, & catulos ſuos inſtinctu naturæ lingendo, expoliendo, incubãdo, fouẽdo, alendóq; ſuſtẽtare: quantò magis homini eadem natura hoc ngenerauit, vt ſaluti liberorũ, ac pignorum uorum chariſſimorum, nutricatu, educatio-

ne, & remediatione conſulant? Ideo non abſurdum fuerit, imò maximè neceſſarium, cùm id à natura comparatum, & inſitum ſit, eiſdem non alimoniis ſolùm, ſed ſalutiferis quoque medelis (ſi quæ improſpera valetudo ingruerit) auxiliari Quid præterea honeſtius, magíſq; neceſſarium, quàm eaſdem nobiles fœturas ab ærumnabili diſcrucio vindicare, & adſerere, & ipſis nephariis infanticidis certũ, ſalutiferúmq; curandi, non interficiendi, modum præſcribere? Lubuit inſuper, illuſtriſſime Princeps, meam illam oratiunculam cũ in frequentiſſimo celebriũ hominum cœtu, dum inſigniendus eſſem, Ingolſtadii habitam, cui illuſtris celſitudo tua, pro inſigni, immenſáque ſua modeſtia intereſſe dignata eſt, appendiculæ vice adnectere. Certè non captandæ famæ gratia, ſed vt cognati, & conſanguinei mei, profectus ſtudii mei deguſtationẽ tanquam aliam quam acciperent. Neque etiam volui encomiaſtarum mihi ob adeptam inſignitionis meæ dignitatem congratulantium, & applaudentium, perdocta, & luculẽtiſſima metra ſupprimerentur, ſed veluti ex vmbraculis in ſolem proferrentur. Itaque cùm publica conſuetudine receptum ſit, vt ſolennibus xeniolis ineunte nouo anno viciſſim ſeſe adficiãt homines, ac cõcilient, volui ſub tui celebrat

lebratiſſimi nominis epigraphia, nouitium hunc meum partum vita donatum iri. Nam ſi is eiuſdem nominis tui ſplẽdore fultus fuerit, dentes dubio procul Theoninos retundet, omnémque liuorem zoilorum facilè vitabit. Tuam igitur illuſtriſſimam celſitudinem ſupplex obteſtor, vt hãc Saturnalitiam ſtrenam, poſteris, ac nepotibus tuis, ſi quos (quod Deus optimus maximus faxit) natura tibi conceſſerit, ſicubi diſpẽdium bonæ valetudinis (quod longè abſit) agant, haud dubiè permagno vſui futuram, hilari vultu ſuſcipias. Méque tui gymnaſij deuotum, & obſequentiſſimum alumnum, pro tua ingenita benignitate commendatum habeas, tuáque principali gratia, & immenſa clementia foueas. Interim tuam illuſtrem claritudinem quàm diutiſſimè, feliciſſiméque incolumen ſeruet immortalis Ieſus. Data Reginoburgi pridie calendas Decembres, Anno ſoteriorum Chriſtianorum M. D. XLIII.

PRAEFATIO.

PRO cura ægritudinũ infantium, notandi ſunt primò quatuor canones, quos ponit Auicenna, tertia primi, capite tertio, de ęgritudinibus infantium. Quorum primus in curationibus infantium ægritudinum regatur

 nutrix,

nutrix, & hoc duabus de cauſis prima, quòd plures ægritudines prouenientes infantibus proueniunt ex malo regimine nutricis, ex quo corrumpitur lac, & poſtea cauſat ægritudines in pueris. Secūdò, quia infantes non poſſunt tolerare fortia alterātia, & euacuantia. Secundus canon eſt, quòd debes conſiderare diſpoſitionē nutricis, an in ea ſit repletio ſanguinis, vel alterius humoris, propter quod fiat in humoribus ebullitio, vnde generatur lac malū, pro pueri nutritione, & ideo tollatur talis repletio euacuatione propria. Tertius canon eſt, ſi patiatur nutrix aliquam ægritudinem, tūc curāda eſt cum his, quæ comeduntur, & bibuntur. Et aliquando corruptio humorum, vnde poſtea ex tali ebullitione lac generetur corruptum. Curetur igitur quantum eſt poſſibile, cum cibo, & potu, & bono regimine in omnibus. Quartus canon eſt, quòd ſi contingat, quòd nutrix accipiat aliquando medicinā ſolutiuam, vel vomitiuam, pro illo die non lactet puerum, ſed alia mulier ſana lactet illum. Conſiderandæ ſunt ſecundò ægritudines particulares, quæ poſſunt ipſis pueris contingere, & ponuntur ab Auicenna cu. XXXIII. Et diuiſim, & vnaquaq; eius curam ponemus.

De

De tumore, & apoſtemate gingiuarum, & ſpaſmo chordarum, maxillarum, in ortu dentium.

Cap. I.

CAVSA iſtarũ ægritudinum, quia cùm oriuntur ſunt acuti in primis, & pungũt gingiuã, adeò quòd magnũ dolorem inducunt, & ex dolore trahitur materia ad locum, & cauſatur tumor, & apoſtema: ſimiliter fit in chordis gingiuarũ.

Cura diſpoſitionis ſuprà ſcripta perficitur iſto modo.

Prematur locus apoſtemoſus cum digito leuiori modo, quo poſſibile eſt, vt ex tali preſſione, materia ibidem collecta diſpergatur, & deinde via detur oriendi, & cito creſcat. Deinde fiat inunctio circa gingiuam, ex rebus mitigantibus dolorem, & facientibus dentes oriri.

Alia vnctio.

Recipe adipis gallinæ ℥ j. Vngantur gingiuæ, vt ſuprà.

Linimentum.

Recipe olei chamæmelini, mellis, ana ℥. j Miſce bene ad inuicem agitando, & linia-

tur

tur locus læſus. Nam ex melle fit abſterſio, & exſiccatio materierum ad locũ currentium: & ex oleo de chamomilla fit ſedatio doloris.

Aliud ad idem.

Recipe terebinthinæ, mellis, ana vnc. j. ß. Miſce, & vngatur locus. Nam ex terebinthina fit reſolutio humorum, & ex melle fit abſterſio.

Embrocatio.

Recipe chamomillæ, meliloti, anethi, ana M. j. Bulliant in ß q. aquæ dulcis, ad conſumptionem tertiæ partis: & cum hoc caput infantis embrocetur. Reſoluit enim humores deſcendentes ad gingiuas.

De fluxu ventris. *Cap.* II.

CAuſa iſtius vltra iſtas duas, quas Auicennas ponit in textu, quomodo quidem infantes incipiunt emittere dentes, propter vehementem dolorem trahitur humiditas ad os, & tranſglutitur, & tranſiens ad ſtomachum, & inteſtina, facit fluxum catarrhalem.

Curatio.

CVRA huiuſmodi fluxus, præmiſſo debito regimine nutricis, quod debet declinare ad ſtypicum. Si fluxus non nimiùm moleſtat, non debemus aliquid facere. Si autem ſuperfluit, curetur hoc modo.

Embro

Embrocatio pro ventre.

Recipe ſeminis roſarum rubearum, cymini, fœniculi, ameos, ana M ß. Bulliant in ß. q. aquæ, ad conſumptionem medietatis: Embrocetur venter. Nam ex tali embrocatione ſtypticatur venter duobus modis. Vno modo, quia per calidum rerum calidarum trahitur materia verſus cutem, euaporando. Secundo, per frigida, ſtyptica, confortantur inteſtina, ne recipiant materiam.

Aliud ad idem.

Recipe olei omphacini, id eſt, oliuarum immaturarum, myrtini, ana ℥ j. Miſceatur, & inungatur venter.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe roſarum rubearum, cymini, ana lib. ß. Bulliant in ß. q. aceti. Deinde piſtetur, & reducantur ad formam emplaſtri, cum modico olei myrtini. Et ſuper petiam extendatur, poſtea ventri applicetur.

Aliud ad idem.

Recipe coaguli hœdini ſcrup. ß. vel leporini, eiuſdem ponderis, & aquæ frigidæ cochleare j. Miſce, & exhibeatur. Et aduerte, quando datur tale remedium, illo die infans non lactetur. coagularetur enim in ſtomacho, & inteſtinis; ideo nutriatur illa die cum vitellis ouorum, & mica panis cocta in aqua & cum kiſt frumenti.

De conſtipatione ventris.
Cap. III.

CAuſa ipſius conſtipationis poteſt eſſe multiplex: aut quia cholera non tranſmittitur à chiſti fellis ad inteſtina, aut propter calorē nimium hepatis, & renum, exiccantur fæces, aut propter nimiam attractionem venarum, aut propter nimium æſtum interaneorum.

Cura,

CVRA iſtius ægritudinis debet primò nutriri nutrix cibariis & potu leniētibus, deinde cum remediis applicatis infrà ſcriptis.

Suppoſitorium.

Recipe ſtercoris muris ℥.j Puluerizetur. Et cum adipe renum capræ, vel hirci, fiant ſuppoſitoria gracilia, & curta.

Aliud ſuppoſitorium.

Recip. mellis bene cocti, & aliqualiter indurati, vnc.j ß Fiant ſuppoſitoria curta, & gracilia. Nam abſtergunt, & mundificant

Aliud ad idem.

Recipe mentaſtri folia v vel vj. Terantur manibus, quouſque veniant ad formam licinii parui, & ponantur in anum pueri: nam abſtergit, & incitat virtutem expulſiuam.

Aliud.

Recipe radicis ireos numero j. Fiat ſuppoſi

poſitorium curtum, & gracile.

Aliud.

Recipe caulium, vel blitis numero j. vt ſupra. Ad idem valet, ſi fiat ex lardo, & laudatur.

Exhibendum per os.

Recipe ſtercoris muris grana iij. aquæ frigidæ cochlearia v Miſce, & exhibeatur. Hoc eſt remedium Auicēnæ, & magis placet ſuppoſitoriis ſuprà dictis vti, præſertim vbi ętas permittit, & circunſtantiæ conſentiunt. Tamen meo iudicio, tutius eſſet vti balanis, vt adſerit Rhazes, in compendiolo de infantium morbis.

Aliud ad idem.

Recipe mellis crudi cochleare ſemis. Exhibeatur. Abſtergit nanque, & incitat virtutem expulſiuam.

Aliud ad idem.

Recipe terebinthinæ quantitatem ciceris j. Nam authoritate Auicennæ & Serapionis, lenit ventrem, & abſtergit.

Aliud.

Recipe paſſularum enucleatarum ℥ j. ſacchari taberzeth ℥ ß. Miſce, & piſtentur ad inuicem, quouſque veniãt ad formam electuarii liquidi, & exhibeatur cochleare vnum paruum.

Aliud.

Recipe amygdalas dulces,& ſaccharum. Et piſta bene ad inuicem, & exhibeantur.

Linimentum ſeu vnctio.

Recipe fellis bouis,num.j vel alterius animalis. Vnguantur loca pectinis,& vmbilici. Nam authoritate Serapionis, omnia fella ſoluunt ventrem. Idem habetur ab Auicenna ſecundi canonis capite primo.

Aliud linimentum.

Recipe ſucci panis porcini ℥.ß. Liniantur loca circa pectinem,& vmbilicum.

De veſicis, quæ naſcuntur in gingiuis. CAP. IIII.

CAuſa iſtarum veſicarum, vt plurimùm eſt lac nutricis corruptum, vel acutum, Nam cùm huiuſmodi lac ſugitur à pueris, veſicantur gingiuæ Et huiuſmodi lac generatur ex malo regimine nutricis, comedentis acuta,& corruptibilia.

Cura harum veſicarum.

NVTRIX nutriatur cum rebus frigidis, & humidis, alterantibus lac, & prohibentibus acuitatem, & corruptionem eius. Deinde fiant remedia infraſcripta,circa gingiuas pueri. *Linimentum.*

Recipe lentium excorticatarum ℥.iiij. Piſten

ſtentur, & maſticentur, & apponantur circa gingiuas pueri,& fiat liniműtum: Nam exiccat,& prohibet veſicas fieri.

Aliud ad idem.

Recipe farinę milij vnc. ß. aquę rorſarum, olei omphacini, ana q. ß. Pro liniměto fiendo miſce, & fiat vnctio circa gingiuas. Auicenna hîc ponit duo remedia, quorum ſecundum eſt inuſitatum, & mihi non placet.

Primum remedium.

Recipe carnes putrefactas, pulueriſatas ſcrup. iiij. Fiat linimentum circa gingiuas. Nam abſtergit eas ab humiditate nitroſá, faciente veſicas,& cum hoc exiccat. Modus faciendi carnes putrefactas,de quibus iamiam facta eſt mentio: Recipe carnes bouis vel caſtrati,& aſpergantur ſale,& appendantur ad ſolem, vel fumum, quouſque exiccentur, & putrefiant, putrefactione non propria, ſed impropria,ſcilicet exiccatiua,& corruptiua.

De ſpaſmo, & primo de Spaſmo ex repletione.

Cap. V.

CAuſa iſtius aliquando eſt maximus dolor in gingiuis,ex ortu dětium, ex quo dolore currit materia ad neruos dentium pueri, & implet neruos,& facit ſpaſmum.

Aliquando etiam eſt cauſa, debilitas neruorum, quæ eſt cauſa, vt faciliter nerui imbibantur humiditate, & hoc maximè in humidis, & craſſis.

Cura iſtius.

PRIMO debet regi nutrix, cum nutrimẽtis calidis, & ſiccis, aduerſantibus humori phlegmatico. Deinde circa neruos, & originem ſuam, fiant tales vnctiones.

Vnctio.

℞. olei liliacei ℥.j. vngantur nerui pueri.

Alia.

Recipe olei de alcanna vnc. ij vngantur nerui. Hîc nota quod quidam dicunt, quòd alcanna eſt arbor cypri, & quòd ex floribus ſuis fit oleum cyprinum. Alii volunt, quòd ſit aliud arbuſtum, ex quo tinguntur panni, & eſt calidæ & ſiccæ complexionis.

Alia vnctio.

Recipe olei de cherua vnc. j. ß. Vngantur nerui. Confortat enim neruos mirabiliter, & exiccaat.

Vnctio pro origine neruorum.

Recipe olei maſtichini, chamæmelini, ana vnc. j. ß. Miſce, fiat vnctio.

Cura iſtius eſt.

Humectare bene loca ſpaſmata, & originem neruorum. Vnde oleum commune, mi-

ſtum cum oleo violato,& cera alba, eſt conueniens,& inunge nucham, & loca ſpaſmata. Et confert cum eiſdem embrocare caput. Oleum violarum ſolum non eſt conueniẽs propter frigiditatem, quia cerebrum congelaret.

De thetano,& primo ex repletione. Cap. VI.

Cura.

CVra iſtius tota exiſtit in exiccatione humiditatis, quæ eſt,in membris, neruis, & lacertis imbibita,vt puta hoc modo.

Fomentatio exiccatiua.

Recipe ſtœchadis Arabicæ, iuæ, betonicæ,roriſmarini,ana manipul. ß. Bulliãt in ß. q.aquæ,ad conſumptionem medietatis cum ſpongia bene expreſſa, fiat ventoſatio ſupra membrum thetanatũ, ter, vel quater. Poſtea exiccato loco,fiat vnctio infrà ſcripta: Recipe olei liliacei,rutacei, ana vnc.j. Miſce, fiat vnctio.

Alia efficacior.

Recipe olei cucumeris aſinini,liliacei,violacei,ana ℥ ß. Miſce, & fiat vnctio, & calidè fiat, & poſtea inungatur locus thetanatus. Oleum violarũ non ponitur hîc, vt reſoluat materiam,ſed vt remittat rigiditatem membri, propter virtutem ſuam mollificatiuam.

Aliud remedium Auicennæ, efficacius omnibus alijs

Recipe aquæ decoctionis radicũ cucumeris aſinini: & cũ dicta aqua abluatur locus.

De thetano ex inanitione.

Cap. VII.

Cura.

CVra iſtius eſt ſimilis curę ſpaſmi ex inanitione. Ideo vide eam.

Oleum.

Vlterius conſueuit accipere q. ß olei communis dulcis, & maturi, calefacti, & cum eo embrocare membra thetanata.

De tuſsi catarrhali.

Cap. VIII.

CAuſa iſtius, eſt materia catarrhalis, & humiditas multa, deſcendens à capite ad pectus. Cura iſtius perficitur prohibendo curſum humiditatũ ad pectus, & materiam iam fluxam reſoluere.

Auicennæ remedium.

Auicenna in canone iſto, embrocat infantes cum aqua calida, ipſam proiiciẽdo ſuper commiſſuram coronalem: vt propter caliditatem aquæ aperiantur pori capitis, & fiat reſolutio humiditatis currentis ad pectus.

Et

Et hoc remedium eſt inuſitatū:quia faciēdo hoc remediū, oportet vt exiccetur caput pueri cum panno calido, ne humiditas retenta, reducta ad propriam frigiditatē infrigidet, & noceat, & in tali exiccatione cōquaſſatur caput pueri, & ſic maximè noceremus puero. Ideo potiùs ponendum eſt ſuper cōmiſſuram coronalem puluis infrà ſcriptus.

Puluis.

Recipe pulueris ſandarachæ drac.j. Et ponatur ſuper caput. Et nota quòd aliud remedium fortius non eſt faciendum, propter capitis tenuitatem.

Ad idem.

Recipe corticum thuris, ſandarachæ, roſarum rubearum, maioranæ, anâ ℈.j. Pulueriſetur ſubtiliter, & fiat puluis pro capite.

Ponendum in os.

Recipe mellis puri ſcrup.j ß. Ponatur circa radicem linguæ. Exiccat enim, & abſtergit humiditatem deſcendentē à capite. Præterea præmatur radix linguæ digito, & vomat: quia materia quæ deſcendit, ſic euacuabitur per vomitum.

Electuarium ad idem.

Recipe tragacāthi, gūmi Arabici, ana ʒ.ij. ſeminis cydoniorū, ſucci liquiritiæ, penidiarū recentiū, ana ʒ.ij. Pulueriżētur ſubtiliter, & cū modico ſyrupo de iuiubis, reformetur

electuarium molle. De quo ponatur in ore infantis, ad quantitatem auellanæ paruæ. Prohibet enim humiditatem deſcendere ad pectus, & pectus aliqualiter dilatat. Ad diuertendum materiam deſcendentem à capite ad pectus, vt fluat per nares.

Sternutamentum.

℞. ſucci maioranæ parũ, aquæ hordei, & ſacchari, miſce, & pone guttã vnam ad nares.

De difficultate anhelitus.

Cap. IX.

CAuſa iſtius procedit ab eadem cauſa, à qua tuſſis in catarrho deſcendente.

Cura.

CVRA ergo huius, eſt quaſi eadem cum cura tuſſis. Fiat tamen tale remedium infrà ſcriptum, circa radices aurium, & linguæ, & circa amygdalas. Nam in radicibus eorum eſt emunctorium cerebri.

Vnctio

Recipe olei communis dulcis maturi vnc. iiij. Fiat vnctio, circa loca prædicta: Nam hoc oleum reſoluit humiditatem deſcenden tem ad pectus.

Vnguentum pro pectore.

Recipe olei amygdalarũ dulcium vnc. j. ß butyri recentis, ſine ſale vnc. j. croci grana iij. Miſce, & fiat vnctio.

Ad

Ad idem.

Recipe amygdalarum dulcium vnc.j. violarum, butyri recentis ana vnc.ß.croci grana ij. ceræ parum. Fiat vnguentum molle.

De *alcola infantium.*

Cap. X.

Alcola ſunt hulcera in partibus oris, in palato linguæ, circa guttur, vel ſunt puſtulæ paruæ, quæ multiplicantur infantibus, in alis. Cauſa iſtius eſt, vt habetur ab Auicenna in textu, quia pelliculæ tegentes linguam, & palatũ, ſunt valde molles, & à quocunque tangẽte valde læduntur. Et cauſa eſt vt plurimum, acuitas lactis. Nota quòd reperiuntur diuerſæ alcolæ, quia quædam eſt ſicca, à qua nihil emanat: & eſt à materia aduſta maligna, tendens ad quandam nigredinem, & eſt carnoſa, cæteris deterior, alia tamen eſt alia minus mala. Curatur igitur iſta alcoſa, cum infrà ſcriptis.

Miſtura.

Recipe violarum recentium, roſarum rubearum, ana manip.ß. Piſtentur, & miſceantur bene ad inuicem, & applicentur circa partes læſas.

Alia miſtura.

Recipe ſucci plantaginis, portulacæ, ſolatri, ana vnc.j. Miſce bene ad inuicem, & ponat

natur pro vice in os, ad quantitatem medij cochlearis.

Alia.

Recipe ſucci agreſtæ, mororum maturorum, ſi poteſt haberi, ana onc. ß. Miſce, cum mudio cochleari lactis, & exhibeatur ponendo in ore infantis.

Alia.

Recipe aquæ hordei coctæ vnc. iiij. mellis roſarum parum. Cum aliis miſce, & liniatur os infantis, abſtergatur. Poſtea accipiatur conditum infrà ſcriptum, ad quātitatem medii cochlearis.

Conditum.

Recipe balauſtiarum, corticum granatorum, ſumach, myrtillorum, acaciç, ana ſcrup. j. Fiat puluis, & cū ſyrupo myrtino, fiat conditum liquidum.

Aliud.

Recipe ſucci portulacæ depurati ℥. ij. ſyrupi myrtini ℥. iij. Miſce, & exhibeatur vt ſuprà. Nota quod Auicenna dicit, quòd ſuccus portulacæ in hoc caſu valet à proprietate. Et quando dicit, aliquid valere à proprietate, accipiatur pro efficaciori. Succus ergo portulacæ in hoc caſu eſt efficax.

Alia miſtura, pro mitigatione doloris, & conſolidatione fienda.

Recipe aquæ plantaginis, mucilaginis pſyllij

pſyllii, ana vnc. ß. lactis drach. j. aluminis ſaccharini drach. ß. Miſce omnia ſimul.

Aliud.

Recipe gallarum vnc. j. aquæ plantaginis q. ß. Piſtentur craſſo modo, & cum prædicta aqua bulliant, & colluatur os infantis. Nota quòd alia remedia fortia, vt eſt aqua fortis, non conueniunt in pueris.

De fluxu humoris ab aure infantis. *Cap.* XI.

CAuſa iſtius dicitur eſſe ſupeflua humiditas cerebri ipſorum infantium, quæ eſt in vltimo humiditatis, in principio ortus ſui.

Cura.

CVRA ergo conſuletur, ex parte virtutis, dietandi ipſum ex cibis ſiccis, non tamen multùm calidis. Et ſimiliter ex potibus, ſaltem ſiccis, virtualiter. Et nota hanc regulam, quòd ſit prouidendũ in curatione omnium ægritudinum infantis, vt nutrix ſemper dietetur dieta contraria cauſæ ægritudinis infantis. Ex parte infantis, in iſto caſu fiant infrà ſcripta.

Miſtura.

Recipe vini rubei Põtici, mellis, ana vnc. j. ß. alumnis ſaccharini drach. ij. croci ſcrup.

ß. Puluerizentur pulueriz anda: & ſimul omnia miſceantur. Deinde accipiatur lana, vel cotum, infuſum in dicto liquore, in modum tentæ, aliqualiter expreſſum, ponatur in aurem infantis: poſitis tamen priùs duabus guttis illius liquoris in aurem infantis.

Aliud remedium.

Recipe olei amygdalarum amararum, olei rutæ, ana vnc. ß. Miſce & cum ſuprà ſcripto imponatur in aurem tenta, ex lana, vel bombyce facta, & tenta ſæpe mutetur. Secundum Auicennam tenta aliquando infuſa in ſolo vino Pontico ſufficit.

De dolore auris ab ventoſitate & humiditate. Cap. XII.

Cura.

CVra huius completur cum infrà ſcriptis reſoluentibus ventoſitatem.

Sacculus.

Recipe origani, calamenthi, ſeminis lini, ana vnc. ß. ſalis drach j. Piſtentur & contundantur ad inuicem, & fiat ſacculus, qui calefactus parum, ponatur circa aurem infantis.

Oleum ad idem.

Recipe olei amygdalarum amararũ, olei liliorum, ana vnc. ß. Miſce, & de illo oleo calido

calido ponantur duæ vel tres guttæ in aurem, & pòſt claudatur foramen cum modico coti, & ſtet clauſum parum.

Aliud.

Recipe ſeminis anethi, carui, fœniculi, ameos, ana ℥. ß. Contundantur craſſo modo, & bulliant in ℥.iiij. olei communis. Deinde fiat vt ſuprà.

Fomentatio.

Recipe chamomillæ, maioranæ, ſtœchadis Arabicæ, origani, calamenthi, ana M. ß. Bulliãt in ß.q. aquæ, & vini, priùs cõcluſa, ad conſumptionem medietatis, & cum ſpongia infuſa in dicta decoctione, & expreſſa, fiat fomentatio circa aurẽ pueri, ter, vel quater in die. Deinde ponantur in aurem duæ vel tres guttæ olei ſuprà ſcripti, & fiat vt ſuprà.

Sacculus ad idem, reſoluens ventoſitatem ſine mordicatione.

Recipe meliloti M j Calefiat ſine aliquo alio, qui calefactus ponatur circa aurem.

Liquores.

Recipe vnum cæpe concauatũ, & impleatur oleo de ruta: cui adde pulueris cymini ℈. j. Aſſetur cæpe ſuper cineres calidos, & cooperiatur foramen cæpe cum aliquo coopertorio, & de illo liquore ponantur duæ vel tres guttæ in aurem: mittigat dolorem, & repellit ventoſitatem.

De

De apoſtemate cranij in capite pueri. Cap. XIII.

NOta quòd in hoc apoſtemate complicatur magis dolor, vt inquit Auicenna, in capite de oculorum ægritudine, propter colligantiam eorum ad cerebrum, per neruos opticos quantum ad oculos, & per venas deſcendentes ad guttur.

Curatio.

CVRA eſt, extinguere à principio inflãmationem & calorem prouenientem à tali apoſtemate, cum infrigidantibus, & humectantibus iſto modo.

Compoſitio.

Recipe corticum citruli, cucurbitæ recentis. Et applicentur circa commiſſuram coronalem, & circa illas partes

Liquor.

Recipe ſucci ſolatri, portulacæ, plantaginis, ana ℥.j. Miſce, & in dicto liquore infundantur petiæ, & applicentur capiti.

Ad idem

Recipe olei roſarum ℥. iiij. aceti parum, Miſce, & fiat linimentum circa caput.

Linimentum pro confortatione capitis, & remiſſione doloris, poſt prædicta.

Recipe vitellum oui j. croci grana iij. Miſce,

ſce, & liniatur caput circa commiſſuram coronalem, & tempora.

De aqua quæ naſcitur in capite pueri. Cap. XIIII.

ISta aqua naſcitur tantum, quòd caput fiat adeò magnum, quòd truncus caput portare nõ poteſt, ſic viſum eſt per experientiã. Et aqua iſta eſt aliquando intra cranium, aliquando extra cranium. Et ſignũ quòd eſt intra craniũ, eſt, quòd nõ apparet tãtus tumor circa cutem capitis, & ſentit grauedinem, & pondus intra cranium adeô quòd oculi claudi non poſſunt. Signum eſt autẽ, quòd extra cranium quandoque viſu comprehenditur. Ipſa nanq; cutis capitis in tantũ extenditur, quòd poſſumus videre vltra ipſam aquam.

Et ego vidi iſtud in quodam puero, filio Vincentij de Refrigeriis, qui tantam aquam habebat extra cranium, quòd ſciſſuræ apparebant apertæ: Cauſa iſtius aquæ eſt, & maximè extra cranium poteſt eſſe, propter obſtetricem, pel propter nutricem, quòd quandoq; in extractione fœtus, vel in nutriendo, vel in faſciando, caput ſtringunt vltra modũ. Vnde commiſſuræ ſcinduntur, & aperiũtur, & exprimitur humiditas illa, quæ eſt in cerebro, ad exteriora cranij, inter cutem, & cranium, & ſic intumeſcit caput vehementer.

Cura

Cura.

CIRCA curam ergo ſciendum quòd Auicenna dicit, quòd aqua ad intra cranium curari non poteſt. Cùm autẽ eſt ad extra, bene curatur: & ſecundum opinionem meam credo magis Auicennæ, quàm Rhazi. Et ratio iſtius eſt, quia ſine exibitione medicare, in pueris, & infantibus eſt malum.

Cura.

Curatur ergo illa, quæ eſt extra cranium, iſto modo: Nam ſi aqua dicatur eſſe multa, & multũ extendens, debet extrahi pro parte, & pro parte reſolui, & extrahitur iſto modo. Fiat inciſio cutis ſecundum longum, vel latum, ita quòd poſſit aqua illa exire: dein quando exierit, licèt non tota vna vice, accipiantur panni linei, duplicati, & infundãtur in infrà ſcripto liquore: Recipe vini ſtyptici, olei communis, ana vnc. iiij. Miſce, in dicto liquore infundantur petię, vt ſuprà, & ponantur ſuper caput, cum ligatura ſatis forti, & ſtricta, & ſic procedatur, per duos vel tres dies. Dein fiat hoc linimentum circa caput.

Linimentum.

Recipe olei chamęmelini ℥. iij. ſulphuris ℥. j. Puluerizetur ſulphur, & ſimul miſceatur cũ oleo chamęmelino, & totũ caput liniatur. Exiccat enim, & ſtringit caput, & confortat.

Empl

Emplaſtrum ad idem.

Recipe olibani, ſarcocollæ, gummi ceraſorum, ana ℥ j. Liquefiat in aceto, & vino ſtyptico. Deinde miſceantur cum oleo chamæmelino, & fiat emplaſtrum, quod ſupra petiam extenſum ponatur ſuper totum caput inflatum, & ligetur.

Aliud expertum.

Recipe limaciarum cum teſtis eorum, nume. xxxvi. Piſtentur cum teſtis ſuis, & reducantur ad formam emplaſtri, & ponatur ſuper caput, & dimittatur quouſque per ſe cadat. Reſoluit enim mirabiliter.

Cura alia.

Pro cura etiam illius aquæ intra craniũ, licet dixi, non poſſe curari, poteſt tamẽ procedi iſto modo infrà ſcripto exiccatiuo. Siccari faciunt aliqui, applicando remedia intra aures, & nares.

Liquor ponendus in auribus.

Recipe olei de behen, de lilio, de ruta, ana ℥. ß. ſulphuris ʒ. j. ß. ſerapini ℈. j. Pulueri zentur ſubtiliter, & miſceantur omnia ſimul, & imponantur tres vel quatuor guttæ iſtius liquoris in aurem pro vice.

Liquor pro naribus.

Recipe aquæ maioranæ, abſynthii, ana ℥. ij. cubebarum, radicis acori, corticis thuris, ana ʒ. ß. nucis moſchatæ ℈. j. Puluerizentur pul

puluerizanda ſubtiliter, & miſceantur cum prædictis aquis. Dein cum pēna, in vtraque parte immiſſa, inflētur de illa aqua in naſum pueri. Si quis ergo modus curationis adeſt in curatione huiuſmodi aquæ, ad intra cranium, eſt iſte, qui dictus eſt.

De inflatione oculorum.

Cap. X V.

CAuſa iſtius, eſt humiditas multa cerebri, quæ propter multū fletum, deſcendit ad oculum, & illum inflat. Curetur ergo hoc modo, vt ſequitur.

Linimentum.

Recipe lycij ℥. j. lactis parum. Miſce, & fiat linimentum circa palpebras oculi.

Vnctio ad idem.

Recipe carui, origani, pulegij, ana M. ß. Bulliant in ß q. aquæ, & vini, & abluantur oculi. Exiccat enim, & remouet priorem liquorem ad libitum.

De albugine oculi.

Cap. X V I.

CAuſa iſtius, eſt humiditas nitroſa & ſalſa, adueniens eorum oculis.

Cura.

CVRATVR iſta ægritado ſecundū Auicennam in textu, Lauādo partem ſcabioſam

ocul

oculi, & pruriginoſam, cum ſucco ſolatri, ſcilicet palpebras, & alias partes. Confert etiam lauare cum aqua roſarum, quæ omnia habent remittere caliditatem loci, & repercutere.

De febre infantium.
Cap. XVII.

ADuertēdum quòd febres aduenientes infantibus, vt plurimum ſunt cholericæ: quia lac faciliter cōuertitur in choleram, & inflammatur Vide Arenlanum ſuper Auicennam, prima quarti, can. vij de cura vniuerſali febris putridæ: circa iſtum textum, Et cùm infans lactens febricitat, &c.

Cura.

CVRA eius pro maiori parte circa nutricem habenda, rectificando lac eius, cum rebus frigidis, & humidis. Dentur ergo nutrici digeſtiua conuenientia, ſecundum exigentiam materiæ facientis febrem. Dein, ſi fieri poteſt, fiat euacuatio in nutrice, cum medicinis conuenientibus, id eſt, lenientibus, vt eſt caſia, manna. Non exibenda ſunt fortia ſolutiua. & ea die, qua accipit pharmacum, non lactet infantem. Circa canones poſitos ſuprà, de mente Auicennæ. Sed alia mulier ſana lactet ipſum.

De Dolore ventris.

Cap. XVIII.

DOlor vẽtris in infantibus quãdoq; accidit à ventoſitate exiſtente in inteſtinis, quandoq; à frigiditate aëris, vel alia cauſa infrigidante ventrem, quandoq; & prouenit à vermibus pungentibus inteſtina.

Cura.

CVRATVR ergo hæc ægritudo. Primò, cum aqua calida embrocando ventrẽ pueri, & cum ſpongia fomentando. Aperit enim poroſitates ventris, & ventoſitates reſoluit.

Ad idem valet, accipere oleum commune, cui adiungatur modicũ croci. Et in tali oleo infunde petias, & illas ventri applica.

Fomentatio ad idem.

Recipe meliloti, chamomillæ, ana M. ß. aniſi, fœniculi, carui, ana M. ß Bulliant omnia in ß q. aquæ, ad conſumptionem medietatis, deinde fomentetur locus, id eſt, venter, cum ſpongia, ter, vel quater. Poſtea vngatur locus cum vnctione infrà ſcripta.

Vnctio.

Recipe olei chamæmelini, liliacei, anethini, ana ℥. ß Miſce, fiat vnctio, vt ſuprà.

Cura.

Cura doloris prouenientis à vermibus, habetur in cura vermium.

De

De ſternutatione continua.

Cap. XIX.

CAuſa iſtius aſſignatur ab Auicenna, in textu, dupliciter. Vna propter apoſtema calidum in capite, lædens cerebrum, & vniuerſaliter à quacunque re pungente, & lędente cerebrum. Aliquando accidit propter oppilationes narium, à materia craſſa inuiſcata, quę ibidem includitur, & lædens cerebrum, cauſat ſternutationem.

Cura.

CVRATVR ergo quantum ad primam cauſam epithemando caput, à principio cum rebus infrigidantibus caput, & inungere ipſum cerebrum. Vnde fiat talis embrocatio ad caput.

Embrocatio.

Recipe roſarum rubearum, myrtillorum, ſumach, balauſtii, corticum granatorum, ana M.j. Fiat decoctio in ß. q. aquæ. Deinde fomentetur caput, & hoc in principio: & breuiter curatur hæc ſternutatio, vti fit cura phreneſis. Si autem veniat ab oppilatione, apponenda ſunt deoppilantia. Vnde Auicenna tale remedium in textu ordinauit.

Sternutamentum.

Recipe ocymi, baſiliconis, ana ʒ.j.ß. pul-

uerizentur ſubtiliter, & naribus inflentur.

Nota tamen, quòd Auicenna in ſecundo canone, capite de bedarungi, ſeu ocymo dicit, quòd ſuo odore cauſat ſternutationem, dicens quòd ſi ſternutatio fiat ab apoſtemate, vel ab aliqua re pungente, ocymum non eſt conueniens Si verò à materia oppilante proueniat, tunc eſt conueniens.

Ad idem valet caputpurgium infraſcriptum.

Recipe aquæ maioranæ ℥.ij. ſucci blitis, reſidentia facta ℥.j. nucis moſchatæ, caryophyllorum, ana ʒ.ß. Miſce omnia ſimul, & fiat caputpurgium. Aperit enim vias nariũ.

De Bothor. Cap. XX.

MVltoties apparent apoſtemata parua in capite pueri, quæ dicuntur bothor: De quorum numero ſunt morbilli, & variolæ. Et quandoque in corpore toto pueri apparent infectiones rubeæ, abſque apoſtemate, & hulceratione, ſeu tuberoſitate. Primò enim apoſtema, quæ dicuntur variolæ, & morbilli poſſunt prouenire à multis cauſis. Quarum prima eſt, vt plurimum reſiduum ſanguinis menſtrui, quod poſt impragnationem, vſque ad horam partus in venis pueri detinetur, & cùm fœtus exit vtero, fit expulſio talis menſtrui, fortificata virtute ad cutem,

tem,& fiunt huiuſmodi variolæ,& morbilli. Secunda cauſa poteſt eſſe ebullitio ſanguinis,eius putrefactio,& expulſio ad cutem,ex quibus cauſatur bothor. Tertia cauſa,eſt corruptio lactis aſſumpti, quod inficit ſanguinem pueri, & expellit ad cutem. Alia cauſa poteſt eſſe aëris infectio, vel conſtellatio, iſtorum bothor, & morbillorum. Quidam dicunt,quòd qui hulcerati ſunt,ſicut in alcola,huiuſmodi morbilli ſint mortales. Nam ſicut in alcola,in vna parte hulceroſa,& maligna eſt, tantò magis morbilli in toto corpore. Iſtorum autem quidam dicuntur violacei, & omnes iſti ſunt maligni, quia à materia venenoſa,& aduſta. Quidam ſunt albi, craſſi, & pauci numero, & iſti afferunt vtilitatem magnam: quia per eos euacuatur ſuperfluitas à corpore.

Cura.

CVRANTVR iſti bothor, ſeu puſtulæ, ſi ſunt ſani,quia albi,pauci,& ſatis craſsi,& tūc curantur hoc modo: Dimittantur vt maturentur,poſtquàm autem fuerint maturi,aperiantur cum acu, vt ſanies exeat: poſtquam verò fuerint aperti, & aliqualiter mundificati, vt non remaneat veſtigium, in conſolidando debemus vti exiccatiuis ſubtilibus, qualia ſunt iſta.

Exiccatiuum.

Recipe roſarum rubearum, myrtillorum, foliorum arboris maſtiches, quæ dicitur lentiſcus, tamariſci, ana quantum volueris. Bulliant in ß. q. aquæ, & cum illa aqua lauentur variolæ, & morbilli.

Vnctio ad idem:

Recipe olei roſarum, maſtiches, myrtini, ana ℥. ß. Miſce, fiat vnctio. Vbi autem facto hulcere apparet ſanies craſſa, abſtergatur primò ſanies, cum aqua mellis, in qua ponatur modicum ſalis. Vbi autem ſanies ſit valde craſſa, & multa: tunc fiat abſterſio cum aqua ſalis de baurach. Hoc facto, conſolidentur hulcera morbillorum, cum exiccatiuis iam dictis, & poteſt fieri talis puluis, ad conſolidationem.

Puluis.

Recipe thuris, maſtiches, roſarum rubearum, myrtillorum, ſarcocollæ, ana ʒ. ß. Miſce, fiat puluis. Facta conſolidatione aſpergãtur hulcera iſto puluere ad conſolidandum.

Quandoq; contingit hulcere verè cõſolidato, quòd caro veſicatur. Vnde conueniunt lotiones repercuſſiuæ, & deſiccatiuæ. Facta autem mundificatione, conuenit vnguentum de ceruſſa, ſecundum Auicennam, cap. proprio. Quandoque apparent in pueris infectiones rubeæ, & iſtę proueniunt ex ebullitione

tione ſanguinis, à quo pars ſubtilior exit ad cutim: & tunc experimentum eſt, vt ponatur ſulphur pulverizatum, cum aqua roſata, & lauetur locus infectus. Et hoc experimẽtum ponit Gulielmus de Placentia, in capite de aſahari.

De tumore inguinum.

Cap. XXI.

PRo cura iſtius ſciendum, quòd huiuſmodi tumor adueniens propter nimium flatum, prouenit quòd ex ruptura ſyphac corrũpens inteſtina, quandoq; extenditur, & dilatatur, & facit circa inguina tumorem, fiſſuras, & rupturas, & quandoque deſcendit ventoſitas ad locum illum, & humiditas ſine ruptura, & facit illic tumorem. Quandoq; verò rumpitur ſyphac, & inteſtina illa deſcendunt: & ex tunc, abſque quòd aliquid deſcendat ad burſam teſticulorũ, & tũc vocatur ruptura inguinis. Quandoq; autẽ non rũpitur, ſed dilatatur didymus, & foramẽ ipſius ſyphac, qua dilatatione facta, deſcendũt ad burſam teſticulorũ aliquãdo inteſtina, aliquando aquoſitas, & aliquãdo zirbus: & tũc dicitur hernia, vel ramex. Vnde differẽtia eſt inter herniam, & rupturam ſyphac: quia in hernia, & ramice, deſcendit aliquid ad burſam teſticulorum, & intumeſcit burſa: In ruptura

autem non deſcendit, ſed remanet tumor.

Cura.

Cura autem huiuſmodi tumoris perficitur infrà ſcriptis remediis; Recipe ameos ℥. ß. albuminis oui. Miſce, deinde ponantur ſuper petiam, & ponatur ſuper tumorem, & ligetur ligatura ſatis forti. Hoc enim remouet laxitatem ſyphac, exiccando, & ſtringit foramen ne aliquid deſcendat.

Aliud.

Recipe lupinorum amarorum vſtorum ʒ. ij. Bulliant in ß. q vini rubei, ſtyptici, vſq; quò fere diſſoluatur. Deinde piſtetur ſimul, & cum albumine oui reducatur ad formam linimenti, & applicetur vt ſuprà.

Emplaſtrum aliud.

Recipe balauſtiarum ʒ. x. gallarum ʒ. v. pulùerizentur ſubtiliter, & cum glutine piſcium diſſoluto in aceto, fiat emplaſtrum, quod applicetur vt ſuprà.

Emplaſtrum aliud.

Recipe corticum maſtiches, cupreſſi, & nucũ eius, aloës, ſarcocollæ ana ʒ. j. glutinis piſcium ʒ j. ß. glutem cum aliis gummis diſoluatur, & reducatur ad formam emplaſtri, quòd apponatur, vt ſuprà, extenſum ſuper alutam, vel corium. Conſtringit enim fiſſuram, & rupturam conſolidat.

Ad

Ad idem valet.

Si accipiatur aliquod gluten, & diſſoluatur in aceto, & extendatur ſuper corium. Sanat enim rupturam in infantibus, & non in adultis: quia ſyphac eſt membrum ſpermaticum, quod non conſolidatur in adultis.

De apoſtemate vmbilici, & eius tumore, in puero.

Cap. XXII.

CAuſa iſtius eſt, cùm inciditur vmbilicus, accidit dolor magnus, propter quem attrahuntur humores ad locum, & fit apoſtema. Quandoque verò aduenit dolor, & cauſatur eminentia vmbilici, abſque apoſtemate: cuius cauſa eſt ventoſitas, vel humiditas adueniens loco.

Cura.

Cura iſtius apoſtematis eſt, vt prohibeatur quantum poſſibile eſt, quòd non maturetur, ſed in principio ponãtur repercuſſiua, ſicut oleum roſarum, vel myrtinum, vngendo locum, vel faciendo emplaſtrum tale.

Emplaſtrum.

℞. roſarum rubearum, corticum thuris, corticum granatorum, corticum myrtillorum, ana drach j. Puluerizentur, & cum olei roſarũ vnc. j. ß. & parum aceti fiat emplaſtrũ.

Emplaſtrum ad reſoluendum ipſam, & ventoſitatem.

Recipe ſpicę Celticæ ℈.ij. Pulueriʒentur, & cum terebinthinæ q. ß. reducatur ad formam emplaſtri, quod poſitum ſuper locum reſoluit ventoſitatem & humiditatem. Rhazes circa tumorem vmbilici facit hoc remedium infrà ſcriptum, & expertum.

Emplaſtrum Rhaʒis.

Recipe lupinorum combuſtorum, panni de lino combuſti, ana drac. ij. Pulueriʒentur, & cum albumine oui reducātur ad formam emplaſtri. Et extenſum ſuper corium, ad quantitatem eminentiæ, apponatur, & fortiter ligetur.

De *vigiliis infantium.*

Cap. XXIII.

Cauſa iſtarū eſt, nimia ingluuies, & auiditas, ad aſſumendum lac. Vnde quandoque infans ſuſcipit lac plus, quàm digerere poteſt, & corrumpitur in ſtomacho: & ad cerebrum effumans pungit illud, & facit vigilias. Quandoque verò accidit propter vermes pungentes ſtomachum & inteſtina.

Cura eorum eſt.

Vt reuocetur ſomnus melioti modo, quo poſſibile eſt. Vnde Auicenna ponit quatuor remedia infraſcripta.

Linim

Linimentum.

Recipe cortices papaueris albi. Pulucrizentur ſubtiliter, & cum aqua roſata, & lacte, ana q ß. fiat linimentum circa tempora, frontem, & commiſſuram coronalem.

Aliud.

Recipe ſeminis papaueris albi vnc. j. Puluerizetur ſubtiliter, & eodem modo, quo ſuprà, fiat linimentum.

Aliud.

Recipe olei de lactuca ℥. j ß. liniatur frons vt ſuprà.

Aliud.

Recipe olei papauerini ℥. j liniatur frons vt ſuprà. Attendendum quòd ex omnibus ſuprà ſcriptis poteſt fieri talis medicina.

Vnguentum.

Recipe olei papaueris albi, corticũ eiuſdem, ana vnc. ß. Puluerizentur ſubtiliter, & cum oleo papauerino, & oleo lactucæ, ana q. ß. fiat vnguentum, quod locis ſuprà ſcriptis applicetur. Quandoque autem adeò inducuntur vigiliæ, & fletus, vt cũ iſtis remediis leuibus, ſomnus induci non poſſit. Vnde mulieres veniunt ad opiata, & diſtemperatur cum lacte, & eſt vnum opiatum magis vſitatum. Accipiunt enim de requie Nicolai, ad quantitatem fabæ & diſſoluunt cum vno cochleari lactis, & exhibent. Aduerte tamen, quòd

quòd non, niſi vrgente neceſſitate multa huiuſmodi remedia ſunt applicanda pueris, quia habēt cerebra nimis humida. Vnde periculum eſſet, ne incurrant epilepſiam, vel apoplexiam, vel ægritudines ſimiles. Ideo cura melior eſt, regere nutricem, alterare lac, cum frigidis, & humidis: non tamen multùm exceſſiuè, vt lactuca, & ſimilia.

De ſingultu. *Cap.* XXIIII.

CAuſa poteſt eſſe læſio oris ſtomachi, vel ab aliqua re frigida, puta à materia phlegmatica exiſtente in ſtomacho, vel ab aëre frigido. Quandoque etiam eſt à læſione ſtomachi facta à corruptione lactis. Quandoque à cholera mordicante os ſtomachi: & poteſt eſſe duplex, ſcilicet de inanitione, & repletione. De repletione, vt multitudo alicuius materiæ. De inanitione, fit à rebus nimis exiccantibus, ſiccis, à nimia euacuatione quocunque modo facta, vel à caliditate nimia febrili.

Cura iſtius.

Quando eſt à repletione phlegmatis, vel lactis, vt prouocetur vomitus cum facilitate premendo radicem linguæ, & imponendo pennam intinctã oleo leuiter, circa guttur, vt euomat, quod eſt in ſtomacho, replens ipſum. Si autem prouenit ex corruptione lactis,

ctis, vel à cholera, præmiſſo vomitu exhibeatur tale remediũ, per Auicennã ordinatum.

Iulep.

Recipe nucis Indicæ pulucrizatæ ℈.j cũ ſaccharo diſſoluto in ſucco cydoniorũ, fiat iulep ſpiſſum. Et de iſto exhibeatur cochlear vnum, vel duo ſucceſsiuè. Valet enim maximè in ſingultu, à materia cholerica, vel lacte corrupto. Et facere vnum ſuppoſitorium ex melle, poſt huiuſmodi medicinã, eſt maximè conueniens. Si autem à multitudine lactis, propter guloſitatem, tunc facto vomitu nutricis, procedit in exhibendo lac, diuidendo. Et non permittat infantem trahere maximam quantitatem lactis, in vna vice.

Cura.

Cura autem illius, qui prouenit ex inanitione, eſt vt procedamus cum humectantibus, & infrigidantibus.

De vomitu ſuperfluo.

Cap. XXV.

CAuſa iſtius quandoque eſt maxima ſuctio lactis. Quandoque eſt materia phlegmatica, delata à capite ad ſtomachum. Quandoque eſt materia cholerica, petens os ſtomachi ab hepate. *Cura.*

Cura ergo quando prouenit à multitudine lactis, eſt vt prohibeatur à maxima la-

ctis ſuctione, ſi lactare cõuenit. Si eſt à phlegmate, vel cholera, vel lacte corrupto, confortetur ſtomachus cum infrà ſcriptis, poſtquam euomuerit.

Linimentum, quando eſt à cauſa frigida.

Recipe olei maſtichini, de ſpica, de abſynthio, ana ℥. ß. maſtiches, ſpicæ, corticum thuris, caryophyllorum, ligni aloës, ana drach. ß. Puluerizentur pulueriʒanda ſubtiliter, & cum cera q. ß. fiat linimentum. Ad idem valet, ſi in ſuprà ſcriptis oleis calefactis infundatur ſuccida lana, & aliqualiter expreſſa, ponatur ſupra ſtomachum. Si autem cauſa vomitus ſit cholera, facta euacuatione, ſtringatur vomitus, cum hac inunctione, vel emplaſtro.

Inunctio in calida cauſa.

℞. olei roſarum, myrtini, cydoniorũ, ana vnc. j. roſarum rubearum drach. j. ſandalorum, coralliorum rubeorum, coriandrorum præparatorum, ana vnc j. Pulueriʒentur pulueriʒanda, & cum dictis oleis fiat linimentum ſine cera, vel cum cera fiat vnctio.

De debilitate ſtomachi.

Cap. XXVI.

CAuſa iſtius, vt colligitur ab Auicenna, poteſt eſſe raritas texturæ ſtomachi, & iſta eſt deterior aliis. Poteſt etiã eſſe ex parto

te cuiuſcunq; malæ qualitatis, ſeu complexionis ſtomachi, maximè autem humidi, & frigidi.

Cura.

Cura ſi contingat ex raritate texturæ ſtomachi, tũc debemus procedere cum iis, quæ adiuuant partes ſtomachi. Vnde per exteriora fiunt infrà ſcripta.

Oleum.

Recipe olei cydonioıũ maſtiches, abſynthii, ana ℥. ij. Miſce, & infundantur petiæ in tali oleo calido, & applicetur ſtomacho. Per ſuperiora autẽ fiant hæc remeddia infrà ſcripta: Recipe moſchi grana iiij. Diſſoluantur in ſucco cydoniorum, ſeu aqua roſarum q. ſ. Et de iſto liquore ponantur in ore infantis. Nam moſchus ſua aromaticitate, & ſtypticitate confortat ſtomachum.

Liquor ad idem.

Recipe ſucci cydoniorum, facta reſidentia ℥. v. ſacchari taberzeth ℥. j. Bulliant ad inuicem, deinde facta ebullitione accipiantur ſex, vel ſeptẽ grana caryophyllorũ, & ligentur in petia linea, ſubtili, & infundãtur in liquore ſuprà dicto, & exprimantur, deinde de prædicto liquore detur cochleare vnum pro vice. Ad idem valet, ſi ſcrupulus vnus gallæ moſchatæ pulucrizetur, & eodem modo infundatur in prędicto liquore, & fiat vt ſuprà.

De

De ſomniis terribilibus.
Cap. XXVII.

CAuſa iſtorum (ſecundum Auicennam) eſt nimia repletio lactis corrupti, effumantis ad cerebrum, & inducentis diu inſomnia. *Cura.*

Cura iſtorum, ſecũdum ipſum, eſt, vt ſtante tali repletione prohibeatur puer à ſomno, & à nutrice remoueatur hincinde, ita quòd ſomnus prohibeatur vſquequò lac deſcenderit. Recepe mellis puri cochleare ſemis pro vice, & exhibeatur infanti. Nam abſtergit ſtomachum à lacte, & expellit ad interiora. Item faciendo ſuppoſitoria ex melle. Nam trahunt ad inferiora lac corruptum. Rhazes in libro experimentorum vocat hanc ægritudinem, matrem puerorum.

De *apoſtematibus accidentibus intra os, & guttur, & dicitur ſpecies ſynanches.*
Cap, XXVIII.

CAuſa iſtius vt plurimùm eſt à materia deſcendente à capite ad guttur, quæ eſt miſta ex cholera & phlegmate.

Cura.

Cura huiuſmodi eſt, ſoluere vẽtrem cum ſuppoſitorio facto ex melle cocto, cum modico

dico puluere hieræ ſimplicis. Dein accipere rob de moris immaturis, vel ſuccum eorum, & ponete in ore pueri, cum modico lactis. Et confert etiam exhibere diamoron, ordinatum à Meſueo, quod fit ex moris immaturis in principio, cum modico lactis. Vel accipe modicum ſyrupi myrtini, & exhibe coclear ſemis, vt ſuprà, pro vice, cum lacte. Exteriùs autem conuenit inungere partes gutturis, cum oleo amygdalarum dulcium, & violarum, ſimul miſtis, ana partes æquales. Et hæc ſunt remedia, quæ conueniunt à principio ægritudinis huiuſmodi. In cæteris autem partibus, procedatur ſecundum quòd proceditur in ſynanche. Et fortè Auicenna per huiuſmodi cauſam intellexit in textu ſynanchen.

De Oregmone, quando puer dormit, aliàs Oſcitantia. Cap. XXIX.

ORegmon in infantibus accidit, à materia phlegmatica ſubtili, & aquoſa, ſapiente aliquid viſcoſitatis, cui obuians aër ſupercalefactus in corde cauſat ipſum ſonitũ.

Cura iſtius eſt.

ACCIPE ſemen lini, & miſce cum melle aliqualiter decoquẽdo, & exhibe cochleare

ſemis infanti pro vice. Nam ratione mellis abſtergit viſcoſitatē exiſtētē in cāna pulmonis, & ratione ſeminis lini applanat cannā. Et ſi materia eſſet craſſior, fiat hoc remediū.

Miſtura.

Recipe ſeminis lini ſubtiliter puluerizati drach. ß. mellis cocti parum. Miſce, & detur infanti cochleare ſemis, pro vice, cum modico lactis lambendo.

De ventoſitate infantis in capite. Cap. XXX.

Contingit aliquando in capite infantis ventoſitas multa, extendēs panniculos cerebri, & cutē capitis, & contrahitur à puero, multa humiditate craſſa exiſtente in capite, & viſcoſa, obtundente calorem naturalem cerebri: vnde humiditas illa conuertitur in ventum.

Cura eius eſt talis.

Recipe origani, cymini, caſtorij, ana ſcru. ß. Puluerizentur ſubtiliter, & de iſto puluiſculo dentur gran. iij. diſſoluta in lacte nutricis modico, & exhibeatur. Notabis hîc quòd iſta ventoſitas poteſt generari à calido diminuto, & ſic generatur ſubtilis vētoſitas.

Aliquando generatur craſſa, & fumoſa à vehemēti caliditate, faciente ebullitionem

in

in illa humiditate craſſa. De qua ventoſitate loquutus eſt hîc Auicenna: in cuius cura conueniunt ſubſcripta. De qua ſecunda mētionem fecit idem prima tertij, capite de araxa, à ventoſitate, in capite proprio.

Cura.

PRO cuius cura dat remedia frigida, ad extinguendū vehemētiā caloris. Vnde applicat roſas rubeas, & huiuſmodi infrigidātia.

De exitu ani, ſeu inteſtini Cap. XXXI.

CAuſa huius eſt lubricitas ventris, propter humiditatem deſcendentem, quæ mollificat muſculos ani: vnde quotieſcunque aſſellat, exit anus, & poſt ſeceſſum remanet multoties extra, & cum maxima difficultate poteſt intromitti. Ita taliter extra induratur, vt ex ſe retrahi nequeat. Tunc in iſto caſu, obſtetrix, vel nutrix lauet anum, cum decocto maluæ, vt mollificetur, leniatur, & intromittatur. Et ſi perſeueret exitus ani, fiat ſequens remedium.

Balneum.

Recipe roſarum rubearum, myrtillorum, ſumachij, malicorii, id eſt, corticum granatorum, balauſtiorum, gallarum, nucum cupreſſi, ana drach. j. ß. Contundantur pa-

rum, & bulliant in ſufficienti quantitate vini nigri, & Pontici. Deinde ſedeat infans ſi poteſt, in hoc balneum. Et ſi nõ poteſt, accipiat nutrix ſpongiam, & infundatur in tali liquore, & applicetur ano, poſtquàm inteſtinum eſt intromiſſum. Et antequam intromittatur, lauetur anus, vel illud quod exit, cũ prædicta decoctione, & tunc vngatur anus cum oleo omphacino, & myrtino, & deſuper apponatur puluis iſte.

Puluis.

Recipe corticum granatorum, roſarum rubearum, balauſtiorum, myrtillorum, ana ʒ. ß. Puluerentur ſubtiliter omnia, & de iſto puluere aſpergatur anus, deinde intromittatur, & poſtquàm intromiſſus eſt, anus fomẽtetur, ſuffumigetur cũ prædicta decoctione.

De *Tenaſmone.*

Cap. XXXII.

TEnaſmon in pueris vt plurimum accidit ex frigore.

Cura eſt.

Recipe origani, cymini, ana drach. ij. Puluerizentur ſubtiliter, & cum butyro veteri liquefacto miſce, & liniatur anus cum tali liquore.

Ad idem.

Recipe per anum fumũ decoctionis origani

gani,calamenthi, rutæ, pulegii. Infundatur ſpongia in tali liquore, & applicetur ano.

Aliud.

Recipe lini, melegetæ, & eius grana, ana manip j. Bulliant in vino rubro, & ponantur in ſacculo, & applicentur.

DE VERMIBVS.

Cap. XXXIII.

QVidam ſunt vermes in ventre puerorum, parui, rotundi, & naſcuntur vt plurimum in inteſtino recto: quidam ſunt longi, quidam ſunt lati. Primi naſcuntur in inteſtinis inferioribus: ſecundi in ſuperioribus: tertii in mediis inteſtinis.

Cura eſt talis.

RECIPE pulueris ſementinæ: & fit ex herbis valde amaris, qualis eſt centaurea, ſemen centonici. & de iſto puluere accipiatur drach. j. cum lacte, & exhibeatur infanti. Fiat etiam vnctio contra vermes, hoc modo, qua vngatur venter pueri.

Vnctio.

Recipe olei de abſynthio, de amygdalis amaris, ana vnc. j. abſynthii, menthæ ſiccæ, pulegii, ana drac ß radicis dictami, tormentillæ, zedoariæ, ana ſcru j. Pulueriz ē tur pulverizanda, & cum modica cera fiat inunctio, cum qua vngatur venter.

Aliud.

Recipe florum abſynthii, marrubii, perſicorum, ana manip. j Piſtétur huiuſmodi res recentes, deinde ponantur ſupra regulam calefactam, & aſpergantur aceto forti, & poſtea inungantur ſupra ventrem.

Emplaſtrum.

Recipe foliorum abſynthii, perſicorum, ana manip. j ß. ſeminis nigellæ, ſinapi, ana vnc j. zedoariæ drach. ß. tormentillæ, dictami albi, ana manip. ß. Bulliant omnia ſimul in ß. q. aquæ, ad perfectam decoctionem. Deinde piſtentur in mortario, & cum oleo de abſynthio, & oleo amygdalarũ amararum, reducatur ad formam emplaſtri, & ſuperponatur ventri.

Ad idem valet.

Clyſtere ex lacte ſolo. Similiter ex melle cocto ſuppoſitorium.

De excoriatione coxarum.

Cap. XXXIIII.

MVltoties accidit excoriatio in coxis, ꝓpter fæces, & vrinam, quæ retinẽtur in illis partibus, cum infantes ſunt faſciati.

Cura.

CVRA primò eſt abſtergere, ſi quid ſaniei eſt, & prohibere excoriationem. Vnde lotio illius partis, cum aqua roſarum ſolùm

eſt

eſt conueniens: & lotio facta ex lacte. Similiter inunctio cum oleo roſarum, & cum aqua myrti.

Ad idem valet.

Si accipiatur myrtus, & puluerizetur ſubtiliter, poſt lotionẽ aſpergatur ſupra locum hulceratũ, reſoluit enim, & cutẽ condenſat.

Ad idem valet.

Farina lẽtium, farina hordei, miſta cum oleo roſarum, ad modum linimenti

V*nguentum.*

Recipe vnguenti ceruſſæ, vnguenti de lithargyrio, ana vnc. ß. Remolliatur cum oleo roſarum, & omphacino. Et inungatur locus excoriatus, & ita curabitur. Attende, ſi non habeatur oleum omphacinum, fac oleum de roſis immaturis, vt ex oleo roſato.

* * *

FINIS.

De eadem tractatione appendicula, haud minus frugifera, per Georgium Kufnerum.

LIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Adſtrictæ, quin & ſolutæ nimiùm alui puſionum remedia.

CAP. I.

Aluus adſtricta.

QVOD ſi durior, & aſtrictior ſit infantis aluus, mel cibo adiectum dabimus. At ſi nec ſic quidem deiicit, nec oletum facit, reſinam terebinthinam, ciceris magnitudine adiiciemus. Medelæ, quibus in excernendi difficultate peculiariter vtimur ego, & parens, ſunt hæ: Balanus nimirum ex ſale, & melle confectus. *Aliud.*

Recipe porrum, & remota radice, quadripartitò diſcindatur, & ſuper quamlibet particulã proiiciãtur terna ſalis grana, & glandis inſtar adminiſtretur, ſede priùs illa rhodino tepido, ſiquidẽ promptè ſtercus extorquet Quandoque ſum vſus eiuſmodi clyſterio, quod citra noxam oletare facit. Recipe oliui veteris puriſſimi ℥.x. ſacchari rubei. ℥.

j.ß.lut

j ß.luteũ oui recens nati j. ſalis parũ. Miſce, fiat enema. Ventrem quoq; leuat epomphalion ſubſequens. Iuglandis putamen impleatur butyro, quod vmbilico tenus admoueatur. Inuncto priùs toto ventre ſubſcripto diachriſmate. Recipe olei amygdalini dulcis, butyri recẽtis, ana ℥. iij. Miſce ſimul, liquefacto priùs butyro, & fiat vnctio. Ad mouendam aluum Æginetanum remediũ: Si nihil deiiciat, aut excernat puer, aluus ipſa, melle in formam balani redacto, leniter irritetur. Prodeſt etiam nepita, ſeu calamintha trita, atque cum melle illita.

Pro conſtipatis.

Aluum emollit vnguentũ mollitiuum, ſequens: Recipe adipis gallinæ, adipis anſeris, anatis, butyri recentis, ana ℥. iiij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana ℥. iij. medullæ vitulinæ ℥. ij. cum cõpetenti pondere ceræ, fiat ad modum vnguenti: quo pectus, latera, & venter, manè, & ſerò perungantur.

Lenitio ventris.

Recipe lactis vaccini q. v. adde ſacchari taberzeth, & ede.

Euacuatio decennatibus competens.

Recipe carnium ficuum pinguium, paſſularum enucleatarum, ana ℥. j. iuiubarum exoſſatarum, num. x. medullæ caſiæ fiſtulæ optimæ vnc. ß. electuarii de ſebeſtẽ, diapruni

nis omnium ſolutiuorum, ana drac.iii cum conditura de cebulis, vel emblicis. Fiat miſtura, doſis drach. j.

Vnguentum ſtomachale, faciens ſeceſſum.

Recipe aloës ſuccottini, dictami, gẽtianæ, ſementiuæ, ſeminis portulacæ, fellis tauri, añ ʒ.j. ſcammoneæ ℈.j Omnia cum butyro incorporentur. Ex hac miſtura impleatur teſta nucis, & vmbilico applicetur, & alligetur. Facit ſeceſſum, & eſt mirabile.

Paſtilli cathartici pro pueris.

Recipe folliculorum ſenæ ʒ.xiii. zingiberis albi, polypodii, liquiritiæ, mannæ granitæ, ana ʒ j ß. caryophyllorum electorũ, cinnamomi interioris acuti, rhabarbarici electiſſimi, ſeminis aniſi, & feniculi, ana drach. j. ſacchari lotones ii. Fiat confectio in rotulis, ſaccharo in aqua betonicæ diſſoluto, & deaurentur. Doſis reſpectu ætatis.

Iulepus lenitiuus

Recipe iulepi violati, iuiubini, ana vnc. ij. ß. aquarum maluæ, betonicæ, ſcabioſæ, ana ℥.ij. vel v. diſſoluatur in eo diaprunis ſimplicis, electuarii lenitiui, de ſebeſten ſimplicis, diacatholiconis, caſiæ fiſtulæ cum manna, ana drach. j Poteſt tertia pars huius recepti præparari. Miſce ſuprà dicta ſingula, fiat potus, de quo manè & ſerò, cochlearia duo vel tria, vel etiam quatuor bibat.

Cura

Cura in puella ſeptennali, multùm conſtipata, experta à me nuper.

Recipe florum chamomillæ part. iii. fœnigræci, lini, ana parum. Bulliat in brodio gallinæ, vnica bullitione, pòſt coletur. In colatura ponantur mucilaginum communium ℥.ß. olei liliacei, butyri recentis, ana ℥.j ß. florũ caſiæ iam recens extractę añ ℥.ß. vel ʒ. iii ſalſuginis parum, vel ʒ.iii. Fiat clyſtere, ad ℥ x. vel xv. aut paulò plus.

Ad duritiem, & conſtipationem ventris.

Recipe ficuum, paſſularum, ſebeſten, iuiubarum, prunorum, tamarindorũ, caſiæ, ana parum. Fiat decoctio in aquis boraginis, & bugloſſæ q ß. Coletur, & in colatura diſſoluantur electuarii lenitiui, diacatholiconis, caſiæ cum manna magiſtrali, ana ℥. ß. Miſce, fiat potus ad tres hauſtus, capiat ſingulis noctibus circa mediam noctem hauſtũ vnum.

Ad torſionem ventris.

Recipe maluæ, naſturtii, parietariæ, hederæ, florum chamomillæ, furfurum triticeorum, farinæ fœnigręci, radicis euiſci, chartami, ana ℈. ß. Ponatur in ſacculo, & fiat decoctio pro balneo.

Dolor ventris.

OLEVM ad immenſum ventris puerorũ

dol

Dyſenteria puerorum.

Pro dyſenteria puerorum, ſalſa.

FIAT ſalſa ex granis, ſeu fructibus, vulgo elſſember dictis. Addẽdo ſacchari penidiati & puluiſculor. de corallio rubro, & nucis moſchatæ, necnon ſandali rubri, ana debitã portionem, & eſt expertum pro pueris aluinis.

Cura experta in nobili quodam puero nouennali, qui dyſenteriam ſæuiſſimè patiebatur.

Decoquatur in primis veſicæ antacæi, id eſt, huſonis, fruſtũ vnũ in vino rubello, duabus, vel tribus bullitionibus, bibatur de eo. Vtendum in cibo, & potu ſequenti tragea.

Recipe ſpecierum diacameron ℈.iiij. boli Armeni ʒ.ß. maſtiches, raſurę eboris, corallii rubri, ana ℈.j. ſacchari penidiati ℥.iij fiat tragea, bibatur ex lacte amygdalino, vel vino nigro.

Aliud ad idem.

Recipe ſilices fluminis, nu.iij. Igniantur, & extinguantur cum aqua, in qua bulliat veſica huſonica, vnciaria portio, & cum illa aqua fiat lac amygdalinum, cui apponantur albumina ouorum bene agitata, num. iij. & optimè ſiſtit profluuium alui.

Potus

Potus æquiualens ſuperioribus.

Recipe foliorum q ei ci, tapſi barbati, ſpicæ nardi, ana M i. Decoquantur in aqua, & bibat E dat manè, & nocte caſtaneæ quantitate ſacharum berberorum. Poſt modicum bibat de ſyrupo acoris citri, & de agreſta. Et continuet ſic per octiduum.

In dyſenteria expertiſsima cura.

Manè edat zedoariam, & diu in ore contineat, pòſt deglutiat.

Potus ieiunè ſumendus.

Recipe aquarum rutæ, aquarũ abſynthii, abrotoni, ana ℥ j. pulueris dictami albi ʒ j. Miſce, ſumatur ieiunè, & quandiu poteſt ſuper ieiunet, vel bibat aquã decoctionis abrotoni, & dictami. Per hebdomadã bibat ſemper in mane hauſtum. Puerorum dyſenteriã ſine dubio abarcet: Recipe acedulam infuſam in aceto forti, inuolue in ſtupis, aceto intinctis, & coque ſub prunis, poſtea extrahe ſuccum, & da ipſum bibere. Sic quidam curauit omnes dyſentericos.

Aliud pro pueris.

Recipe hepar bubulum, aut arietinũ, ſeu mutoninum, torrefactum aſſando tantum vt puluerari queat, detur cum lacte chalybeato, vel in quo flores verbaſci bullierint: eſt expertiſſimum.

Aut

Auricularis morbi remedia. *Cap.* II.

QVorum aures humectationes obtundunt, eaſdem lana, ex alumine indita, commodè licebit areſacere vel œnomelite, quod ex vino mulſo, ſeu luſtrico, in aurē inſtillato, ſiccare, & eluere. Nec abs re fuerit, crocum ex mero tritum, ſtillatim irrorare.

Exitus, abſceſſuumque ani medicatio. *Cap.* III.

Contra exitum ani expertum.

LIniatur anus prominens pice liquefacta, & ſuperaſperſo puluere aloë, intrudatur: & eſt ſæpius expertum.

Ad apoſtemata ani.

Recipe vitellum oui decocti j. & piſtetur cum tragacantho, oleo roſarum, ſyrupo roſarum, fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem.

Recipe ſummitatum papaueris albi, hyoſcyami, portulacæ, vitellum oui, micæ panis, olei roſarum, fiat emplaſtrum.

Aliud vt ſuprà.

Recipe ſeminis lini, fœnigræci, gummi Arabici, foliorum caulium, olei chamæmelini q. ß. fiat emplaſtrum.

Ad exitum ani, vel inteſtini recti.

Recipe maſtiches, thuris, nucis cupreſſi, antimonii, corticum granatorum, balauſtiorum, glandium, ana ℥.ij. Miſce, fiat puluis: Et vtere, quia bonum.

Alius puluis ad idem.

Recip. teſtarũ concharũ, vitrioli Romani, albi Græci, ana ℥.j. Fiat puluis inſperſorius.

Vnguentum ad idem.

Recipe aloës, thuris, bdellii, ana ℥ ß. thuris maſculi, id eſt, olibani ℥.j. pulueris contra ficus ani, vt infra ℥.j. ceruſſæ ℥. ij. pinguedinis anatis, ardeæ, olei roſati ana q. ß Fiat vnguentum. Addito parum ceræ.

Ad idem aliud vnguentum.

Recipe oleorum chamomillæ, anethini, violacei, ana ℥. ß. pinguedinis anatis ℥. iij. vitellorum ouorum, nu. j ß. tuſciæ præparatæ ℥. j. ceruſſæ, lithargyrii abluti, ana ℥. ß. croci gra. v. ceræ q. ß. Fiat vnguentum.

Pulueris contra ficus ani deſcriptio talis eſt.

Recipe axungiæ porcinæ antiquæ, axungiæ cerui, ana. Diſſoluantur lento igne, deinde incorporentur cum eis puluis cænobrii. Inungatur, expertum eſt.

Ad exitum ani.

Recipe ſanguinis draconis, terrę ſigillatę, aluminis rochię, tormentillę, hypociſthidos, pyrethri s gallarum, atramẽti ſicci, thuris maſculi,

ſculi,ana ʒ.j. fiat puluis, axungiæ porcinæ non ſalitæ q.ß.Fiat vnguentum.

Pruritus ani.

Contra pruritum, & dolorem ani.

RECIPE tuciæ locæ, roſarum, ceruſſæ, plumbi vſti loti, ana partem j. croci part.iij. vitelli ouorum aſſi partem j. olei roſarum q.ß.Fiat vnguentum, quo liniatur locus.

Contra idem.

Seſſio decoctionis acetoſæ lapatii, maluę, violariæ, fumiterræ, meliloti, & lupinorum, quoniam ſedat, abſtergit, & reſoluit.

Aliud vnguentũ mirabile, ſedans dolorẽ ani.

Recipe lithargyrii, amydi, ana ʒ.viij. ceruſſæ ʒ ij.ceræ ℥.iij butyri, pinguedinis ana tis,ana ℥.ij.olei ſeſamini q.ß pro vnguento molli.

Ficus ani.

PVLVIS hermodactylorum, & limaciarum ſuppoſitus valet.

Contra ficus ani expertum vnguentum.

Recipe ſepi ceruini. Diſſoluatur lento igne. Exinde adde adipem ardeæ. Incorporetur, & formetur vnguentum, applicetur.

Contra ſycoſes in ano puluis expertus D.V.Peyſſeri.

℞.gallarũ (melius opinor gallæ omphacitidis) q.v. Teratur in puluerẽ, adde oxyrhodini

dini, id eſt, aceti roſati, & temperētur ſimul. Superponatur loco dolenti, vbi ſycoſes appa rent, & quotieſcūque inaruerit, denuò ex dicto liquore acido rurſum irrigetur, & ſubli uido panniculo exceptum reponatur ſuper locum, vt ſuprà. Quòd ſi apertæ fuerint ſyco ſes, aridum apponatur medicamen, per modum hygremplaſtri. Sin apertæ, xerion emplaſtrum conueniet. Vltimum tandem, & quod ſæpius expertum eſt, iuuamentum eſt, verrucaria in puerorum ficubus per modum inſpergii vſurpata.

Ani inflatio.

Recipe corticum granatorum. Coquātur cum vino cocto vehementer. Deinde diſtem pera eas cum oleo roſarum, ſuperpone modo emplaſtri.

Ani intertrigo.

Intertrigo ani curatur cornu cerui vſto, & ſuperpoſito.

Aliud Vallæ.

Cùm ibis viam, abſynthii pontici ſurculum ano ſupponito. Succus argentariæ inditus ano intertrigini medetur.

Anus Cancrenatus.

Vnguentum pro ano cancrenato.

Reci. vnguēti de ceruſſa lib j. plumbi vſti ℥. ß. thuris, myrrhæ, ana ʒ. ij. lithargyrii de-

ſpumati ℥.j.ß.Incorporentur in mortario vltima contritione. Valet in cancroſis hulceribus,& oſtrachoſis, hereſypelatoſis, & omnibus dependentibus ab humoribus acutis, corroſiuis,corruptis,& venenoſis.

Anodina. Cap. IIII.

OLeum pro doloribus omnibus puerorũ ſedandis,optimum,& expertum. Recipe oleorum anethini, chamæmelini, ana ℥. vj.olei rutacei,ſtyracis liquidę,ana ℥.iij.pulueris cymini ℥.ij. Bulliant omnia vna bullitione, deinde coletur, & vſui reſeruetur. Et quando oportuerit, vngatur locus doloroſus, & expertum eſt.

Vnguentum anodinum ceruſſatum,refrigerans, Petri Hiſpani.

Recipe olei roſarum,violarũ, ana ℥.ij.ceruſſæ lotæ, cum aqua roſarũ ℥. j. camphoræ, ℨ.j opii Thebaici ℈.ß albuminis oui nu.ij. Incorporentur bene, fiat vnguentum.

Ad hulcera cancroſa, atque doloroſa, in quacunque corporis parte, præſertim tibiarum.

Reci. butyri recentis bene deſpumati q.v. Et ita feruidè ſundatur in mortario plũbeo, agitetur piſtillo plumbeo ad viij.horas, ſtet viij horis in loco calidè,in mortario,& iterũ agitetur,vſq; dum infrigidabitur. Vngantur

 hul

hulcera doloroſa,oſtrachoſa. Et ſi vis habere in forma emplaſtri,apponatur parum ceræ. Eſt res experta in ſedādo omnem dolorem.

Aliud anodinum.

Recipe auenæ partes duas, ſeminis lini partem vnam,contundantur optimè in mortario, deinde optimè decoquantur in aqua, & loco ſuperponatur, in forma emplaſtri. Valet contra hereſypelam,contra apoſtemata neruorum, & dolorem eorum.

Ad idem valet.

Plantago maior decocta in aqua,applicetur loco. Emplaſtrum vel vnguentum mollificans ac leniens omnem duritiam neruorum,& iuncturarum, ſedánſq; dolores in eis & confortans omnes iuncturas vehementer extenuatas. Recipe mucillaginis,fœnigræci, althææ,ſeminis lini,ana ʒ.iiij. Medullæ cru rũ vaccę ℥.ij.adipis porci colati ℥.iiij olei li nini,olei cõmunis antiqui,ana ℥ ij cerę q.ß. Fiat vnguentum, vel emplaſtrum Vnguentum mollificans ſiphyros, quod ſublime eſt in apoſtematibus melancholicis,& aliis duritiebus,mollificans neruos,& iuncturas. Et ſi vis magis ſedatiuum,tũc adde vitella ouorum nu.iij.croci ʒ j. Si vis extremè penetratiuum, reſolutiuum, & etiam mollificatiuũ, adde bdellii,aluminis armoniaci, diſſolutorum in aceto albo & acuto, ana ℥ j.ß. Recipe

oleor

oleorum ſeſamini, amygdalini dulcis, ana ℥. iiij. Butyri, medullæ crurum bouis, ana ℥. iij. pinguedinis anatis, gallinæ, ana ℥ j. ceræ albæ ℥. ij. Miſce, & fiat vnguentum ſecundum artem. Vnguentum aliud anodinum Bartholomæi Montegnani. in Nephritide doloroſa pectoris vitiis, ſedãs dolorem membrorum neruoſorum, & in quacunq; corporis parte. Recipe olei violarum citrinarum ℔ j. amygdalarũ dulcium, liliorum alborum, ana ℥. vj. butyri recentis ℥. iiij croci ʒ. ij ceræ albæ ℔. ß olei de ſemine anethi ʒ. ij. pinguedinis anatis ʒ. ij Fiat vnguentum. In cuius fine adde vitellorum ouorum nu. iij.

Capitalium affectionum puſillis accidentium medela.

Cap. V.

De Syriaſi, hoc eſt capitis infantium ardore.

EIus remedium eſt oui lecythos, hoc eſt rubrum, cum roſaceo, ſyncipiti, ſeu potius caluariæ, pigmenti ſpecie ſuperimpoſitum. Sic tamẽ vt aſſidua mutatione renouetur. Extat apud Æginetam, Galenicum abbreuiatorem, aliud contra ſyriaſes præſidiũ, vt videlicet heliotropii (quod Graii ſcorpiuron, Romani ſolarem appellant) folia cucurbitæ, ramenta cucumeris, atque peponum,

adiacentem carni pelliculam, ſolani hortenſis, cum roſaceo cremorem cranio adhibeamus.

Porriginis medelæ.

Vnguentum Ariſtotelicum, ex recitatione Iſacci, valens ad pityriaſin, ſeu parriginem puerorum.

Recipe ſalis fuliginis, olei oliuæ, picis liquidæ, ana partes æquales. Tere hæc omnia, & fac vnguentum: & tineoſo capiti, de quo fuerint capilli extracti ſuperimpone. Et miraberis ſanitatem ipſius, & redundantiam capillorum.

Ad tineas capitis.

Recipe pulueris bryoniæ. Miſce, cum melle, pone ſuper ſcabiem tineoſam capitis.

Vnguentum æquiualens probatiſſimum.

Recipe olei roſarum, iuniperi, ana q. v. ſulphuris, æris viridis, ſtercoris columbini, ana q. v. Terantur, & conficiantur omnia ſimul, ad formam vnguenti. Ex hoc vngatur locus tineoſus, ſtet ad tres dies, & iterum vngatur locus tineoſus, & perfectè curabitur.

Capitis dolor in cauſa calida.

Contra dolorem capitis puerorum. Epithemetur frons linteolo madefacto ex lacte.

Caueat

Caueat à vino,& rebus fumoſis talis infans, vel puer. Et attendendum num habeat ſeceſſum, vel non: ſi nō haberet, proritetur aluus, & leniatur ſuppoſitoriis ſaponateis vel mellitis. Nam adſtricta aluo, fumi ex ſtomacho, & vapores aſcēdūt ad caput, & turbāt caput.

Contra dolorem, & calorem capitis.

Recipe aquæ roſarū ℥ ij. vel iij triumſandalorum, ana ʒ. ß. camphoræ, croci, ana ʒ ß. Miſce pro epithemate, & illinatur frons.

Linimentum frontale, in cephalea.

Recipe aquarum cucurbitæ, roſarum, ana ℥. iij. aquæ violarū, nymphææ, ana ℥. ij Miſce cum albumine oui, oleo roſato, & exiguo aceto, ad penetrādum. Fiat epithema. Et infuſa petia in tali liquore, applica fronti.

Inunctio contra dolorem, & calorem capitis.

Recipe olei violati, roſati, ana vnc j aceti ℥. ß. camphoræ ʒ. ij. Bene miſceantur inuicem: & fiat oxyrhodinum, & applicetur capiti, & fronti, ſæpius intincto in eo linteolo.

Aliud.

Mucilago cydoniorum epithemata.

Aliud epithema.

Mucilago pſyllii infuſa rhodoſtomate, & aceto, cum reticulo, vel linteolo fronti applicetur. Poteſt imponi de ſandalis, croce, & camphora, ſi lubet.

Capitis dolor ex frigida cauſa.

Recipe olei ſpicæ odoriferi vnc j pulueris radicis rhodiæ, violariæ Venetianæ, pulueris caryophyllorum, ana ſcrupu. j. Miſce, fiat epithema.

Coſmatica remedia, nutritio, tinctio crinium. Cap. VI.

SI quis cupit infantulorum comas nutrire, atque tingere, albo, flauo, vel aureo colore: recipiat ſuccum radicis arboris vibicis, vel aquæ ex ea, in Aprili, aut Maio menſe extillantis: vtatur poſt ablutionem capillorum: valde decorat crines infantulorum, in aureum colorem, præſertim ſi exponantur Soli. Aureum capillorum efficiunt colorem, flores tapſi barbati, decocti in lixiuio, flores callitrichi, idem valent in lixiuio, flores etiam betonicæ, eodem modo poſſunt.

Glabrities.

GLABRITIEI puerorum ſequens medetur linimentum: Recipe foliorum nymphææ manip j. Decoquantur in butyro recenti, optimo, deinde exprimantur, & piſtentur fortiter ſimul, fiat vnguentum liquidiuſculum, quo vnge locum.

Lend

Lendines comarum.

Contra lendines puerum.

Recipe ſeminis canabis manip. j. Comburatur, & de cinere illo fiat lixiuium, quo caput abluatur.

Corroſio crinium.

ALIVD ad idem, vt ſuprà, valens etiam cōtra corroſiones. Liniatur caput oxelæo.

Pediculi puerorum.

LINIATVR caput oxelæo.

Cardiacæ puerorum remedia.

Cap. VII.

RECIPE olei amygdalini dulcis, butyri, adipis caponis, fiat vnguētum. Vngantur tales pueri ſequenti vnguēto. Recipe olei liliacei, chamæmelini, & butyri. Miſceantur ſimul. Bibant etiam aquam conſolidæ regalis, in qua diſſolutum ſit ſaccharum conditum. Curaui ſeptennalem quendam puerum, cardiaca, ſeu tremore cordis laborantem.

Miſtura.

Recipe conſeruæ roſarū drach. j. b. p. ſpecierum cordialium temperatarum, ſeu pulueris cordialis ℥. j. electuarii de gemmis frigidi ʒ ß diamargariti ℈. j. cum ſyrupo boraginato, & bugloſſato. Fiat miſtura. Doſis ca-

Potus refrigerans.

Recipe acetoſæ manip j. Bulliant in aqua endiuiæ q ß. cum quatuor ſeminibus frigidis, & inde potetur. Item edat diacydoniten, iulepum refrigerans, & confortans calorem innatum. Recipe aquarum ſonchi, id eſt, endiuiæ, boraginis, meliſſophylli, roſarum, ana ℥ iiij. behen albi, & rubei vnc. ß. ſandalorũ alborum & rubeorum ʒ ß. ſpecierum trochiſcorum de camphora drach j ſpecierum electuarii de gemmis frigidi ℈ j. ſacchari libram, vel q. ß. Fiat iulepum dilutum.

Vnguentum caloris extinctiuum, & refrigeratiuum.

Recipe olei roſati, & violati, ana vnc. j vnguenti infrigidantis Galeni, drach. vj. ſucci ſemperuiuæ vnc. iij. Bulliant ad conſumptionem ſucci. Poſt addatur croci ſcrup. j. camphoræ grana iij. & fiat vnguentum.

Potus in confortando calore naturali, & extinguendo innaturali

Recipe conſeruæ roſarum, boraginis, bugloſſæ, ana vnc. ß. Miſce cum ſyrupo violarum, addito grano j. camphoræ, & moſchi. Et doſis ſit manè, & ſerò, quantitas nucis auellanæ.

*

Calor

Calor naturalis refrigeratus nimium.

AQVA confortatiua, calore naturali refrigerato, inungenda pulſibus, fronti, temporibus, naribus, & cordi. Recipe aquarum meliſſæ, ſpicæ, lauandulæ, roſarum, ana vnc. j, cinnamomi, caryophyllorum electorum, ana ʒ. ß. croci ℈ ij. moſchi grana iij. Miſce, fiat epithema.

Cura excoriationis, quæ fit ſub alis, & coxis infantium, & puerorum.

Cap. IX.

DEtergoratur ſæpenumero cuticula ſub axillis infantium: aliquando etiam inter pedes atteritur.

Vnguentum contra excoriationem.

Ad hoc contundi debent folia ſedi minoris: craſſulam exiliorem vulgò vocitant, oleóq; roſaceo, laridóque ex maiale admiſto. Et deinde per linteolum exprimi, ſuccúſque iſte in vino albo, bonóque, decoquendus erit, & admiſcendus maſtix, olibanum ſingulorum ʒ. j. Hoc pueris, quacunque corporis parte excoriati fuerint, illitum, abſq; dubio (compertiſſima loquor) opem pręſtat. Vnguentum frigidum cõtra excoriationem, factam in coxis puerorum, ab acuitate vrinæ

næ prouenientem,& eſt Stockeranum optimum, quo Stockerus mirabilia effeciſſe tradidit ſcripto Recipe albuginis ouorum numero j olei violati vnc j. lithargirii ſpumificati ʒ.vj. Terantur in mortario plumbeo diligenter, & fiat vnguentum ſecundum artem. Valet ad hereſypelam, & malam complexionem calidam, in prædictis partibus, & ſub axellis,& labiis puerorum.

Dentientium, & ex gingiuis laborantium remedia, necnon labiorum. *Cap.* X.

Labiorum fiſſuræ.

POrrò ſi puſio labiorum fiſſuras, vel ob lactis calorem, vel nimiam mamillarum duritiem contraxit, fiat epilima ſubſequens: Recipe lanam optimè carptam, madificetur in ſucco plantaginis vtriuſque, hoc eſt, latifoliæ, & mucronatæ, cum aliquantulo butyri, vel axungiæ gallinaceæ recentis. Ex quibus ſimul liquefactis fiat liquamē: quo cum pluma gracili labiorum fiſſa perlinantur.

Labiorum fiſſuris medetur linimentum ſequens.

Recipe maſtiches q.v mollifica cum albumine oui crudi, & appone. Curaui ego aliquando eundem defectum in pueris ſequenti vnctione: Recipe floris lactis, pinguedinis

iuſ

iuſculi à carne facti, quæ pinguendo adhæret cochleariis, ana æquales partes, & eſt à me multoties expertum.

Vnguentum ad idem, Varignanianum.

Cerebrum anſeris domeſtici, cum medulla ceruina, inungatur.

Puſtulæ labiorum.

Recipe lithargyrii argentei, myrrhæ, zingiberis, ana: puluerizentur ſubtiliter, & cum cera virginea, melle, & oleo communi q. ſ. Fiat vnguentum. Priùs bene puer madefaciat labia cum ſaliua.

Idem facit inſtillatio ſequens.

Recipe fellis tauri duas vel tres guttas, inſtilletur, eſt expertum.

Gingiuarum vitia ex dentitione.

Abſceſſus gingiuarum.

ANTE denticulorum ortum, quandoq; parodontides, & parulides (quæ tubercula ſunt iuxta dentes, in gingiuulis naſcentia) prorepunt. Quæ ſolius crocomagmatis illinitione curantur.

Dolor gingiuarum.

Medullam caballinam dolori dentium ſummè mederi tradit Meſues: ſéque ſæpius eſſe expertum ait, in ſcriptis ſuis.

Apozema in dolore gingiuarum.

Lauentur gingiuæ cum apozemate radi-

cis

cis bedeguar. Si ex dentitione multùm gingiuæ doleãt, vel decoriẽtur: tunc arnogloſſę, necnon celſi corticis cremore mãdibula per vices impinguetur. Infantium prętere a dẽtitiones adiuuat, admiſto melle butyrũ: in quẽ vſum gingiuæ eo ſunt confricandæ. Prodeſt eadẽ vnctura, priùs quàm dentire cœperint, gingiuarũ etiam pruritibus. Eoſdem veteris ſalſamẽti carnẽ ſedare tradit Ægineta Vtendum ſuadet ceromatis, aut olei cerati pigmẽto. Ceroma conſtat ex oleo crudo, non ſine modico cerę liquefacto. Ægineta lib. 1. cap. 8.

Dentium dolor.

Pueris ſi dentes doleant, recipiatur cãphora, & in aceto poſita bulliat modicũ. Deinde teneat puer in ore, & ceſſabit omnis dolor. Refert Petrus Hiſpanus, ſe multoties dentium dolorem curaſſe, appoſitu herbæ, formatæ ad modum dentis, quæ dicitur dens caballinus: & eſt expertum. Rhazes memoriæ tradidit, dentem hominis mortui collo patientis ſuſpenſum dolorem auferre protinus, & eſſe expertum. Idem adſerit D Bernardus, ita ſcribens, quòd ſi dente hominis mortui, dens Dolens tãgatur, abſq; dubio dolor ceſſabit Si dolor dentiũ nimis inualuerit, ſuperponatur externè opium, cum vitello oui ſemicocti diſtemperatũ. Et eſt res experta.

Hippocrates particula 4. Aphoriſm. 53. Cùm dentes producunt, gingiuarum pruritus, febres, ſpaſmi, diarrhœæ, & maximè quando producunt caninos dentes, imminent.

Dorſi vitiroum remedia.

Cap. X I.

Verruca dorſi.

CVra à me experta, in verruca dorſi

Vnguentum.

Recipe vnguenti de adipibus ℥.j. vnguenti de mucilaginibus vnc. ß. Miſce, vngatur mane, meridie, & ſero. Item ſuperponatur emplaſtrum diachylon, ſuper corio tenui extenſum. Nec non fiat iſtud emplaſtrum ſequẽs: Recipe radicis liliorum alborũ, brancæ vrſinæ, bryoniæ, euiſci, ana ʒ j. fœnugræci, ſeminis lini, ana ſcrup. ij medullæ ficuum abſque granis ſcrup. iiij Quæ contritá bulliant in butyro, oleo anethino, chamæmelino, ana q ß Fiat vnguentum arte.

Vnguentum bonum ad dolorem dorſi puerorum, & lapſum ex alto in dorſum

Recipe olei roſarum, quantum capere po teſt teſta vnius oui, ceræ ad quantitaté auellanæ Diſſoluatur lentiſſimo igne: Pòſt infundatur ſuper aqua frigida, ſemper renouando, vſque ad albedinem. Curaſſe ſe multos

tos ſcripto prodidit Stockerus, qui conquerebantur de immenſo dorſi dolore.

De dracunculis, dracontiiſque. *Cap.* XII.

EXiſtunt in puerulis ſubtercutanea quædam animantia viua, lumbricorum formam præ ſe ferentia, dracontia vulgari appellatione nuncupata, quę in muſculoſis corporis partibus, puta brachiis, cruribus, ſuris plerunque conſiſtunt. Interdum etiam in lateribus ſub cute coeunt, quandoque totũ tergum, aut ſaltem ipſum interſcapilium occupant. Hoc quicquid eſt animalculi, ni cõſentaneis remediis extirpetur, vel noxiam ſuppurationem inducit, vel infantulos prorſum tabefacit. Eiuſmodi vermiculos in poris infantiũ, ac puellorũ latitantes, hac extinguemus cura. Si non prominuli vltro fuerint, hoc eſt, adhibito calido fotu, edulcatóque, (quale melicraton eſt) condimento, forinſecus, illito, capitella ſua nõ exertarint, violentioribus medelis ad progrediendum foras quatiendi ſunt. Accipienda nimirum radix viticellæ, ſiue vitis albæ, quantum manu preſſa capi poteſt. Bulliat in lixiuio è quernis cineribus concinnato. Quo circunfuſum hiſce tineolis infantile corpuſculũ perfundatur, & lauetur. Quo facto, progreſſa dra-

De iis dracontiis lege Paulum Aeginetã libr. 4. cap. 9.

contiorum ora,nouacula præſecenter. Quibus ſic obtruncatis, infans denuò prædicto diaclyſmate, puta conia balneandus, & abluendus erit,denudatáque,vel diſſecta pellicula comageno perlinenda.

Epileptici ſeu caduci morbi remedia. Cap. XIII.

INfantibus comitialiter ægrotantibus expedit dare nonnihil de bacciferæ herbæ glycyſidiis granis, pulueratū quidem,& cum lacte muliebri propinatum Eadem affectione correptos liberat leporinum coagulum, potui catum.Liquores autem extillatitii,lunaticis accommodi ſunt. Anua deſtillationis violarum purpurearum, betonicæ, florum philuræ,prunellæ, per ſe, vel cum exiguo ſyrupo glycyſidite diluti.

Aquæ deſtillata epilepticis ſalubres.

Aqua liliorum conualiium,aqua pæoniç, aqua florum acaciæ,id eſt,prunellorum ſylueſtrium.

Potus in epilepſia à me in puero nobili expertus.

Recipe Mithridatici fabæ quantitatem, aquæ lauādulæ cochlearii. Miſce,da bibere.

Emplaſtrum ad idem.

Ruta cōtrita in aceto,& naribus appo ſita

Ad

Ad epilepſiam puerorum expertum medicamen.

Detur de moſcho fino ex mero ſubtili, bis vel ter in die, parum, & ſic perfectè curantur.

Aliud ad idem.

Recipe aquam vngulæ caballinæ, & madefac in ea linteolum, ipſúmque pueris inuolue, & lecto impone, iíque perfectè curantur.

Aliud ad idem valens.

Recipe coriandri præparati, ſeminis ſinapis, nucis moſchatæ, ana vnc ß ſeminis pæoniæ drac iij. dictami drac. ij. Fiat puluis, detur manè ad lubitum, reſpectu tamen ætatis habito, cum vino calido.

Elcoſis hoc eſt, exhulcerationis, & tertriginis ſemorum cura.

Cap. XIIII.

ADuerſus paratrimmata, hoc eſt, femorum attrita, & confricata membra, valet inſpergimen ex arida myrto, cypero, roſiſque confectum. Item ſi propter vrinæ ſalſedinem, & carnium mollitiem, patiatur in crura mordicationem, vel dolorem, vel in alio loco, ſuperaſpergatur farina hordei acca. Vel recipe pulegii craſſiuſculè puluerati, & tragacanthi pollinis, & inſpergito.

Exanthematum, hoc eſt, puſtularum, eruptionum, abſceſſuum, quæ puello oboriuntur, cura.

Cap. XV.

SI quæ tenello fœtui exanthemata forſan oboriuntur tum lauacris, adiecto myrto, lentiſco, rosíſq; medendum. Deinde vbi purè lautus eſt infans roſaceo, aut oleo lentiſcino, cerotóve, puſtuloſa cutis perlinenda, atq; leniter ex nitris abſtergenda erit.

Abſceſſus quilibet.

Pro maturatione, & ſedatione doloris, in apoſtematibus puerorum, vnguentum. Decoque lentes, & poma excorticata, vſque ad diſſolutionem ipſorum. Et pòſt miſce cum oleo roſaceo, & ſuperpone calidè.

Abſceſſus dextri lateris.

CONTRA apoſtemata dextri lateris, cura ſæpiuſcule approbata.

Balneum.

Primò balneetur puer, vel infans, in lautulis ſulphureis. Secundò bibat decoctionem ficuum, & liquiritiæ, ex ſero caprino decoctam. Poſtremò emplaſtretur locus, emplaſtro facto ex chamomilla, maluis, & lini ſemine, ex cremore, vel flore lactis, vel butyro

recen

recenti decoctis, ſuperponatur calidè.

Viſcerum abſceſſus.

Viſcerũ abſceſſibus, in infantibus ſuccurrit cura ſequens, & eſt à me experta in bimulo puello. Primò, vngatur venter vnguento de adipibus, in Diſpenſario deſcripto, manè, & ſerò. Secundò, pro leniendis viſceribus, vtatur iulepo iſto lenitiuo. Recipe iulepi violacei, iuiubini, ana vnc. ij. ß. aquarũ maluæ, betonicæ, ſcabioſæ, ana vnc. ij vel iij. Diſſoluatur in his diaprunis ſimplicis, electuarii lenitiui de ſebeſten ſimplicis, diacatholiconis, caſiæ fiſtulæ cum manna, ana ℥. j. Miſce, fiat potus, de quo manè & ſerò coclearia duo vel tria vel quatuor bibat.

Faciei omnigenorum vitiorum remedia. Cap. XVI.

Variola, morbilli.

Contra grauitates faciei, quæ cauſantur in partibus faciei, propter variolas, & morbillos, pulmentum. Recipe farinæ fabarũ, & lupinorum, ſingulorum bene pulueriſatorum, vnc. j. vrinæ tauri q. v. Omnia miſce ſimul, & fac pulmentum, & poſtea inunge faciẽ in ſero, Et ſic dimitte per nocte ſtare. Et de mane laua faciem cum aqua pura, in paucis diebus liberaberis, & videbis mira

bilem huius pulmenti effectum.

Maculæ faciei.

RECIPE butyri recentis vnc.j. cāphoræ, thutiæ præparatæ, ana ʒ.ij vini maluatici vnc.ß. Miſce, fiat vnguentum ſecūdū artem.

Ad idem lac virgineum.

Recipe lithargyrii vnc.ij. ceruſſæ vnc. ß. aceti vnc.vj ſalis vnc.ij.aquæ pluuialis lib.j. Decoquantur quælibet per ſe, in ollicula, & ſtent per horas quatuor vel ſex:poſtea miſce in altera ollicula,ana partes æquales,& miſce,fiat lac virgineum,ſecundum artē. Acuitate tamen repreſſa,cum cremore lactis.

Lac virgineum, ſub alia forma,ad idem.

Recipe aquarum ſcabioſæ lib.j.ſolatri lib. ß.ſalis communis drach.ij. Miſce, & fiat decoctio. Recipe lithargyrij q.j.radicis ariſtolochiæ rotundæ, & longæ,ana drach.vj.roſarum manip.j.aceti vini lib.xvj. Miſce, & fiat decoctio,vel miſtura.

Morphea faciei.

RECIPE camphoræ drach.j. myrrhæ, olibani, ana drach.ij ſulphuris drach. iij. reſinæ vnc i.butyri maialis ſine ſale vnc.ij. Miſce,fiat vnguentum arte.

Aliud ad idem.

Recipe ſulphuris viui drac.ij camphoræ, perlarum non perforatarum,ana drac.j pul-

ucrizen

uerizentur ſubtiliter, & cribrentur: inuoluãtur panno lineo, & infunde acetum, vel aquã roſatam pro delicatis. Et ſemper ſtet in illa infuſione, ad menſem. Interea tali pila, vel panno, omni die bis tergatur, & lauetur facies, præmiſſa aliqua leui purgatione.

Ad faciem morphæaticam.

Recipe ſepi, vel pinguedinis porci recentis; diſſoluti in aqua frigida vnc. iiij. ſulphuris viui, vel cõmunis, ſubtiliſſimè puluerizati vnc. ß. terebinthinæ lotæ vnc j. argenti viui drach. ij. vitellorum ouorum recentium num. vj. pinguedinis gallinæ recentis vnc. ß. aquarum plantaginis, roſarum, nymphææ, ana vnc. j. Omnibus priùs ſubtiliſſimè pulueriz atis, ac diſſolutis, miſceantur ſimul in mortario, longa contritione, & ſtent ad horas duas in aëre, pòſt ponantur in pyxide, & vngatur facies per tres ſeptimanas. Mane verò abluatur aqua infuſionis furfurum, & farinæ fabarum.

Aliud contra faciem morphæaticam.

Recipe lithargyrii abluti, aluminis vſti, ana drach. iij. tutiæ præparatæ, lapidis calaminaris, ana drach j. ß. ſulphuris drach. vj. ß. Puluerizentur ſubtiliſſimè, vt alcohol, & fiat puluis, qui inuoluatur denſo ſacculo, & ponatur in infrà ſcriptam aquam, poſtea vngete in facie.

Aqua autem eſt talis.

Recipe aquæ roſarum vnc. ij. de floribus fabarum, liliorum alborum, ana vnc. j. aceti fortiſſimi lib. ß. Miſce ſimul.

Faciei, & cutis dealbatio, clarificatio, & decoratio.

AD clarificandã faciem vnguentũ expertum: Recipe ſulphuris communis, combure in aqua vitæ. Poſt miſce cum medulla ceruina. Fiat vnguentum, quo vngito faciem.

Ad dealbandam faciem vnguentum expertiſſimum Iſaacci Medici clariſſimi.

Recipe fabarum q. v. macera in aceto forti, vſque quò pelliculę cadant, tunc pone ſub ſolem, & ſicca, poſtea pulueriʒentur ſubtiliter, & puluis ponatur in aqua calida, eundo dormitum, & vnge faciem. Eſt expertum.

Aliud expertum in dealbanda facie, vel alia loca.

Recipe fabarum, cicerum, faſeolorum. Tempera in aqua tepida, vt amoueantur cortices exteriores, deinde recipe lupinos, qui temperentur cum lacte aſinæ, albugine oui, vel lacte ſimplici, deinde exiccetur ſub ſole. Et iterum temperetur rebus viſcoſis, vt cum gummi Arabico, in aqua ſoluto, vel albumine oui.

Faucium

Faucium gutturis, pallati, & colli vitiorum remedia.

Cap. XVII.

Faucium incommoda.

AD aſperitatem, & exhulceationẽ fauciũ apprimè confert ſequens cura: Mel roſaccũ, diamori medicamentum, vel diacaryon, dianucũ, vel rob nucum dictũ, hæc ſingula illinẽda ſunt, vel lingẽda: ſyrupus item papauerinus, iuiubinus, maſtichinus, aqua mororum, in qua maceratæ ſunt ficus, aqua bugloſſæ, in qua maceratũ ſit ſaccharũ candi, diatragacantum, tragacanthum ſimplex, diapenidium, vel ſaccharum penidiatum.

Gutturis vitia

EADEM quæ proſunt faucium morbis, proſunt etiam gutturis incommoditatibus, vtpote, aſperitati, & exhulcerationi, aliiſq; morbis, gutturi imminentibus Quæ remedia iamiam in fauciũ dyſcraſiis enumeraui.

Palati vitiati remedia

PRO hulceribus palati valet iſta decoctio: Recipe corticum radicum prunellæ, & cum melle roſato, vel violato fiat gargariſma, vel lotio Proſunt etiam prædicta pharmaca in faucium indiſpoſitionibus enumerata, palati omnifariis morbis, quales poſſunt eſſe, hulcera, aſperitas, & ſimilia.

Colli morbi omnigeni.

Botium colli.

In botio colli, & faucium vitiis, pro decennali, commodè poſſet eſſe hæc cura.

Gargariſmus.

Recipe aquarum ſaluiæ, ſcabioſæ, prunellæ, ana vnc. iij pyrethri puluerizati, ſynapis, ana drach. ij. mellis quartam j. aceti tantundem. Facta bullitione, fiat gargariſmus.

Ad idem electuarium.

Recipe conſeruæ violarum vnc. j. mucilaginis, pſyllij, ſeminis cydoniorum, ana drac. j. cucurbitæ, lactucæ, cucumeris, papaueris albi, ana ſcrup. j cum aqua prunellæ, & ſyrupo iuiubino, & iulepo violaceo, fiat miſtura ſubtilis quæ ſæpe apponatur linguæ, & lambendo deglubatur.

Emplaſtrum ad idem.

Recipe maluarum, cæparum aſſatarum, farinæ fœnigræci, ana vnc. j. Frixetur cum ß. q. butyri recẽtis, & liliorum alborum, fiat emplaſtrum. Et ſi annos decem excederet puer, poſſet fieri cõmodè cucurbitulatio, ſcilicet ſub mento & in ceruice. Si non iuuerit, fiat phlebotomia ſub lingua, ſed tamen ſi ſit vltra decimatum.

Verrucæ colli.

Verrucosis in collo medetur, ſequẽs cura:

cura: Recipe vnguenti de adipibus ℥ j vnguẽti de mucilaginibus ℥ ß. Miſce, vngatur mane, meridie, & ſero.

Ad idem emplaſtrum.

Superponatur emplaſtrum diachylonis, ſuper corio tenui extenſum.

Emplaſtrum ſub alia forma, ad idem.

Recipe radicis liliorum alborum, brancæ vrſinæ, bryoniæ, euiſci, ana ʒ.j fœnigræci, ſeminis lini, ana ℈.ij medullæ ficuum, abſque granis ℈.iiij. Quæ contrita bulliant in butyro, oleo anethino, chamæmelino, ana q ß. Fiat vnguentum arte.

Synanchis colli.

Emplaſtrum in ſynanchi.

Terra nidi hirundinum, tumorem, & apoſtemationem faucium & colli tollit.

Aliud experimentum ad idem.

Inuoluatur tota gula exteriùs lana ſuccida infuſa in decoctiõe hyſſopi, & oleo oliuarũ.

Aliud ad idem.

In cauſa frigida bulliat in vino forti, Marciaton, aggripa, dialthæa, & ſtupæ ibi inungãtur, & inuoluatur collum. Maturat enim & eſt in hoc caſu expertiſſimum.

Emplaſtrum ad idem.

Fiat emplaſtrũ exteriùs, de ſtercore hominis recenti, fermento, viſco arborum, cinere thymi

thymi cõbuſti,& axungia chœrogryllorum. Hoc maturat,& exterius attrahit, & rumpit apoſtemata ſquinantica. Diligenter autẽ caueas, ne exterius vtaris repercuſſiuis:ſed diſſolutiuis,attractiuis, & maturatiuis. Melius autem vt re diſſolutiua,à principio, & vt repercuſſiuis. In augmẽto diſſolutiuis, partim repercuſſiuis. In ſtatu diſſolutiuis interius.

Aliud experimentum.

Scabioſa gargarizata,& bibita,vel empla ſtrata ſynanchen deſperatam ſanare,certum eſſe dicit Petrus Hiſpanus

Notandum.

Reuelatũ fuit diuinitus beato Bonifacio, vt daret potui parochis ſuis ſynáchicis,herbam,quę dicitur morſus dæmonis:& qui emplaſtrati fuerant hac verba, ab ipſo Bonifacio ſancto,euaſiſſe tradit Petrus Hiſpanus.

Aliud experimentum.

Flos violæ cum aqua calida bibitus,à proprietate confert

Aliud in ſynanchi.

Decoctio ficuum ſiccarum gargarizata, eſt valde vtilis medicina.

Aliud.

Cinis hirundinum.

Aliud.

Tres hirundinum nidi, cum oleo linino ſoluti,& collo emplaſtrati, infanti in tumores

res, & anginam curant perfectè.

Gargariſmus pro pueris.

Diſſoluatur caſia fiſtula in aqua coriandri humidi, poſtea miſce totum cum mucilagine pſyllii, & fiat gargariſmus.

Emplaſtrum pro infantibus.

Recipe ſtercoris canis comedẽtis oſſa mellis, cineris hordei, omnium ana cochleare vnum, ſalis modicum. Fiat emplaſtrum. Eſt autem cochleare j. ʒ j ß.

Febrientium puerorum cura.

Cap. XVIII.

SOlet infantibus ardens febricula, vel humoralis primùm, dein vbi inueterauerit in hecticam vt plurimum deſinẽs, obrepere: in qua curanda talis fiat progreſſus. Primò ducatur aluus, ſi ſua ſponte nihil excernit, glande excrementi duca quapiam. Mox potionetur puer (ni ætatis teneritudo prohibeat) amuleto tali: Recipe aquæ ciborii parũ, paſtillorũ è viperis, antidoti Mithridatis, ana gra j. ß. ſyrupi violacei, vel zulapii eiuſdẽ, ana perexiguũ, Miſce, doſis ſit à guttis ternis vſq; ad cochlearii dimidiũ: habita tamen ætatis ratione. In tenellis autẽ, vbi nihil per os exhiberi poteſt, localibus procedemus. Imponendum furcellæ pectoris, hoc emplaſtrum optimũ: ℞. ordei decorticati, cum mo-

la aliquantulũ contriti. M. j & ipſam farinã diſtempera cum ſucco plãtaginis, abſynthii, maluæ, ana q.ß. Et fac emplaſtrũ quo vtere vt prædixi. Ego cõplures infantulos febricitantes, à primo ſtatim paroxyſmo curaui ſub ſequenti chriſmate, præſertim ſi febres fuerint æſtuantes, & acutæ Recipe olei roſacei, violacei, ana ℥.j. adipis anſerini ʒ.vj ſucci ſemperuiui ℥.iij. Bulliat ad conſumptionem ſucci, pòſt addatur croci ℈.j. Fiat vnguẽtum arte, quo vnguantur renes excalfacti, & ſpina dorſalis, in die bis, ter, vel quater. Aliud vnguentũ ad febrѣs puerorũ abarcendas expertũ: quo vngãtur ſpondyli tergi, hora quietis.

Recipe mucilaginis cydoniorum ℥.j olei violacei ℥.ß. ceræ parum, ad inſpiſſandum.

Mulcendus etiam calor febrilis eiuſmodi zulapio, ſi ætatis teneritas tolerare poteſt.

Reci hydroſaccharі ℥.ij. vini punicorum meſorum, & apyrenorum, ana ℥.j. iulepi ſimplicis ℥.j.ß. Miſce, doſis pro ætatis congruentia: refrigerat, & ſitim reprimit. Peſte graſſante, diluatur modica potione acida citrorũ aut ribes. Febrilem præterea calorem extinguit ſuccus artemiſiæ, cum oleo tepido concretus, ſi puerile corpuſcuum eo perlinatur.

Cura ſæpius à me experta, in nobili quodam puero febricitante.

Accipe diaprunis ſimplicis, electuarii de

ſebeſt

ſcbeſten ſimplicis,diacatholiconis,ana ʒ.iij. caſiæ fiſtulatæ cum manna ℥ ß. cum ſyrupo iuiubino,fiat miſtura. Doſis eius drac.iij vel iiii. ad ſummum. Exhibeatur de nocte: ſed melius poſt primum ſomnum. Poſt purgationem competentem, propinetur ei hocalexipyreton, hoc eſt medicamen contra febrē. Recipe aquæ cichorii ℥. viii diſſoluantur in eis theriacæ diapenthæ drach. iij ſyrupi de eupatorio ℥ j. Miſce, pro ternis vicibus, & ſint ℥.iij pro vna vice,in diluculo,& aliquantulum ludet.Febrim, ardorem, æſtum,& ſtomachi in diſpoſitionem, à febre genitam curat ſequens cura à parente meo in febrilibus puerorum diſpoſitionibus experta Recipe acetoſæ manipulum. j. Bulliat in aqua endiuiæ,q.ß cum quatuor ſeminibus frigidis, & inde potetur.

Vnguentum.

Vngatur etiam ventriculus cū ſucco menthæ & oleo ſpicæ, calidè, manè & ſerò. Edat etiammū diacydoniten,propter refrigerationē, & confortationē. Lac magiſtrale, multimorbum,pro infantibus,& pueris febricoſis, & calorē febrilem habentibus, quod parens meus inuenit,& ſæpiuſcule ordinauit trimulis & quadrimulis pueris, & multùm effecit.
Recipe aquarum bugloſſæ,boraginis,acetoſæ,ſcabioſæ,ana q.j ß.b.p. cum quatuor ſeminib

minibus frigidis maioribus, & minoribus, cucurbitæ, cucumeris, citruli, melonum, endiuiæ, ſcariolæ, lactucæ, portulacæ, ana ℥ j. vel ℈. ij. Fiat lac, in quo diſſolue lohoc ſani, & experti ℥ j. conſeruæ violarum, roſarum añ. ʒ. iij rob granatorum muſorum, de ribes, oxymelis ſimplicis, ana ℥ ß. Miſce, coletur diligenter. Bibat ex eo mane, meridie & ſerò hauſtulum. Interdiu diluatur hæc potio cum aqua fontana, & bibat ad lubitum.

Cura à parente meo multoties in quadrimis pueris febricitantibus, experta.

Recipe conſeruæ, nymphææ, roſarum, ana ℥. ß. b. p. manus Chriſti, trochiſcorum de camphora, diarhodonis, ana ʒ j. electuarii de gemmis frigidi ℈. iiij. cum iulepo roſarum, fiat miſtura. Doſis eius auellanæ quantitas, ſæpius in die adminiſtrata.

Genarum, & maxillarum vitia, genarum & maxillarum tumor, & dolor, & puſtula.

Cap. XIX.

Recipe olei laurini, de vitellis ouorum, roſarum maſtichini terebinthinæ, ana ℥. ß. ceræ ʒ. ij. Diſſoluatur cera cum oleo roſarum, & laurino. adde cætera, moueatur ab igne, agitetur quouſq; infrigidetur, reponatur

tur in fictili Genarum, & maxillarum dolor, & tumor pellitur, & lenitur maſtiche mollificata cum albumine oui, & appoſita.

Hereſypelatis morbi remedia.

Cap. XX.

AD hereſypelam puerorum expertum cataplaſma: Recipe boli Armeni ℥ j. vel plus Diſtemperetur cum lacte caprino, & ſimul bene agitentur, tepidum ſuperponatur ſæpius cum petiis.

Ad hereſypelam tibiarum, & aliarum corporis partium extinguendam epithema.

Recipe aquæ ſolatri ℥ vj roſarũ ℥. j. ß. aceti, vini albi ℥. j. camphoræ ℈. ß. lithargyrii ʒ. ij. cretæ ℥ ij. Pulverizanda pulueriza, miſce. & fiat epithema. Superponatur illa aqua bene calida, cum petia lini ſæpius.

Aliud epithema ad idem.

Recipe albuginis ouorum, aceti, aquę roſarum, lithargyrii ſubtiliſſimè pulverizati. Miſce diligenter & intingatur in eis pannus lineus, & exprimatur bene, ne ſtillet, & ſuperpone loco.

Ad idem.

℞. folia bardanæ, aut blitæ, & ſuperpone.

Herniæ remedia.

Cap. XXI.

Vnguentum ad rupturas.

R. Ecipe pulueris myrrhæ, olibani, ſangui nis draconis, lapidis hęmatitis, ſerapini opopanacis, bdellij, ana ℥. ß. tragacãthi, terebinthinę, ſepi ceruini, anatis, vrſi, ana ℥. ß. Miſce: fiat vngu'ntum ſecundum artem. Vtantur tales pueri inceſſu tardo, paſſu nõ nimis extenſo. leniter ſpirent, obambulantes identidem reſideant.

Cura.

CVRA fiat cum ligatura, vèl ſubligaculo, & plumaces, vel quadrata inſuper ponatur.

Secundò, thus cum albumine oui recẽtis, & cum coto, vel ſtupa inuoluatur, & ſuper locum ponatur, & faſcietur, aut ligetur, & conſtringatur. Et ſi huic addatur parum gallarum vel acaciæ, vel pſylii, quod melius eſt, aluminis, antimoniæ, carabæ, cæruſſæ.

Emplaſtrum aliud, in herniæ expertum.

Puer quidã curatus eſt in trib⁹ diebus, cũ arnogloſſa, & lẽtibus decoctis, & ſuper locũ ligatis. *Emplaſtrũ ad herniã expertiſsmum.*

Recipe radicis Aaron, capillorũ Veneris, rutæ, ſaniculæ albæ ana M. j. Contundantur & decoquantur in butyro maicali, & axungia gallinacea, & ſæpius calidè ſuperponatur. Et eſt res expertiſſima.

Hecticæ cachexiæque, id eſt, maciei remedia. Cap. XXIII.

Vng

VNguẽtum impinguatiuum, pro pueris demacreſcẽtibus: Recipe axungię porcinæ, gallinæ, ceræ virgineæ ana q.v. reſolue, & impone pulueris amydi. Et in exitu balnei vnge, & tale vnguentum mirabiliter reparat ſubſtantialem humiditatem.

Clyſterium pro hecticis, phthiſicis, & conſumptis pueris.

Recipe capitum & pedum mutonis j. iuris cicerum alborum ℥. ij ficuum pinguium nu.x. chamomillæ ℥. j. mellis, olei ſeſamini, ana ℥. ij. olei de behen, olei lumbricini, amborũ ℥. ij. Fiat clyſtere, ad quartas iij. Aſſiceſcentium ex hectica puerorum cura emaciatis ex tabifica febre pueris conuenit eiuſmodi nymphæum, vt ſequitur: Recipe caput arietinum, & pedes: & coquãtur in aqua diu, donec carnes ſeparentur ab oſſibus, & in tali decocto balneetur infans. Deinde mox à balneo impinguetur hoc ceromate: Recipe butyri recentis, olei roſacei, vel violacei, communis, ana ʒ. xx. pinguedinis caudæ de carnibus ouinis ʒ. xij. cerę candicatæ ʒ. viij. Fiat vnguentum arte quo totum puerulorũ corpuſculum molliter inungatur.

Aliud chriſma, aduerſus maciem infantium.

℞. ſeminis papaueris albi ℥. ij. Conficiatur cum oleo violaceo q. ſ. & fiat linimẽtum

molle, quo liniatur ſpina dorſalis, quotidie bis, vel ter. Valet enim cõtra hecticá, & ſicci taté membrorum. Iis, qui bimatum ingreſſi ſunt, exhiberi poteſt parũ ſubſequentis eclegmatis ℞. ſucci liquiritiæ, gũmi Arabici, tragacanthi, aniſi, ſeminis papaueris albi, ſingulorũ ℥ ß. & cũ ſerapio papauerino fiat in forma lohoch. Valde valet clyſtere nutritiuum factũ ex aqua carnis, & lacte, & huiuſmodi. Quia venæ meſaraicæ trahũt ad hepar, & ſic nutrit. Et ſicut puer, (teſte Arnoldo Nououillano) per venã vmbilicalẽ recipit nutrimentum, ita imaginari poſſumus per clyſteria ſimiliter fieri. Cura nouẽnalis cuiuſdã puellæ hecticæ, à parẽte meo inter biduum ſanitati reſtitutę. Primò comedebat ſæpius butyrum. Secũdò, bibebat lac amygdalinũ, colatũ cum aqua hederæ terreſtris. Tertiò, aliquãdo hauriebat lac caprinum. Quartò, edebat ſæpenumero ficus. Quintò, pręparabat balneum ſequens: Recipe maluæ vtriuſque brancę vrſinæ, liliorum alborũ, ſaponarię, morſus gallinæ, hederæ terreſtris, chamomillæ, ana M. j. b. p. Sextò, terãtur pulpæ gallinarũ, & tritę diſtemperentur cũ lacte caprino, vel ouino. Et addãtur vitelli ouorũ, quibus admiſce parũ polentæ frumentariæ, aliàs frumẽti: bulliant ad ſpiſſitudinẽ, deinde adde parũ de ſaccharo. Septimò, bibat potum hunc, de nocte, &

 mane

mane, calidè ℞. roſarum rubearum mũdatarum, ℥ iiij. ponãtur in vaſe vitreato mũdo: & proiice ſuper eas aquæ polypodii calidę ℥. x: ſtringatur bene orificiũ vaſis, ſeu vitri, & dimittatur ſic in infuſione per diẽ naturalem. Deinde extrahãtur, & exprimãtur validè, colentur, & proiiciãtur ſuper eam ſacchari ℥. x. Rurſus decoquatur lento igne, donec inſpiſſetur, tunc iterũ cola, & ſeruetur in vitreato vaſe mundiſſimo Infantis bimuli hectici, & cachexici cura experta: Potus ſit, lac amygdalinum, vel caprinum bene ſaccharatum. Secundò, bibat ſequentẽ potum: Recip. aquarũ boraginis, bugloſſæ, ana q j. in quo terantur ſemina melonũ, cucurbitarũ, citruli, cucumeris, ana ʒ. j vel ij. fiat lac. Tertiò manè, & ſerò ſumat quantitatẽ caſtaneæ paruæ, de iſto lictu, vel electuario: Reci. diatragacãthi frigidi Nicolai, diarhodonis abbatis, diatriaſandali, ana ʒ. j. Iohoch de pino ℥ ß. cum ſyrupo bugloſſato, & boraginato, fiat miſtura.

Quartò, poſt balneũ vngatur oleo amygdalino dulci. Bimuli infantis cachexici, & hectici cura parentis mei, in puero quodam.

Primò vngatur venter vnguento de adipibus, in diſpenſario deſcripto; manè, & ſerò. Secundò vtatur iſto iulepo lenitiuo: Recipe iulepi violacei, iniubini, ana ℥. ij. aquarum maluæ, betonicæ, ſcabioſæ, ana vncias

 ij. vel

ii. vel iii. diſſoluatur in eo, diaprunis ſimplicis, electuarii lenitiui, de ſebeſten ſimplicis, diacatholiconis, caſiæ fiſtulæ cum mãna, ana ℥ j Miſce, fiat potus, de quo mane & ſero, cochlearia duo vel tria vel quatuor bibat.

Impetiginis medelæ.

Cap. XXIII.

Cura experta.

FIat alipena ex oleo lateritio, & puluere ſulphuris, optimè ſimul commiſtis, & vtere. Eſt ſæpius expertum remedium. Sanat enim intra trinoctium.

Alia cura impetiginis.

Primò fiat raſura loci. Dein lauetur locus, cum ſucco arantiarum. Poſtremò applicetur illud enchriſton. Recipe nitri ℥ ii. ſulphuris apyros, ideſt, vini ℥ iiii Adiectáque reſina copioſa, fiat ad modum enchriſti.

Aliud ad idem.

Recipe ſulphuris nigri ℥. iii. Teratur & cum rhodelæo, id eſt, oleo roſaceo, quantum ſatis eſt, fiat ad modum linimenti.

Iliacæ, (Vulgo darmigcht) remedia.

Cap XXIIII.

Contra iliacam vnguentum.

REcipe oleorum anethini, chamæmelini ana vnc vj olei rutacei, ſtyracis liquidæ, ana vnc. iii. pulueris cymini vn. ii Bul

liant

liant omnia vna bullitione. Deinde coletur, & vſui reſeruetur: & quando oportuerit, vngatur locus doloroſus, & eſt expertum. Marrubium album tritum & in oliuo coctum, & appoſitũ, mirabiliter iliacum dolorem ſedat.

Ad idem valet fomentatio parietariæ.

Aqua deſtillationis morſus gallinæ potui data, & herba in oleo linino frixa, & ventri applicata eidem affectioni ſummè medetur.

Inflationis, & extuberantiæ ventris, & aliorum membrorum remedia. Cap. XXV.

QVacunq; parte corporis tumor oritur, ſummitates ſambuci, vel ebuli, in vino albo lixentur & in ipſis calidis puer inuoluatur, & detumeſcet locus. Turgidis etiã confert fomentatio facta cum origano, chamomilla, & ſolatro, ſemel, aut bis in die facta. At ſi ſolus venter, pedes, aut brachia extuberant, diaphoreticum emplaſtrum aliquod turgenti particulæ applicetur. Valet in hoc caſu oleum, in quo ruta fuerat elixa, aut cyminum, aut apii ſemen.

Pro puero trimo ventrem tumidum habente, cura per parentem meum experta.

Recipe diacatholiconis, caſiæ fiſtularis

cum manna, electuarii lenitiui, electuarii de granis ebuli, ana ʒ.ij.ß. cum ſyrupo violarũ q.ß. fiat miſtura. Doſis drachmæ duæ vel tres pro vice, de nocte, vel in nocte, cum ſaccharo conſperſæ. *Vnguentum.*

Vngatur etiam venter oleo chamæmelino, vel liliorum alborum. *Potus.*

Necnon bibat lac amygdalinum, vel canabinum.

Cura parentis expertiſsima, in puero, qui habuit maximè tumefactum ventrem, & ſtomachum.

Recipe electuarii de granis ebuli ℥.ß.b.p. cum puluere tabularum laxatiuarum ʒ.j. cũ aqua fructuum Meſuei q.ß. fiat miſtio, quæ ſumatur cubitum eundo. Vngatur etiam ſtomachus, cum vnguento Agrippæ, manè, & ſerò: cui parum ſucci ſaluiæ agreſtis ſit adiectum. Item ante ſumptionem miſtionis ſumatur cyathus j. olei lilini vel linini calidi, loco vomitorii. Pro potu vtendum eſt aqua decoctionis granorum iuniperi, ſeminum, & radicum fœniculi, & paſſularũ ana manip. j.

Linguæ vitiorum remedia.

Cap. XXVI.

Ancynoglossa cura.

AGnaſcitur interdum proli filum linguæ conſtringens, ac veluti ſcirpans

ancynogloſſum , quod filum vulgariter vocant, vinculum neruoſum, non ſine ſubduro hulcuſculo, quod niſi in ipſa teneritudine curetur, præpedimentum loquelæ parit. Hoc genus mali Græcè ancynogloſſa, Latinè per periphraſin, fibrarum linguæ colligamẽ, aut obnexio dicitur Eximitur autẽ hæc ipſa inſtrumẽto chirurgico, quod Graii ancylotómon appellant. Melius tamẽ eſt eam ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere: qua ſolutà, exertãda lingula fœtus eſt, & rhodomelli ſuperillinendum. Obſtetrices à nixu ſtatim innatum hoc malum numuli acie diſſecant.

Tumor linguæ.

Illinatur ſucco abſynthii.

Extuberantia lingua.

Fricetur lingua cum ſucco ribes, & acedine citri.

Ardor linguæ.

Fricetur lingua, cum ſucco ribes, & acedine citri.

Aliud ad idem.

Mundificetur lingua cum hydrelœo, id eſt, ex aquæ ſaluiæ partibus ij. & aceti roſacei parte j. confecto.

Linctus ad idem.

Deinde inũgatur lingua cum rob de berberis, & cum modico rodomelitis diluto.

Fricatio.

Laudat Auicenna fricationem cum corticibus perſicorum factam. Hulcerum, & apo-

 ſtema

ſtematum linguæ, præſertim ranulæ, remedia.

Ad abſceſſus linguæ.

Fricetur lingua cum perſicis humidis. Cura abſceſſuum, & hulcerum linguæ, & præſertim ranulæ: éſtq; à parente meo in puella ranuloſa experta, quæ excedebat decem annos. Eſt vnum ex ſecretis, & arcanis parentis mei. Primò ſi ſanguis ſuperabundat, phlebotometur cephalica, vel vena ſub lingua: & fiat ventoſatio ſuper ſcapulas.

Gargariſmus.

Poſtea fiat gargariſmus cum aqua decoctionis balauſtii, capularum glandium, & aceto. Fiat gargariſmus.

Alius gargariſmus ad idem.

Recipe ſalis Armoniaci, piperis, ſinapi, ſtaphiſagriæ, nitri, origani, ſalis nigellę, ſampſuchi, & ficuum in aqua decoctarum ana q. v. Fiat gargariſmus.

Alia cura ex Varignana, ad ranulam.

Ranula eſt nodus ſub lingua natus. Hunc morbum ſanat atramentum, ſi miſtum cum hermodactylis applicetur. In ipſius autem principio, cum ſale Armoniaco & gallis fricetur, quod eſt etiam vtile. Si autem inueterata ſit ranula, vtaris ſequentibus trochiſcis. Recipe vtriuſq; arſenici, rubei, & citrini, cal-

cis

cis, gallarum, aluminis, omnium, ana partes æquales Et ex his puluerizatis, & cum aceto miſtis, fiant parui trochiſci. Cum autem neceſſe eſt, ſumatur ex eis ſcrup. ß. & confricentur cũ eo gingiuæ, & ſic maneat parũ donec purgetur. Deinde oleum roſatum in ore teneatur.

Gargariſmus.

Hyſſopus decoquatur in aceto, & fiat gargariſmus, & aſpergatur puluis floris hyſſopi: & conſumit tumorem linguæ, & vuæ.

Cura apoſtematis, & ranula linguæ, ex Meſueo.

Ordinetur commune regimẽ diętæ. Item ſolutio ventris, ſi expedit. Fiat etiã ventoſatio ſub mẽto, cum ſcarificatione. Pariter ſcalpellatio facta in ſpatio, quod eſt inter fontẽ ſaliuæ, & dentes. Valet in hoc caſu, ad diſſoluendum phlegma, quod eſt aggregatum in lingua, ſequẽs gargariſmus. Recipe origani, pyrethri, zingiberis, piperis nigri, albi, longi, ſalis Armoniaci, ſinapis, cinnamomi, hiſſopi, nigellæ, ſampſuchi, coſti, ana q. v. Confice cum oxymelle ſcillitico, & rob, & gargarizetur diebus continuis cum eo.

Alia in ranula parentis mei cura.

Primò fiat ſcarificatio venularum in gingiuis & parte frumenti exiſtentium. Secũdò vtatur ſequenti gargariſmo conſumptiuo. Recipe piperis, pyrethri, zingiberis, zedoariæ

ariæ,caryophyllorum,ana ℈.j. vuarum paſſarum ʒ j ß.ficuum numero vj. Bulliant ſimul in vino albo, ad conſumptionem medietatis,& calidè gargariſet Tertiò, fiat emplaſtrum ſuper mentum tale: Recipe ſtercoris anſerini,mellis,ana vnc j Coquatur in vino vſque ad conſumptionem vini, fiat emplaſtrum ſuper locum. Quartò,teneatur in ore, ſub lingua,iſte puluis:Recipe oſſis ſepiæ, ſalis gemmæ,piperis,ana ſcru ß.ſpongiæ vſtæ quantum de omnibus,fiat ex his puluis. Corroſiuum domeſticum Stockeranum, pro gingiuis,& aliis hulceribus corroſiuis,& ambulatiuis, necnon pro ranula. Recipe vitellorum ouorum, decoctorum ad duritiem q.v. ſalis tantundē. Deinde ponatur in olla,perlutetur,& ponatur in furnum,& deſiccetur,fiat puluis:& vtere in hulceribus,vbi neceſſe eſt.

Lapidis veſicalis, & renalis remedia. *Cap.* XXVII.

AQua deſtillationis iringi, pitiſſando ſumpta,lapillos tam renales,quàm veſicales conſumit, partibus tamē genitalibus priùs oleo laureo perūctis, & emplaſtro ſubſequenti iiſdem appoſito:Recip.vitella ouorum integrorum, coctorum in aqua, numero ij.vel iij.Conficiantur cum oleo nardino, & muſcelino, & additis foliis enulæ campa

næ,parietariæ,petroſelini,ſaxifragæ, puluere item lapidis Iudaici. Fiat emplaſtrum.

Aliud.

Recipe oleaſtri radices,cyminum,& cepulas,ana q.v. Terito,& in oleo coquito, & pone calidũ ſuper pectinem: vrinã enim cit, & arenam potenter expellit: Aqua ſublimationis lappæ,cum vino ſubtili albo ſumpta,manifeſtè frangit lapidem, tam renalem, quàm veſicalem. Galenus in experimentorũ libris.

Membrorum male habentium remedia. Cap. XXVIII.

Contra extenuationem membrorum.

REcipe herbæ tanaceti manip. ij. vel iij. coquantur in aqua. Lauetur locus ea frequenter,eſt enim mirabile.

Inunctio ſiue linimentum.

Recipe olei amygdalini amari lib.ß.croci bene triti vnc.ß.coque, & line mẽbra extenuata,vt ſcis.

Aliud ad idem.

Recipe ſummitatum iuniperi,radicũ vrticæ,ſaluiæ,florum chamomillę ana M.j Bulliant in butyro recenti. Dein optimè colentur,cum expreſſione forti, fiat emplaſtrum.

Aliud ad idem

Recipe multos vermes terreſtres mundo

tos:pone in phiala, perlutetur paſta panis bene, & ponantur in clybano, ſæpe reſpiciendo quando habeat fiſſuras, quę continuè iterum perlutentur, & quando diſſoluuntur, cum aqua illa fiat vnctio membri tabefacti.

Narium vitiorum medelæ.

Cap XXIX.

Aduerſus fluxum ſanguinis narium.

ARgillam confice cum aqua roſacea, & aceto acri, fiat emplaſtrum.

Aliud.

Cinis ranæ combuſtæ poſitus ſuper ſanguinis locum, omnimodam cruentationem retinet.

Aliud.

Valet etiam in hoc caſu olibanum.

Aliud.

Sumatur cinis cornu cerui, vel bouis, addatur acetum, & emplaſtretur, aut naribus attrahatur.

Aliud.

Idem facit cinis roſarum.

Aliud.

Idem efficit emplaſtrum ex ſecretis Galeni, capite de fluxu ventris.

Aliud.

Succus arnogloſſæ, & pili leporis, ſimul miſti, & emplaſtri modo applicata hæc ſanguinem ſuper omnia ſtringit.

Obſtructio puerorum in naribus, ex mucis pituitoſis induratis.

Nux cyperiſſi teratur cum ficubus, & cum lycinio naribus immittatur, ſanat omes obſtructiones.

Aliud.

Lactuca eſt præſentaneum remedium opilationum factarum in naribus.

Aliud ſimile.

Euaporatio facta cum aceto calido, fortiter aperit.

Euaporatio alia.

Similiter operatur euaporatio decoctionis ſtœchadis.

Licinium expertum.

Fiat lycinium ex butyro & oleo liliorum alborum, Miſce ſimul, fiat lycinium.

Hulcuſculorum oris, quæ vulgus aphthas indigitat, remedia.

Cap. XXX.

INfans, aut puellus oſtocopo, ſeu cancro, os infeſtante laborans, inſperſione ex ceruini cornu ramento, & malicorii puluere confecto, ſanetur. Valet idem inſpergimen in aliis quoque cancroſis eorundem infantium partibus Idem haud incommodè perunguntur butyro. Vix enim cõmodius popanum reperias, quod adæquè proſit oris hulceribus

in eadem ætate, quas aphthas dicunt. Oris item hulceri, quam aphthan Græci nominant, opem fert iris, vel cum melle, vel ſicca etiam adhibita.

Nomæ aphthæ.

Nomas oris, & aphthan, ſanat antherum Æginetanum, quod ſumit cyperi denarios viij. myrrhæ denarios xij. ſandarachæ denarios iij. floris roſarum denarios ij. croci denarium j. crocomagmatis aluminis fiſci, ireos Illyricæ, ſingulorum denarios ij. Eidē affectui præſidio ſunt roſarum folia contuſa, pariter & earundem floſculi. Item crocus, myrrhæ puſillū, cicis, ſiue galla, thus, cortex thuris, vel ſimul vel ſingulatim melle irrigata, & excepta. Præterea mulſum, ſiue melicraton, & apyrenorum cremor.

Peſtis, & intoxicationis remedia. *Cap.* XXXI.

PRophylacticon optimum in præcauenda lue peſtilenti, in forma morſellorum. Recipe diatriaſandalorum ʒ ij. ſpecierum diarhodonis abbatis ʒ ß. trochiſcorum diaſphragidos, id eſt, de terra ſigillata drach. ß. gemmarum, margaritarum, electuarii gemmati ſine ſpeciebus ʒ ij. boli Armeni ʒ ij. ſacchari albi ℥. xij. Miſce, & cum aqua bugloſſę q. ß. fiat confectio ſolida in morſellis drach. iij.

iij pro ſingulo morſello, vel poteſt illa confectio diſſolui in aqua acetoſæ. In præcauenda infantium peſtilenti infectione, pretium operæ fuerit infantulos ter in die odoriferis ſuffitibus, puta trochiſcis, vel vſuletis ſuffumigare. Iiſdem etiam guttulas aliquot aquæ angelicæ, vel enulæ, ſeu pimpinellæ, cum exiguo theriacæ, vel Mithridatis antidoti, vel rectificationis contra peſtem infrà ſcriptæ propinare licebit.

Rectificatio contra peſtem, in forma electuarij.

Recipe theriacæ finæ, Mithridatici boni, ana drach iii. electuarii de ouo drach.ij.boli Armeniaci præparati, terræ ſigillatæ, radicum dictami, ana ſcrupulum j ſpecierum cordialium ſcrupul ij cum ſyrupo betonicæ. Fiat miſtura, optimè ſimul incorporata. Nutrix in dies manè, & veſperè, ſumat exigium ſubſcripti pulueris, ſuper pane toſto, cum ſyrupo acetoſitatis citri irrigato.

Tragea contra peſtem.

Recipe ſpecierum electuarii liberantis ℥. j tormentillæ dictami, ana drach. iii. pampinellæ drach. ij. ß. deronici, cinnamomi, ſeminis citri, zedoariæ, ana drach. ij. ſacchari ad pondus omnium, Fiat tragea.

Pectoris, pulmonis præcordiorum, thoracis, & omnium viſcerum malè habentium medela.

Cap. XXXII.

CVra multoties à parente meo experta, in quadrinis pueris, difficultate ſpiritus laborantibus. Recipe conſeruæ, nymphææ, roſarum, ana vnc ß b.p. manus Chriſti, trochiſcorum de camphora, diarhodonis, ana ʒ j. electuarii de gemmis frigidi ℈. iiii. cum iulepo roſarum, fiat miſtura. Doſis eius auellanæ quantitas, ſæpius in die adminiſtrata

Pro pectore vnguentum.

Vngatur pectus vnguento pectorali communi.

Miſtura pro pectore, thorace, & viſceribus.

Recipe decoctionis pectoralis communis vnc. j. in qua diſſolue caſiæ fiſtulatæ cũ manna drach j. Detur in aurora: ſi nihil duxerit, reiteretur, dando duplum pondus. Vtendum pro potu, lacte canabino. Pectoris ſtricturæ medetur lac magiſtrale multimorbum ordinatum pro pueris trimulis, & quadrimulis, cuius deſcriptionẽ reperies ſuprà, capite xviii. de febribus puerorum. Æquè prodeſt vnguentum mollitiuum ſequens: Recipe adipis gallinæ, anſeris, adipis ana-

tis,butyri recentis, ana drach. iiii. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana ℥. iii. medullæ vitulinæ ℥. ij. cum competenti pondere ceræ Fiat ad modũ vnguenti, quo pectus, latera, & venter manè, & ſerò perungantur.

Cura experta, pro puero quodam quadrimo, ſtrictura pectoris laborante.

Recipe mannæ electæ ℈. ij diacatholiconis ℥. ß. floris caſſiæ ℥. j Miſce cum ſyrupo de liquiritia, fit miſtura. Detur lambendum ſæpius præſertim noctu, & in ieiunio.

Cura alia experta à parente meo in peripneumonicis bimulis.

Primò vngatur venter vnguento de adipibus, in Diſpenſario deſcripto, manè, & ſerò. Secundò vtatur ſequenti iulepo lenitiuo: Recipe iulepi violacei, iuiubini, ana vnc iij ß. aquarum maluæ, betonicæ ſcabioſæ, ana vnc. ij. vel iii. Diſſoluatur in eo, diaprunis ſimplicis, electuarii lenitiui, diaſebeſten ſimplicis, diacatholiconis, caſiæ fiſtulatæ cum manna ana drach. j Miſce, fiat potus, de quo manè, & ſerò, cochlearia duo vel tria vel quatuor bibat.

Pectoris à pituita repleti cura.

Recipe mannæ electæ drach. j b. p. ſacchari candi, ſucci liquiritię, ana ℈. ß. diapenidii, trochiſcorum pectoralium ℈. j. infundantur

in aquis cardui benedicti, prunellæ, ſcabioſæ, ana q ß. Stent infuſa per diem naturalem: Poſteà colentur, de quo detur manè, & ſerò, cochleare vnum vel plus. Et interdum potionetur aqua fontana, cui guttæ aliquot iſtius apobregmatis, ſeu diluti immiſti ſint. Prcederunt & ficus aſſatæ, & nonnunquam comeſtæ.

Contra pectoris plenitudinem.

Recipe prunorum, tamarindorum, paſſularum, violarum, liquiritiæ, ficuum, ana parum. Bulliant omnia in ß. q. aquæ, ſecundum artem. Coletur, in colatura cuius ſint vnc. iiii. b. p. Diſſoluatur manna, dum adhuc calida eſt, & iterum coletur Pòſt liquentur in ea non colanda, ſyrupi boraginati vnc. ß. mannæ electæ drac. caſiæ fiſtulatæ cum manna, diacatholiconis, electuarii lenitiui, ana ʒ. j. ſcrup. j. Miſce, fiat hauſtulus, capiat circa mediam noctem: diuidatur in duos hauſtus.

Pectoris obtuſitati medetur ſequens potus.

Recipe ficuum pinguium num. xv. iuiubarum num. xxx. radicum fœniculi ʒ iij. ſucci liquiritiæ ʒ j. ſacchari cãdi ℈. iiii b. p. Bulliãt in mulſo bono, ad conſumptionẽ vnius partis, coletur: colaturæ recipe totum. Et adde tantundem aquæ polypodii. Bibat manè & ſerò, hauſtulum j. calide: interdiu verò cum

cum aqua fontana lymphatum Edendi etiã trochiſci pectorales. Omnibus viſceribus malè habentibus, vtpote pectoris, pulmonis, præcodiorum, & thoracis morbis confert potus ſequens: Recipe ficuũ pinguium numero xij. iuiubarum numero xx. Decoquantur inciſa in aqua boraginis, bugloſſæ, ana q. ß. in colatura diſſoluantur mannæ electæ drach. ij. b. p. caſiæ pinguis, & bonæ, drach. tres, electuarii lenitiui drach. j. ß b.p. Et fiat potus, doſis cochlear vnum de manè, & ſuper ieiunet duas vel tres horas. Et detur etiam cochlear vnum de nocte. Et aqua potus illius fit decoctio pectoralis infrà ſcripta, cum aqua fontana diluta. Recipe tamarindorum, ficuum, dactylorum, ſebeſten, paſſularum, hordei, liquiritiæ, ana drach j. vel ij. Bulliant in aqua q ß. ſecundum artem. Deinde colentur, & in colatura diſſoluatur oxymelitis ſimplicis Meſuei tantum, vt fiat admodum iulepi miſti, de quo cum aqua fontana bibat parum pro vice. Vtatur manè, & ſerò vno ſuppoſitorio communi, ſi ſua ſponte aluus non fuerit cita.

Mel paſſulatum ad hepar. & pectus.

Recipe paſſularum mundatarum à ſordibus vnc. iii vel iiii. aquæ communis ℔ j. Coquantur ſimul vſq; ad conſumptionẽ quæ. Deinde fiat fortis expreſſio: Cui addatur

mellis deſpumati duplum ponderis. Deinde iterum coquantur ſimul vſque ad neceſſitatem, & vſui reſerua,

Electuarium pro phthiſicis pueris & infantibus.

Recipe caudarum cancrorum fluuialium, præparatarum ſecundum artem ℔ ß. ſeminis endiuiæ, acetoſæ, ſcariolæ, lactucæ, ana drach. j ß. nucleorum pineorum mundatorum vnc ij. ſacchari optimi ℥.iiij. mellis violacei, vel iulepi violacei q. ſ. Fiat electuariũ arte. Doſis infantulo erui quantitas, in lacte nutricis diſſoluta, puero drach. j. per ſe.

Plethoriæ remedia.

Cap. XXXIII.

CONtra plethoriam cura, quæ competeret octennali, nouennali, & decennali: Recipe marrubii manip. j. hyſſopi manipul. ß. meliſſæ tantundem, caricarum num. vii. liquiritiæ raſæ ʒ. ij. vuarum paſſarum ℥ j. tragacanthi ʒ j. penidiarũ, cãdi, ana ʒ. iii. omnibus inciſis & cõtuſis, bulliãt ſimul in mulſo bono q. ß. ad conſumptionem tertiæ partis, colatũ dulcoretur cũ ſyrupo iuiubino, quod ſatis eſt, & fiat potus tepidè ſumẽdus, manè, & ſerò. Doſis eius puero ℥. j. pro vice, adultioribus ℥. iiii. Interdiu lymphetur iſte potus cum aqua fontana pura, & bibatur in modũ zulapii miſti. Edat manè, & ſerò ficus aſſatas.

tas. Si ſedem naturalem non habuerit quotidie, imponatur ei ſuppoſitorium de nocte. Pletoricis etiam multùm confert lac magiſtrale multimorbum cap. xviij. de febribus, deſcriptũ. Idq́; lac trimulis exhiberi poteſt.

Vnguentũ mollitiuũ, in plethoria expertiſsimũ.

Recipe adipis gallinę, anſeris, anatis, butyri recentis, ana ſcrup. iiij. olei chamęmelini, lilini, amygdalini, ana ℥. iij. medullæ vitulinæ drach. ij. cum competenti pondere ceræ, fiat admodum vnguenti, quo pectus, latera, & venter, manè, & ſerò perungatur. Si plura de hac materia deſideras remedia, conſule caput de tuſſi ſequens, & ſatisfiet.

Ad pyricauta ſeu ambuſta, medelæ. *Cap.* XXXIIII.

INfantulis, & pueris quocunque modo per incuriam nutricum combuſtis, prodeſt ſequens vnguentum. Recipe rhodini, aceti, ana vnc. ß. boli Armeni ℥. j. Miſce cum aqua ſolatri, vel ſemperuiui. Fiat vnguentum.

Emplaſtrum ad idem.

Combuſtioni peculiariter prodeſt ſuccus lactucæ agreſtis cum lacte pingui ſuperpoſitus. Vnguentum doloris mitigatiuum, præſertim in principio cõbuſtionis ignis: Recipe olei roſacei vnc. ij. vitellorum ouorum nu. vj. agitentur ſimul in modum emplaſtri.

Si vis magis anodinum, adde croci gra. vj. Et fiat vnguentum arte. Calx viua oleo roſaceo extincta, deinde admiſto cremore lactis ad formam emplaſtri redacta, illinatur.

Rheumatiſmi, ſeu fluxionis remedia.
Cap. XXXV.

PVeris, & infantibus rheumatiſmo vexatis, prodeſt olfactatio ſequentis pomi: Recipe ladani puriſſimi vnc. j. nigellæ ℥. j. ß. ambræ, moſchi, ana gra. iij. Fiat pomum arte. Poteſt etiam fieri ſuffumigatio de reliquiis illius pomi. Satius tamẽ mihi videtur vti prædicto pomo ad odorandum, quàm ad ſuffumigandum. Puſiones cataſmagino, ſiue deſtillatione (quam aliàs coryzan vocant) infeſtatos, melleorum eclegmatum frequentiore linctu curabimus. Equidem anno ſuperiori patẽs meꝰ plus duodeuiginti puellos phlegmatodes ſolo thuris, maſtiches, ſandarachæ, ſtyracíſq; ſuffitu ſoſpitauit. Complures item eodem malo vexatos, odoramẽto ex ſtillatitii liquoris roſarum, & admiſtione camphoræ compoſito liberauit.

Raucedinis medelæ.
Cap. XXXVI.

SYrupus iuiubinus, cum aqua tuſſilaginis lymphatus, eliquatis in eo granis aliquot

ſucci

ſucci liquiritię, poſtea colat⁹, & ſtillatim infantibus irrorat⁹ optimũ eſt pro pueris & arteriace Eorũdem quoq, raucedini medetur hæc potio, cũ aqua ſcabioſæ, modicè diluta: Recipe liquiritiæ mũdatę, raſæ, vuarum paſſularũ, ana ℥. ß ficuũ paruarum nu. vj. foliorum fœniculi ʒ. vj foliorum menthæ ʒ. ij. hordei mũdi manip. j. Bulliant ſimul in aqua vſq; ad cõſumptionẽ tertiæ partis, & fiat potus. Pro pueris verò valet ſubſequẽs lohoch. vel eclegma: Recipe tragacanthi electi ʒ ß. infundatur in aqua roſacea. Deinde recipe ſacchari penidiati vnc. ß. amydi ʒ. j. mellis roſacei colati ʒ. ß. Miſce in forma lohoch. Aliquãdo adde parum de ſaccharo condito.

Aliud.

Recipe ſaccharum conditum. Diſſolue in flore lactis, addito exiguo mucilaginis ſeminum cydoniorum, & lambat modicum.

Ramicis medela.

Cap. XXXVII.

Emplaſtrum paternum ad ramicem.

Recipe vtriuſque conſolidæ, lanceolæ, plantaginis, corrigiolæ, teſtę bouis, vel caudæ equinæ, ſanguinarię, pentaphyllonis, ana ℔ ß. pulueris gallarum Arabicarum, boli Armeni, ſanguinis draconis, cubebarum, glãdium, corticum medianorum caſtaneæ,

virgæ paſtoris, lenticulæ, maſtiches, myrti, mumiæ, ana drac. v. ſepi hircini, olei roſarũ, ana ℔ j. Miſceantur, & fiat vnguentum, ad lentum ignem, agitando cum ſpatula, & parum ſtet ſupra ignem, ſed cùm depoſitum fuerit ab igne, ſemper cum ſpatula agitetur, donec ſit bene incorporatum. Vnguentum contra ramicem craſſam puerorum: Recipe vnguenti de ſucco enulæ vnc. iij. de helleboro albo vnc. ß. pinguedinis porcinæ drach x. Incorporentur ſimul, & fiat vnguentum longa contritione, & liniantur ex eo inguina, & tota burſa. Valet herniæ aquoſæ bernoſæ, & inteſt inali.

Stomachi dyſcraſiæ medelæ.

Cap. XXXVIII.

STomachum frigidum calefacit, adſtringit, & indigeſtionem prohibet potus ſub ſequens: Recipe acetoſæ manip. j. Bulliat in aquæ endiuiæ q. ß. cum quatuor ſeminibus frigidis, & inde potetur, edat etiam diacydoniten aliquando pro confortatione.

Vnguentum ad idem.

Vngatur ſtomachus cum ſuccho menthę, & oleo ſpicæ, calidè, manè, & ſerò.

Puluis contra faſtidium, vomitum, nauſeam, et reiectionem ventriculi expertus.

Recipe rutæ ſiccæ partem vnam, olibani partem

partem tertiam. Miſceantur, & detur ex eo, ſecundum quod neceſſitas poſtulat. Quandoque miſcetur puluis iſte cum ſyrupo roſarum, quandoque cum aqua, quandoque cum vino.

Ad idem.

Idem poteſt à proprietate odor corticum citri.

Aliud.

Nauſeam item puerorum abſcindit ſyrupus de mentha. Faſtidium ſtomachi tollunt ſequentia, rob granatorum, oxymeli, & ſyrupus acetoſæ. Debilitati, & ructibus ſtomachi confert ſequens potus: Syrupus meliſſæ, ab Auicenna deſcriptus, in libello de viribus cordis: doſis reſpectu ætatis.

Ad idem.

Iiſdem affectibus medetur zulapium meliſſæ.

Sitim reſtinguentia.

Cap. XXXIX.

Sitim reſtinguit ſequens potus.

RECIPE acetoſæ M. j. Bulliat in aqua endiuiæ q. ß. Cum quatuor ſeminibus frigidis, & inde potetur.

Ad idem.

Aqua ſylueſtris endiuiæ, potui data, ſitim reprimit.

Ad

Ad idem

Item rob de ribes,cum aqua acetoſæ dilutum,ſimiliter valet. Ardorem præterea ſtomachi,& vehementiam ſitis, compeſcit potus aquæ portulacæ, cum ſucco punicorum malorum miſtus.

Singultum auferentia.

Cap. XI.

Flat decoctio florum,anethi, cymini,ſerpylli, ſiſymbrii, ſeminis rutæ, pulegii, omnium generum menthæ, abſynthii, ana parũ,& per modum cataplaſmatis ſtomacho ſuperponatur,& breui ceſſabit ſingultus.

Aliud ad idem.

Idem facit apium aquaticum tritum cum mica panis, & cataplaſmatum. Maſtix, cum albumine oui, & aceto cõfecta, poſita ſupra furculam,vel orificium ſtomachi,idem maximè corroborat, & vomitum retinet, necnon ſingultum amouet. Dolor ſtomachi, ſi fuerit de frigida intemperie, cyperus teratur,& in oleo bullitus,ſuperemplaſtretur.

Ad omnia ſtomachi vitia præcipuè confert ſequẽs emplaſtrum:Recipe olibani, ſucci menthæ,& parum aceti Bulliant ſimul,& emplaſtrentur in furcella pectoris.

Aliud ad idem.

Recipe maſtiches,cymini,baccharum lauri

ri,ana ℥.j. Tere cum ſucco rutæ, & confectũ, cum ſtupa, ſuperimpone ſtomacho, & miraberis effectum.

Sternutationem ſiſtentia,
Cap. XLI.

STernutatio ſi nimia fuerit, adſerit Meſues, olea frigida naribus attrahantur aut capiti infundantur, aut naribus immitantur, ſicut eſt oleum roſarum, oleum miſtum de ſalicibus, oleum de cucurbita, & ſimilia ſternutationem nimiam tollunt.

Aliud remedium.

Et dixit Iſahacus, quòd ſuccus baſilici ſternutationem à proprietate ſedat.

Spaſmatis, tetaniq́ue remedia.
Cap. XLII.

Ad ſpaſmum, & tetanum.

COnuulſionibus, & tetano puerorũ herba, quã heliotropium Græci, ſolarẽ Latini dicunt, aqua elixa ſubuenit efficaciter, ſi puerulus eodẽ decocto quoties neruorum diſtẽtio ingruit, inundetur, eóq; magis, ſi poſt lauationẽ, irino oleo, aut cyprino: aut ſicyonio delibutus, tantus, quantus eſt, incaluerit.

Remedia ſpaſmi, & tetani, per me pluries experta.

Illinitio facta cum pinguedine ceruina, vrſina,

vrſina, vulpina, felina, vel ærulina, ſpaſmaticos nõ puellos ſolùm, ſed & reliquarum deinceps ætatum homines maximoperè iuuat. Inter omnia enchriſta, hoc eſt, medicamenta liquida, quæ illinuntur, nullum deprehendi magis efficax in curãdo ſpaſmo, gangilióq;, (quod nerui alicuius contortio verti poteſt) quàm vnguentum diacõmeos meum, quod conſtat ex olei muſcelini ſemuncia, butyri ʒ.ij. terebinthinæ, ceræ, ana ℥.ß. maſtiches, ſtyracis, myrrhæ, ana ʒ.iii. Conficiantur ſimul, & fiat vnguentum technicè.

Serpiginis medela. Cap. XLIII.

Cura ſerpiginis.

Fiat alipena ex oleo lateritio, & puluere ſulphuris, optimé condenſatis, & vtere. Eſt expertiſſimum remedium. Hac enim inunctione, puer omnino impetiginoſus eſt à me curatus.

Serpiginis (quam Græci herpeta vocant) cura.

Primò fiat raſura loci ſerpiginoſi. Dein lauetur locus ſucco arantiarum. Poſteà applicetur iſtud enchriſton: Recipe nitri ʒ. ij. ſulphuris viui ʒ. iiii. Adiectá que reſina copioſa fiat ad modum enchriſti.

Aliud ad eundem effectum.

℞ ſulphuris nigri ʒ. iii. Teratur, & cum

rhod

rhodelæo, quod ſatis eſt, fiat ad modum linimenti.

Splenis affectionum remedia.

Cap. XLIIII.

SPlenis dolorem, tumorem, & oppilationem, ſedat ſequens inunctio: Recipe foliorum ſcolopendriæ, foliorum tamariſci, corticum radicum capparorum, ana q. v. Decoquantur cum oxelæo: & fiat inunctio.

Scabiei cura.

Cap. XLV.

VNguentum contra ſcabiem, ſerpiginẽ, vitiligines, ſyrones, & omne genus puſtularum, quę infantibus & pueris cõtingere poſſunt, expertiſſimum, quo poſt lauacrum ad locum calidum ſemper perungantur: Recipe ſucci lapatii acuti ℔. ß olei nucei quartam vnã, picis ℥. ß. bulliãt ſimul, & colentur, & colaturæ addãtur ſulphuris puluerati, tartari, ana ℥. ß. Miſce, & fiat vnguentum arte.

Ad pruritum.

Lotio facta ex ſucco ebulorum, Gulielmo Varignano teſte, tollit ſcabiem, & pruritum. Ad idẽ valet, ſi patiens inungatur ad ignem, donec ſudet, cum oleo, ſale, & modico aceti. Oleum item de ſchenuãtho inunctum omnẽ pruriginem aufert. Eiuſdẽ æquiualentiæ

eſt

eſt oleum coſtinum, & beheninũ: quæ etiam aſpredinem corporis mirificè purgant.

Tumores ſedantia pharmaca.
Cap. XLVI.

Ad extuberantiam colis, & teſticulorum.

RЕcipe olei de vermibus q.v. illinatur loco dolenti, eſt expertum.

Ad genitalium pruritum.

Lauentur colei pruriginoſi, cum aqua decoctionis foliorum & ſtipitum ſaluiæ.

Contra apoſtemata, & duritiem teſticulorum, colis, tibiarum, & aliorum membrorum.

Recipe fabarum ʒ.x. cumini, coriandri, farinæ cicerum, ana ʒ.iij. Incorporetur cum melle q ß & fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum ad tumefactionem teſticulorum.

Recipe corticum granatorum ℥.j. ß. farinæ fabarum ℥ ß olei roſarum q.ß. Fiat emplaſtrum in modum pultis, adde de amurca aceti ℥ ß. croci ʒ. ß. Decoquantur in aqua ſolatri, plantaginis.

Emplaſtrum conueniens in apoſtemate teſticulorum cum duritie, habente etiam malam complexionem calidam.

Recipe foliorũ maluæ, & parum de roſis. Coquantur in aqua, & exprimantur, atq; te-

rant

rantur,& cũ illa aqua,vel decoctione,vnà cũ oleo roſarum,& farina fabarũ,conficiãtur in modum pultis & coquatur ad ſpiſſitudinem, & tepidè apponatur. Et ſi remaneret durities,tunc ex radice euiſci fiat cataplaſma.

Alia emplaſtratio ad idem.

Coquantur fabæ in vrina pueri, pòſt emplaſtretur locus cum eis.

Saccellatio teſtium inflatorum.

℞.farinę fabarũ,cumini,ana ℥.iij.chamomillæ ℥.j.ß.fœnigræci,ſeminis lini, ana ℥.j.ß.farinæ hordei ℥ ij.olei rutacei, chamæmelini,ana ℥.j.aceti parum,fiat emplaſtrum.

Sacculus.

Recipe rutæ,chamomillæ,fabarum,fœni græci.Bulliant in poſcha.(ideſt,vino & aqua pariter dilutis)ponantur ad ſacculum,qui loco ſuperponatur

Inunctio.

Fiat priùs inunctio cum oleo chamæmelino,flore lactis, & butyro recenti. Miſceantur ſimul, & inungatur calide.

Emplaſtrum ad idem.

Fiat emplaſtrum ex floribus chamomillæ,furfuribus,roſis,parietaria,violis,carthamo, ana M.j. Decoquantur in oleo linino, vel in oxelæo, & fiat emplaſtrum.

Ad idem, ſi ſit durities.

Fomentatiò cum malua eſt expertiſſima.

Aliud contra tumorem teſticulorum.

Recipe farinæ molendini ℥.iij.farinæ fœnigræci ℥.j.farinæ fabarum ʒ vj.vitella ouorum num. iij. incorporentur cum oleo roſarum, vel aliquo alio conuenienti, & applica loco calidè.

Puluis.

Recipe piſas albas,& torrefiant ſuper batibulo,ſeu infurnibulo, vel pala, donec bene nigreſcant,deinde mittantur in pilam, & fiat puluis, quem inſperge.

D*amiani cura.*

Perſicaria in vino decocta,& adiectis vitellis ouorum, per modum emplaſtri calidè applicetur. *Aliud.*

Recipe parietariæ viridis M.iij.in vino coquatur,& applicetur calidè. Si tumor, & inflatio adſint, valet media cortex ſambuci, in vino cocta Doſis cochlear vnum.

E*mplaſtrum ad extuberantiam virgæ.*

Recipe aquæ maluauiſci,& maluæ,cũ farina hordei ſubtiliſſima confice. Coque in modum pultis,& ſuperpone.

Tenaſmi cura.

Cap. XLVII.

CОntigit aliquãdo pueris tenaſmus, qui eſt continuus appetitus, & conatus ad

egerendum, cum pauco, aut nullo exitu fæcum: quo qui laborat in tantū angitur, quòd ſæpe anus procedat; ſentiatúrque ibi intolerabilis pinctura.

Cura huius morbi,
eſt talis.

Bibat patiens extillatitium liquorem verbaſci. Item ſedeat in decocto eiuſdem herbę, & frequenter tergat anum cum illa. Fiat etiam fomentum ani, cum elixatura illius. Item ruta bullita teratur, & ſuper locum emplaſtretur, ſaluberrimè ſanat. Vrgente verò maxima neceſſitate, imponatur ano hæc glandula. Recipe olibani, & ameos, ana ʒ.j: opii ℈.j. aliàs ʒ. ß. croci ʒ.ij. aliàs ʒ.x. Cōfice cum melle, & fac ſuppoſitoria. Quòd ſi propter vehementem dolorem, & niſum excernendi anus exierit, vel prociderit, digito inteſtinum retrudatur, priùs ramento cornu ceruini combuſti reſperſo. Fumigatio facta de terebinthina, poſita ſuper carbones ſanat tenaſmonem.

Alia ſuffumigatio.

Cyminum, aniſum, anethum, & colophonia, ana parum. Ponantur ſuper prunas, & cùm aſſellat puer, fumus per poſteriora recipiatur. Ad idem valet ſolum anethum, ſi torreatur, & ſaccelletur. Ad idem quoque valet fumigatio, facta cum ſarcocolla.

Tuſſis remedia.
Cap. XLVIII.

SIcubi tuſſis infantem impetit, mellitiſſimis vtendum eſt. Quod ſi minus iuuerit, eclegma fiat ex ſaccharo penidiato, & ſyrupo iuiubino, de quo parum lambendum detur manè, & nocte. nam tuſſediņẽ momento ſedat. Propinare ſolẽt aliqui puerulis obtuſcientibus, vel lac, vel ſtillatitium liquorẽ in quo ſacchar candem vulgò vocitãt, ſit eliquatum. Quod ſi exiguũ ſucci glycyrrhizæ acceſſerit, continuatæ quoq; tuſſi medetur.

Cura in nobili quodam puellulo tuſsiente vltra modum, experta à me.

Recipe aquæ fœniculi q.v. Imponatur fruſtum mellis harundinei: ideſt, ſacchari candi.

Alia cura competens octennalibus, nouennalibus, & decennalibus tuſsientibus.

Recipe marrubii M. j. hyſſopi, meliſſæ, ana M. ß. caricarum nu. vij. liquiritiæ raſæ ʒ. ÿ. vuarum paſſarum ℥. j. tragacanthi ʒ j. penidiarum, cãdi, ana. ʒ. iij. omnibus inciſis, & contuſis, fiat bullitio in mulſo bono q. ß. ad conſumptionem tertiæ partis, colatum dulcoretur cum ſyrupo iuiubino, quod ſatis eſt, & fiat potus, tepidè ſumendus mane & ſero. Doſis eius puero ℥. j. pro vice, adultiorib⁹ ℥.

iiij. Interdiu lymphetur iſte potus cum aqua fontana pura, & bibatur in modũ iulepi miſti. Edat mane & ſero ficus aſſatas. Si ſedem naturalem non habuerit, quotidie imponatur ei ſuppoſitorium. Tuſſi etiam medentur ſequentia medicamenta: Detur ad bibendum lac canabinum, in quo ſaccar conditum deliquatum ſit, vel bibat lac vaccinum, in quo tragacanthum ſit inferuefactum. Vel fiat zulapium ſequens: Recipe aquæ fœniculi, tuſſilaginis, ana q. v. Miſce cum ſyrupo iuiubino. in debita forma. Ad idem valet lohoch contra tuſſim. Tuſſi vt plurimum medetur lac magiſtrale, multimorbum ſequẽs, & poteſt bimulo, vel trimulo exhiberi ſine noxa. Recipe aquarum bugloſſæ, boraginis, acetoſæ, ſcabioſę, ana q j. ß. b. p. cum quatuor ſeminibus frigidis maioribus, & minoribus, videlicet cucurbitæ, cucumeris, citruli, melonum, endiuiæ, ſcariolæ, portulacæ, ana ʒ. j. vel ℈. ij. fiat lac, in quo diſſolue lohoch, ſani & experti ℥. j. conſeruæ violarum, roſarum, ana ʒ. iij. rob granatorum muſorum, rob de ribes, oximellis ſimplicis, ana ℥. ß. Miſce, coletur diligenter, bibat ex eo manè, meridie, & ſerò hauſtulum. Interdiu diluatur hæc potio cum aqua fontana, & bibat ad lubitum. Æquæ prodeſt vnguentum mollitiuum ſequens: Recipe adipis gallinæ, anſeris, anatis,

 buty

butyri recentis, ana ℥ iij. olei chamæmelini, lilini, amygdalini, ana ℥. iij medullæ vitulinæ ℥. ij. cum competenti pondere ceræ; fiat ad modum vngueti, quo pectus, latera, & ven ter manè, & ſerò perungatur. Idem poſſunt trochiſci pectorales, in Diſpenſario deſcripti, doſis pro libitu.

Ad idem.

Recipe herbarum, & radicum fœniculi, ana M j. Decoquantur in mulſo, & tepidè bibatur mane & ſero. Poteſt addi ſucci liquiritiæ drac. j.

Cura contra tuſsim, pro nobili ſexennali puellæ ordinata.

Recipe mannæ electæ ℥. j b p. ſacchari cã di, ſucci liquiritiæ, ana ℈. ß. diapenidii, trochiſcorum pectoralium ℈ j. infundantur in aquis cardui benedicti, prunellæ, ſcabioſæ, ana q. ß. Stent infuſa per diem naturalem, poſt colentur, de quo detur mane & ſero cochlear j. vel plus. Et interdiu potionetur aqua fontana, cui guttæ aliquot iſtius apobregmatis, ſeu diluti immiſtæ ſint.

Ad tuſsim.

℞ prunorum, tamarindorum, paſſularum, violarum, liquiritiæ, ficuum, ana parum. Bulliant omnia in ß. q. aquę, ſecundũ artẽ. Cole-

tur

tur, in colatura cuius ſint vnciæ iij b.p. Diſſoluatur manna dum adhuc calida eſt, & iterum coletur, pòſt liquentur in ea non colanda, ſyrupi boraginati ℥.ß. mannæ electæ ʒ. iij. caſiæ fiſtulatæ cum manna, diacatholiconis, electuarii lenitiui, ana ʒ.j ℈.j. Miſce, fiat hauſtulus, capiat circa mediam noctem: diuidatur in duos hauſtus.

Alius potus contra tuſſim.

Recipe ficuum pinguium nume. xv. iniubarum numero xxx. radicum fœniculi ʒ.iij. ſucci liquiritię ʒ.j. ſacchari candi ℈.iiij b.p. bulliant in multo bono, ad conſumptionem vnius partis. Colaturæ recipe totum, & adde tantundem aquæ polypodii. Bibat mane & ſero hauſtulum j calidè. Interdiu verò cum aqua fontana lymphatum.

Potus alius pro tuſſi.

Recipe lchoch ſani & experti drach. iij. diſſoluatur in aqua fontana q.ß fiat ad modum iulepi, addendo diapenidii drac. ij. Syrupi iuiubini q. ß. pro bono ſapore. Bibat quoties ſitit de ea.

Alius potus contra tuſſim.

Recipe ficuum, pinguium nume. xij iuiubarum numero xx. Decoquantur inciſa in aqua boraginis, bugloſſę, ana q.ß in colatura diſſoluãtur mannæ electæ drac. ij. b.p. caſiæ pinguis, & bonæ, drachmæ iij. electuarii

lenitiui ℥.j.ß.b.p. & fiat potus: doſis cochlear j. de mane, & ſuperieiunet duas vel tres horas. Et detur etiam de nocte cochlear j. Et aqua potus illius ſit, decoctio pectoralis infrà ſcripta, cum aqua fontana diluta.

Potus pectoralis.

Recipe tamarindorum, ficuum, dactylorum, ſebeſten, paſſularum, hordei, liquiritiæ, ana ℥.j. vel ij. Bulliant in aqua q.ß ſecũdum artem. Deinde colentur, & in colatura diſſoluantur oxymellis ſimplicis Meſuei tantùm, vt fiat ad modum zulapii miſti, de quo cum aqua fontana bibat parum pro vice.

Viſus, & oculorum defectuum remedia. Cap. XLIX.

Vnctio.

CLara oui agitata, deſpumata, & in oculo poſita, ardorem, & punctionem oculorum tollunt.

Inunctio.

Vitellum oui coctum cum aqua roſarum vel oleo roſarum confectum, & appoſitum, dolorem ſedat.

Sacculus.

Roſæ poſitæ in ſacculo, & bene bulitæ & appoſitæ oculo, dolorem & tumorem tollũt.

Lotio.

Folia betonicæ, radices fœniculi, elixentur,

tur & illa aqua oculi lauentur, ſiccabuntur lacrymæ.

Aqua.

Aqua, in qua pſylliũ ſteterit vna nocte, appoſita interiùs, vel exteriùs, ſtatim lacrymas, cũ ardore, & pruritu ſtringit, ſiccat, & ſanat.

Inunctio.

Vitellum oui confectum cum aqua roſarum, & farina, & lacte mulieris, mitigando repercutit.

Vnctio.

Omne lac mitigat dolorem oculorum, maximè cum vitello ouorum, & oleo roſato emplaſtratum.

Vnguentum.

Verbena trita cum albumine oui, nocte ſuperligata, oculis effuſionem tollit.

Emplaſtrum.

Item faba decorticata, & cõfecta cũ albumine oui, & emplaſtrata temporibus, humores fluentes ad oculos, retinet, vel maſticata.

Linimentum.

Adipes piſcium fluuialium liquati cũ oleo & melle miſti, oculorum claritati plurimùm conferunt,

Illinitio.

Quibus oculi cæcutiunt, his prodeſt ſuccum coronæ regiæ collo apponere.

Collyrium.

Viſus obſcuritatem emendat collyrium

factum ex aqua violarum purpurearum, & ſtillatim oculis inditum. Haud impotentius contenebrata infantiũ lumina lucidat aqua roſacea irrorata. Omni prӕterea oculari morbo medetur inſtillatio aquӕ conſolidӕ prӕregalis, eſt enim egregium (in pueris prӕſertim) ozydercynon, id eſt, pharmacum ad acuendum vſum. Æqualem in recuperando viſu vim obtinet ophthalmica, vulgariter eufragiӕ nomenclatura decantata.

Collyrium ad dolorem oculorum.

Camphora reſoluatur in aqua roſacea, & bombax intincta, oculis cataplaſmatur, fiat confectio ex croco orientali, & vitello oui, & ſuperponatur ſӕpe oculis.

Ad oculos cruentos.

Item ſi ibi eſſet multum ſanguinis collecti, ad modum vitelli oui, tũc intromitte collyrium factum de rhodoſacchare miſto lacte mulieris Poſſunt addi folia plantaginis pro emplaſtro.

Contra dolorem oculorum.

Si fuerit ӕgritudo valde fortis, tunc diſſoluatur modicum de opio, in aqua roſacea, vel etiam in aqua fontali, & diſtilletur per vices in oculo. Ex hoc enim penitus dolor tollitur, & calor, & repercutitur tumor.

Aliud ad idem.

Dolorem oculi tollit lac muliebre, albori

bus

bus ouotum, adiecto opio temperatum.

Infantium nimiæ vigilantiæ cura. Cap. L.

SI puer inſomniis grauetur, fiant fomentationes herbarum gelu ſpirantium, vt puta, maluæ, ſolani, plantaginis, tam platyphylli, ſeu ſeſſilis, quàm quæ faſtigatis emicat foliis, & myracopum populeon, & rhodelæo, vel violaceo oleo, ſingulis priuatim ſeorſimq́ue ſumptis, vel miſtim coagmentatis cum ſucco mandragoræ, portulacæ, & lactucæ. In omnibus his intingatur pannus, & fronti applicetur. Item miſceatur oleum roſaceum cũ lacte muliebri, quo frons epithemetur. Hoc enim dulcem conciliat ſomnum. Inſomnes puerulos placidè ſopit oxyrhodinum noctu fronti, temporibúſque, pro qualitatis morbi exigentia, adhibitum. Idem his, qui vigorem tranſilierunt, hoc eſt, adoleuerunt iam, adiectis papaueris lacrymę granis aliquot, intempeſtatiuas agentes vigilias, ſomnum dulciter inducit. Haud minus prodeſt excubantibus nimiùm pueris emplaſtrum factum ex ſemine papaueris albi, lacte muliebris, & albumine oui, circa tempora applicetur. Et quidam præbent pueris pulueres meconis, cum lacte, vt eo tranquilliùs dormiant.

Vomi

Vomitum prolicientia & coercentia Cap. LI.

AD compeſcendam infantium reiectionem, parare ſolitus ſum emplaſtrũ de medulla panis triticei, aſſati, ſed in aceto priùs intincti, & vitellis ouorum aſſatorum, maſtiches, thuris, gummi Arabici, & diſtemperentur omnia cũ ſucco menthæ, & exiguo aceto, quod emplaſtrum ponatur ſuper os ſtomachi, & cruſta panis aſſi naribus admoueatur. Conſueui quoque pueris ordinare epithema ſtomachicum, quod mirifice facit in reſtringendo vomitu. Bulliant in aceto roſæ, & cortex quercinus, in quo decocto lana mollis imbibita ponatur ſuper ſtomachum, vel vmbilicum.

Aliud ad idem.

Odor citri, & pomorum redolentium, mirandum in modum vomitum prohibet. Item decoctio menthæ, cum aceto, & albore ouali, prodeſt vomitioni, ex debilitate virtutis retentiuæ prouenienti, ſi ſpongia excepta ventriculo applicetur, idq; in frigida dyſcraſia. In calida cauſa valent flores nymphææ, cum floribus liliorum, in aceto decocti, & emplaſtrati, ſedat etiam dolorem ſtomachi. Valentius eſt emplaſtrũ contextũ ex maſtiche, bolo Armeno, albumine oui, aceto, ſuper orificium

ficium ſtomæchi poſitum. Pro mitigatione doloris ſtomachalis vtor ego ſubſequenti cataplaſmate. Melilotum bulliat in vino, vel oxycrate, cum mentha, & abſynthio, & calidum adhibeatur. Quòd ſi neceſſitas vrgeat puero vomitiones prolicere, tutiſſimum eſt linguam digito priùs irini vnctuli liquamine delibuto molliter cõprimere. Mirũ enim dictu, quantam pituitæ vim ea ratione euomet. Expeditum etiam, & innoxium vomitorium cenſetur, cyprinum oleum, irrigatis in eo digitis, vel pennis, & in gurgulionem, citra tamen læſionem, puerulorum, inſertis.

Eminentiæ vmbilici remedia.

Cap. L I I.

AD eminentiam vmbilici valet emplaſtrum ſcriptum in praxi Petri de Argilla, capite de eminentia vmbilici. Herniæ (de qua ſuprà tractatum eſt) & eminentiæ vmbilici ſpecies, videlicet, Zyrbalis, Inteſtinalis, Ventoſa, Humoralis, Embriſmalis, Sanguinea, propter crepaturam venæ alicuius, vel arteriæ, ibi ſanguinem inuadentis. Cauſæ harum paſſionum, vt plurimum ſunt, Ventoſitates, labor, & clamor magnus, ſeu vociferatio vehemens, inſolita ſpiritus retentio, vt in prægnantibus, itẽ vagitus, ſeu ploratus multus, vt in infantibus, deniq; ſaltatio, luctatio.

Regi

Regimen.

Cauendum à leguminibus,& omnibus rebus inflantibus, ventoſis, acerbis, & acutis, vtendũ in eſu cõſolida vtralibet. Ventris itẽ lenitio fiat ſæpius,vel cum caſia,ſi ætas permittat,aut aliis leuibus medicinis,de quibus in adſtrictæ alui capitulo nonnihil egimus.

Cura.

Faſcietur prominens vmbilicus ligamento ad hoc parato,ſuperpoſito priùs eminenti loco,dropace ſequẽti,videlicet,thus, cum albugine oui,&cum coto,ſeu ſtupa,inuoluatur. Ego his adiicio plerunque, cicidarum, acaciæ,vel pſyllii(quod melius eſt) necnon aluminis, antimonii, carabæ, & pſymmitii parum.

Experimentum paternum.

Parens ſuperioribus annis,puerum quendam triduo curauit, cum arnogloſſa, & lentibus elixis, ſuper locum conſtrictis,præcedente fomento vſneæ, naſcentis in arbuſtis prunellorum, calefactæ in vino rubello.

Aliud.

Mentha teratur cum albumine oui,& vmbilico ſuperponatur cum pecia panni veteris, & comminuatur ,& conficiatur cum vino bono, & emplaſtretur ſuper vmbilicum, cum faſcia ligata ſuper ipſam. Et ſi non iuuatur

tur, impoſſibile eſt, quenquã curari ſine cauterio. Contineantur pueri à flatu, clamore, motu, pandiculatione, reſupinatione, &c.

Aduerſus flatuoſitatem, eminentiam vmbilici quandoque cauſantem.

Ventoſitatem, ſi qua ibi eſt, reſoluunt cuminum, & baccæ lauri. Scrophularia etiam ſola potata, per quatriduum (de pueris loquor quimatũ excedentibus) continuũ, cum obſeruatione reliquorũ, omniũ crepaturam, & internam inflationem deturgeſcere facit.

Verminationis infantium remedia. Cap. LIII.

NOxia ventris animalia necat hoc cataplaſma, vmbilico, ſeu loco dolenti, calidè ſuperpoſitum: Recipe ſucci abſynthii, pulpæ colocynthidis, fellis taurini, ana q. v. Fac emplaſtrum, & ſuperpone vmbilico, vel loco dolenti, quantum calidius pati poterit.

Cura experta in puero quodam quinquennali verminante.

Primò vngatur venter mane & ſero, olei de abſynthio ℥ ij. vel iij Secundò vtendum ſuppoſitoriis ex melle. Tertiò recipiendum parum, & pro ætatis reſpectu, de hac confectione: Recip. ſementinæ probatæ ℈. ij dictami albi, farinę lupinorum, radicis filicis, tormẽtillæ, cornu cerui vſti, ana ſcru. j. ſacchari

q. ſ.

q ß. Diſſolutò ſaccharo in aqua agrimoniæ, vel artemiſiæ, fiat confectio in tabulis. Quartò adhibendum eſt ſequens medicamentum laxatiuum: Recipe caſiæ fiſtularis cum manna vnc. ß. Detur pro duabus vicibus, vel ʒ. j. vel caſtaneæ quantitas, mane & ſerò, & ſuperieiunet horas tres vel quatuor ſumens. Doſis ſumma reſpectu ætatis.

Balanus laridatus contra vermes paruos.

Paretur ſuppoſitorum filatum ex lardo veteri ſalito, aliàs ex carne ſalſa, craſſa, & immittatur podici. Eſt enim id gratum illis (vt Auicenna teſtatur) illicium. Nam per eam ſic ineſcati ſimul extrahuntur. Idque fiat poſt horæ ſpatium, & tam diu iteretur, vſquequò anus mũdificatur. Verminoſis pueris etiam multùm prodeſt ſequens cura: Primò, edat mane zedoariam, & diu etiam in ore contineat, poſt deglutiat, poſt vtatur hoc potu ieiunus: Recipe aquarum rutæ, abſynthii, abrotoni, ana ℥. j. pulueris dictami albi ʒ. j. Miſce, ſumat ieiunus, & quãdiu poteſt ſemper ieiunet, vel bibat aquam decoctionis abrotoni, & dictami, per hebdomadam, ſemper in mane hauſtulum. Decennalibus, & vltra decennium, in lumbricis, & vermibus, poteſt ſequens miſtura præberi: Recipe ſpecierum hieræ ſcrup. iiij. agarici trochiſcati dra. j trochiſco

chiſcorum alhandal, trochiſcorum de rhabarbaro, ana ℈.vj. pulueris ſementinæ probatæ ℈.j. omnibus contuſis optimè cum ſyrupo abſynthij fiat miſtura. Doſis circa mediam noctem auellanæ quantitas. Oportet vt puer ante ſumptionem huius medicinæ, per mediam diem nihil comederit antea, vt lumbrici medicinam eò audiùs arripiant. Et poſt ſumptionē huius medicinæ, ſemper ponatur ſuppoſitorium, ex ſolo melle confectum, abſq; ſale intinctum. Vel fingatur ſuppoſitorium, complanatum ex ſaccaro penidiato, intinctum melle, & imponatur ano.

Vnguentum contra vermes.

Recipe gentianæ, dictami, ana ʒ.j. pulueris ſementinæ probatæ, aloës citrini, ana ʒ j. cui adde butyri lotones nume iiij. Omnibus ſimul piſtatis, fiat vnguentum, de quo ponat ſuper vmbilicum, & expellet vermes. Pro puero natu grandiuſculo, emplaſtrum omphalicon. primò ſuperponatur hoc epithema, quod lumbricos necat, & ſeceſſum prorì tat: Recipe aloës ſuccotrini, dictami, gentianæ, ſementinæ, ſeminis portulacæ, fellis tauri, ana ʒ j ſcammonij ℈.j. Omnia cum butyro incorporentur, & ex hac miſtura impleatur teſta nucis, & applicetur vmbilico, & alligetur. Hoc fiat poſt mediam noctem, vel de mane. Deinde poſt horam, vel quan-

do vnguentum abſorptum fuerit, detur hic potus ſubſcriptus. Apotropeiō, id eſt, amuletum, pro decennalibus verminantibus pueris: Recipe hieræ Galeni ʒ. j. rhabarbarici electiſſimi ℈. j. theriacæ probatæ, vel Mithridatis antidoti ℈ ß. Diſſoluatur in vino albo, forti, fiat potus. Poteſt etiam rhabarbari loco, agaricus poni.

Emplaſtrum contra vermes.

Recipe foliorum perſicorum, vel porrorum, cum aceto, fiat emplaſtrum. Ponatur ſuper ſtomacho, & patiens ſedeat in loco tepido, ſi reperiatur, vel in aqua mellis, ſtatim fugiunt amaritudinem.

Vnctio.

Vngatur vmbilicus cum amygdalis amaris, & oleo nucleorum perſicorum, efficaciter interficit lumbricos.

Alia inunctio.

Ioungatur podex intus, & foris, lacte & melle miſtis, vel intingatur in iis bōbax, & fiat ſuppoſitorium. Et ſtatim deſcendunt lumbrici ad locum dulcedinis. Superponatur fruſtum penidij, & tinctum in melle, & lacte, ſtatim deſcendunt, maximè ſi fuerint data ſuperiùs amara. Si lumbrici lædant os ſtomachi pone fauum mellis in ore ieiuno, ſtatim accedunt mel, & exibunt per os.

Vng

Vnguentum.

Recipe ſucci menthæ, arnogloſſæ, craſſulæ, ſemperuiuæ, foliorum perſici, aceti fortiſſimi, fellis bouini, olei perſicorum, farinæ lupinorum, ſeminis apii, ana q.v. Miſce, fiat vnguentum, vnge vmbilicum in circuitu, & omnes morientur.

Hulcerum remedia. Cap. LIIII.

ERumpunt vt plurimũ in corporibus puerorum & infantium hulcuſcula, ex noxiorum humorum ſubcutaneorum exuberantia, progenita, quorũ talis poteſt eſſe curatio: Si ætas patitur, & virtus conſtat, ordinetur talis lotio laxatiua: Recipe ſeri caprini ℥ v. Infundantur in eo myrobalanorum citrinorum ℥.ß. fumiterræ, epithymi, ana ℥.j. Dimittantur ſic per noctem, poſtea diligenter manibus confricentur, & colentur. De colatura ſumatur pro cuiuſlibet ætatis conuenientia. Fit ad idem non incõuenienis potio, ex abſynthio, fumoterrę, paſſulis enucleatis, myrobalanis citrinis, & huiuſmodi ſanguinem purificantibus. Eadem hulcera, ſi dura ſint, & maturatu difficilia, huiuſmodi lauacro molliantur: ℞. violariæ, maluæ vtriuſq; chamomillæ, brancæ vrſinæ barbæ hircinæ, vngulæ caballinę, extremitatũ rubi, florũ carthami, foliorũ & radicũ lapatii, ana manip.

ß.vel j.Fiat decoctio in aqua fontana,vel fluuiali, pro balneo tinæ. A balneo ſuperponatur hoc emplaſtrum : Recipe rutæ viridis, ſi poteſt haberi, manip. j ídque in hulceribus ſimplicibus. Sed ſi putrefactiones humidæ adſint, ſylueſtris rute tantundem. Miſceantur cum pane, vel farina hordeacea vel frumentacea,& modico melle,fiat emplaſtrum. Quibus apertis, & ſanie fluere deſinẽte,ſorditiéque omni amota, & perpurgata, cum puluiſculo radicis iridis, vel aſphodeli, fiat conſolidatio, vel cum appoſitione cineris papyri combuſti, ſeu chartæ concrematæ cum oxycrato diſtemperata, vel cum vnguẽto aureo Meſuei, vel citrino cõmuni, vel cũ emplaſtro,gratia Dei dicto,vel cum vnguine ſuperiùs in cap. de ſcabie commemorato. Vnguentum paternum curans, & ſanans omnia infantium, puerorum, & adultorum hulcera,Recipe oliui puri veteris ℔.j.lithargyri j quartam vnam,cerę nouę citrinę quartam j ß.boli Armeniaci vnc.iiij. vel v.cõſolidæ maioris tantundem, tragacanthi electi vnc.j ex iis in aceto decoctis,fiat vnguẽtum, vel emplaſtrum artificialiter. Aliud nobile vnguentum, quo etiã peculiariter vtitur parens meus,in omnibus extimis malis : quod non admittit ſaniem, neque dolorem. Recipe ceræ virgineæ vnc.iij.colophoniæ,mu-

miæ

miæ, ana vnc.j.ß.maſtiches, olibani, myrrhæ, ana vnc.j. reſinæ, picis nygræ, ana vnc. ß.coralliorum alborum ʒ.ij. magnetis ʒ.ß. camphoræ pinguedinis aſchiæ, ana vnc.j.ß. Fiat vnguentum arte. Poteſt addi modicum ſtyracis liquidæ, & olei roſacei, ſi lubet.

Variolarum, & morbillorum remedia. Cap. LV.

VAriolæ, ſunt puſtulæ multæ, in toto corpore diſperſæ.

Cauſa.

Cauſa variolarum eſt quandoq; immunditia ſanguinis mēſtrui, quo embryo fuit nutritus, vel quia fœtus fuit cōceptus tempore menſtruorum. Item quandoq; variolæ ſunt phlegmaticæ, quandoq́ue ſanguineæ, quandoq́ue cholericæ. quandoq́; melancholicæ.

Signa.

Signa variolarum ſanguinearum ſunt puſtularum rubedo, & aliquanta latitudo. Sed ſi ſunt variolæ cholericæ, tunc ſunt minoris quantitatis, & acutę, & earum color declinat ad citrinitatem. Si ſunt phlegmaticę, ſunt latæ, & albæ. Si melancholicæ, tunc ſunt aliquantulum nigræ.

Prægnoſticatio.

Secundum Auerrhoim, nullus homo eua-

dit variolas. Item variolæ ſanguineæ magis ſunt ſalubres. Item quantò velociùs erumpunt, & maturantur, tantò citiùs ſanantur. Item quantò rariores, ſeu pauciores, tantò ſecuriores.

Cura,

Fiat purgatio cum leuibus medicinis, vtpote cum caſia fiſtulari, prunis, tamarindis, violis, ſuppoſitoriis etiam non cum fortibus medicinis. Quia vt plurimũ ſequitur iſtum morbum dyſenteria.

Dieta.

Et debet eſſe eorũ dieta frigida, ſicut eſt, hordeatum, auenatum, lac amygdalarum. Lentes coctæ in aquis duabus, quibus proiectis, coquantur in tertia, demũ feſtinandum eſt ad extrahendum variolas. Recipe ficus ſiccas, & farinam lentium mundatarum, ana ʒ.x. croci, tragacanthi, ana ʒ ij Coquantur in quinq; libris cum dimidiata aquæ ſalientis, vſque ad excoctionem vnius libræ: reſiduum coletur, detur ad bibendum ante dormitionem, tam diu, donec omnes eruperint.

Aliud decoctum ad idem.

Recipe ficuum vnc. j. ß. lentium excorticatarum vnc. v. tragacãthi, ſeminis fœniculi, ana vnc. ij. croci drach. j. In aliis codicibus legitur vnc j. ſed perperam, vt arbitror. Bulliant

liant in binis libris aquæ, vſque ad conſumptionem dimidii,& coletur. Propinetur manè, & veſperè hauſtus.

Alia medicina variolas extrahens.

℞.ſucci marathri,apii,ana q.v. Tepefiant illi ſucci ſimul,& intingatur pannus lineus in eis,& inuoluatur totum corpus. Sic enim citò trahetur materia ad exteriora. Æquè cõducit totum corpus inuoluere in aqua decoctionis lentium. Nam hoc pacto permaturè etiam expelluntur variolæ. Sed enim variolæ, ſi quandoq; inuadunt oculos, præſeruandi ſunt frequenti inſtillatione,& embrocha aquæ roſaceæ, & lactis muliebris. Ad idem quoq; valet egregiè collyrium ex ſucco verbenæ, cum albumine oui confectum, & oculis guttatim irroratum. Item ſi manſerit ibi aliqua macula, crebiter immittatur candi puluериſatum. Et ad præſeruandum nares,vnge eas ſubinde cum aceto,vel cũ aqua roſacea. Item ad præſeruandum pulmonem,vtatur ſyrupis,videlicet papauerino, roſaceo,violaceo,nenupharino,oxalydito,puniceo,de fructibus rubi Idęi,& iis ſimilibus. Item facta maturatione, & apertis variolis, fiat curatio hulcuſculorum illorum, cum lithargyro, ceruſſa, & cum carie lignorum. Item ad faciendum cicatrices pulchras, fiat inunctio, cum vnguento ceruſſato. Præca-

uendum denique ſedulo, ne vel infans, vel puer, hiſce puſtulis inclinatus, faciem manu contrectet. Nam quotquot puſtulas fricando ruperit, tot concauitates, & maculæ, vel ruberoſitates ſuboriuntur. Quandoquidem à me ſæpius animaduerſum eſt, infantes, & pueros, antequam variolæ, & morbilli appareant, peſſimis, & ancipitibus ſymptomatibus infeſtari. Libet hîc, quò magis parentes huiuſce affectionis præſagium prædiuinare poſſint, ſigna præcedentia hîc inſerere. Sunt autem ea, dolor capitis in initio, non ſine febricula, rubor, & tumor faciei, turbulentia oculorum, cum lacrymis, grauitas capitis, & totius corporis, tremor manuum, ſternuatio, oſcitantia, ſyncopis, pectoris aſperitas, panicus, & timor in ſomno, raucedo vocis, punctio in thorace, præcordiis, & hypochondriis, non ſecus ac ſi acus ibidem eſſent infixæ. Cùm verò variolæ, ſeu morbilli ſeſe iam exerunt, aër calefaciēdus erit, & infirmus cum pannis calidis, & (ſi fieri poſſet) ſcarlateis, ſiue purpureis, coopertus maneat. Et eorum expulſio iuuetur eiuſmodi apozemate: Recipe ficuum, lentium excorticatarum, paſſularum, dactylorum, ana q. v. Coquantur in aqua, & colentur, & ex ea multoties ſumatur in die. Et ſi febris non plurimùm moleſtat, addatur ex

ſemina

ſemine fœniculi & lactucæ, ana q. v. cũ aliis. Cùm autem omnes egreſſi ſunt, & maturi, tunc exiccentur,& iuuat in decoctione eorũ aqua ſalſa,cum ipſa lauantur,& ſuperadſperſio pulueris riſi, aurem cũ radice cannæ, aut cum farina milij, quæ exiccant velociter quando conficiuntur cum aqua roſarum, & liniuntur aqua decoctionis ficuum, & ſalis, furfuris,riſi valent. Cùm autem ſicci ſunt, & cortex factus eſt, tunc ſæpius in die vngantur cortices cum oleo tepido, cum coto, donec omnes cortices cadant.Quòd ſi ex principio morbilli vel variolæ appareant nigrę, vel virides, vel liuidæ,& duræ, abſtinendum ab his, quia mortales ſunt.

De vrinandi nimietate, & defectu, & primo de diabete.

Cap LVI.

Diabetica paſſio,eſt nimius, & inuoluntarius lotij effluxus. Cauſa eius eſt,exceſſiuus calor renum,impotentius attrahens aquoſitatem ſanguinis.

Signa ſunt.

Immoderatus, & innaturalis fluor vrinæ, imò quicquid bibitur, citò exit ita crudum, eſtq́ue frequenter vrina alba, & clara, propter eius cruditatem,& indigeſtionem.

Prognoſticon.

Iſte morbus inducit maciem vehementē, & niſi tempeſtiuè ſuccurratur, timendum eſt de hydropiſi & morte.

Cura.

Lac paratum ex auellanis recentibus contuſis, cum aqua vrinalis herbæ confectum, diabeticis omnibus mirè prodeſt. Laudatur à Galeno aqua hordei, potui data, & rob fructuum. Inter ſimplicia vitis extremitates, mala cydonia, punica, comæ ſalicum, portulacæ, virgæ paſtoris, & ſemperuiui, ſingulatim, vel miſtim, tam per modum apozematis, quàm fomētationis, vel lauacri vſurpata.

Emplaſtrum ad idem.

℞. farinæ hordeaceæ ℥. iij Infundatur in oleo roſaceo q ß. & modico aceti. Poſſunt etiam addi ſemina portulacæ, raſura cucurbitæ, & ſolatrum, adiectis ſeminibus frigorificis, tam minoribus, quàm maioribus, mundatis à ſuis corticulis, & fiat emplaſtrū arte.

Vnguentum ad idem.

Recipe ceræ, thuris, maſtiches, ana drach. j. olei roſacei q. ß. Miſceantur pro linimēto, & fiat inunctio. Vel recipe, olei cydoniorum vnc. j. ß. calami aromatici, nucum cupreſſi, ana drach ß. trochiſcorum de terra ſigillata, trochiſcorum de ſpodio, de carabe, omnium

ſcrup.

ſcrupul iiij. aceti roſacei ℥.j. ceræ albæ ℥.ij. Fiat vnguentum molle, & lauetur cum aqua ſublimationis arnogloſſæ, decoctionis antheræ, & ſumachij.

De ſtranguria, & dyſuria.

INfantium vrinam prouocat radix meu, quando trita pectini eorum ſuperponitur. Aqua deſtillationis centinodiæ, cum radicibus ſublimatæ, aqua item hipposelini, apii, & chamæleontis albæ, necnon trifolii, in pauciſſima quantitate propinatæ, in ciendo lotio permultū ſunt efficaces. Expertus quoque ſum in ægro, & propriè in infantibus, parietariam, ſi frixetur in oleo, & demum pectini ſuperemplaſtretur, præpotētem eſſe in prouocatione vrinę. Expertus etiam ſum, deſtillationem philipendulæ radicis, modicè potui datam, ſummam habere vrinæ prouocandæ vim. Experientia denique certa didici, ad idem efficaciter valere, ſi ſumatur cucurbita quæ eſt antiqua in retinendo oleum, & calefiat aqua feruenti, ita quòd aqua non ponatur in ea calida, per os ipſius infantis, ponat virgam, & calorem retineat. Detur aliquando in potu aqua decoctionis acori, quæ mirè vrinam prouocat. Item fiat emplaſtrum de axungia gallnacea, anſeri-

na,

na, chœrogrillina, lithoſpermate, ſaxifraga & ſanguine hirci præparato.

Præterea centum capita cocta in oleo chamæmelino, & emplaſtrata calidiuſculè, ſtranguriam, & dyſuriam ſine dubio ſoluit. Pueris & ephebis, prodeſt vinum decoctionis iringotum, cùm ſaccharo potui datum. lotium enim potentiſſimè agit. Similiter operatur decoctum ſenecionum, cum carnibus caſtratinis elixatorum. Nec minus ad hoc potens eſt aqua decoctionis cicerum manè & ſerò, pro ætatis congruentia propinata,

F I N I S.

IN CELEBERRIMVM

aꝗum, quo & humanitate, & eruditione ſingulari ornatiſsimus iuuenis, Georgius Kufnerus, inſignia doꝗoratus recepit, congratulatio.

Ioannis Lorichij Hadamarij.

SI bene magnifica cepit cum laude coronam,
Si pretio nomen clarius ille tulit,
Quiſquis in Elæo meruiſſet puluere palmam,
Seu lucta, aut curru, ſeu pede victor erat:
Halticus, & Pyctes, Dromeus, gladiator, Aliptes
Præmia virtutu promeruere ſua.
Ornabant alij flauos Iouis arbore crines,
Nonnullis merces ſplendida laurus erat.
Victores apio redimibat Achaia diues,
In Nemeis pinus gloria ſumma fuit.
Quis poſitas ſtatuas, auri quis pondera multa,
Neſciat egregiu dona fuiſſe viris?
Iure igitur decus hoc tribuit tibi cæſia Pallas,
Et caput inſigni vincit honore tuum.
Iuſtius hæc veniunt tibi præmia docte Georgi,
Quàm cinxit fortis tempora clara Milo.
Tam iuſtè nullus titulum ſortitur athleta,
Tam nulli pugili gloria digna venit.
Pancratij dextru, & ſolo corpore certant,
Hoc quis opus tandem vilius eſſe neget?

Omn.

Omnes muſarum tu culto pectore dotes
Hauſiſti, quoniam munera Dia tenes.
Hæc grauior longè, magis eſt ornanda palæſtra,
Viribus ingenij quæ ſuperare ſolet.
Viciſti omnigenos infracta mente labores,
Nec piguit curæ tædia multa pati.
Otia, blāditias, Venerem mala pocula, luxum,
Vnus es è paucis, qui fugienda putet.
In dubio poſitum eſt, an vincas moribus artes,
Artibus an mores par ab vtriſque decus.
Doctrinas vno quæ coniunguntur in orbe,
Prima tibi puero diſcere cura fuit.
Hinc noſti Latios rectè proferre lepores,
Barbarie expulſa verba diſerta loqui.
Tum validè tua dicta probas, cōuincere doctos,
Turbam, quæ technis vtitur, atque ſtrophis.
Cuncta etiam lepidis potes illuſtrare figuris,
Flexanimæ Pithus dulcia verba tenes.
Hæc vbi ſunt ſtudio fundamina iacta fideli,
Conatu aſpiras ad grauiora citò
Intima ſacratæ Sophiæ penetralia luſtras,
Cuius pars morum facta decôra docet.
Altera naturæ inquiris myſteria vaſtæ,
Artificem è factis comprobat illa Deum.
Talia complexus primis documenta ſub annis,
Culmina mox celeri tendis ad alta gradu.
Verus, & humani generis ſeruator Apollo,
Nil medica melius præſtitit arte Deus.

Illa

Illa tuo placuit diuina ſcientia cordi,
Hanc tibi perpetua ſedulitate paras.
Omnia Pergamidæ voluis præcepta Galeni,
Hippocratis Coi dogmata ſana teris.
Morborum magno cognoſcis acumine cauſas,
Vt cunctis addas pharmaca docta malis,
Herbarum ſuccos, certa & medicamina noſti,
Quo magna infirmos dexteritate bees.
Sed magis hoc mirum primo ſub flore iuuentæ,
Te res complecti tum potuiſſe graueis:
Cùm tibi vix tenera niteant lanugine malæ,
Luſtráque ſint medii quinque peracta tibi.
O quales fructus producet ſerior ætas!
O (ſuperi vitam dent modò) quantus eris!
Ornabis patriam, cunctos ornabis amicos,
Quorum te cultum fecit vtrunque ſatis.
Hinc tibi purpurei decus hoc inſigne galeri,
Defert Pierij turba ſacrata chori.
Applaudit ſtudioſa cohors aſſurgit eunti,
O quantum laudis dat tibi læta dies!
Proueniẽt charis, & gaudia quãta propinquis!
Quanta in lætitia viuet vterque parens!
Quod ſene de Rhodio veterũ monumẽta receſent
An ne tibi mirum quod videatur habet?
Tres pater hic habuit præſtanti robore natos,
Pancratio hic clarus, ſed pugil ille ſuit:
Tertius in lucta conſueuit vincere, luſtra
Cùm ſua Piſæo ſunt celebrata Ioui.

Totá

Totáque ſpectauit ſolennes Græcia ludos,
Pignora & huc genitor chara ſecutus erat.
Tempore tres iuuenes victores vidit eodem,
Vna qui laurum promeruere die.
Qui patris in gremio meritas poſuere coronas,
Brachia circundant, oſcula blanda ferunt.
Lætatúrque ſimul populus, tum floribus ornăt,
Feſtiuis cælum plauſibus vſque ſtrepit.
Tanta in lætitia tantóque in honore ſedentis
Incluſere animam gaudia ſumma ſenis.
At tu clare parens, iuuenis lætare beati
Nomine, tum multos, & bene, viue dies.
Suſcipite hūc proceres, clariſsima lumina regni,
Quos habet auguſtus Rex in honore viros.
Plaudite nunc veſtro (ſic poſcit tempus) amico,
Dignus erit tali nemo fauore magis.
Zotthius hoc faciet cunctos clariſsimus inter,
Neſtora qui ſuaſu vincit vbique ſuo.
Et Mornauueræ nitidiſsima gloria gentis,
Omni qui regnum ſedulitate iuuat.
Haidenreichigena de ſtirpe inſignis Eraſmus,
Omni virtutum munere cultus homo.
Iuſtitiæq; ſciens, & conſultiſsimus æqui
Hippius, eloquij non minus arte valens.
Per quorum floret virtutem curia Regis,
Cuius ſuſtentat ſceptra beata Deus.
Poſthabitis propriis qui regia cōmoda tractăt,
Præcipua cura, præcipuáque fide.

Non

Non alios vellet prudens optare Darius,
Dum numerat ſumptis punica mala cibis.
Sunt in conſiliis Regi, quod Zopyrus illi,
Vnum qui coluit pro Babylone virum.
Nec conſultores alios quæſiſſet Atrides,
Vnum dum peteret, negligerétque decem.
Illi gaudebunt tantis ſucceſsibus omnes,
Fortunámque volent amplificare tuam.
Sit licèt ampla ſatis, per eos tua gloria creſcet,
Et Kufnere tuus non morietur honos
Tu quoque gaudebis multum clariſsime doctor
Agricola ô medicæ maxima fama ſcholæ.
Te ſtudio, atque opera ſic inſtruxiſſe fideli
Diſcipulum; de te prædicat ipſe libens.
Phillyrides puerum ſic informauit Achillem,
Atque Machaoniæ tradidit artis opem.
Mox & Amynterides iuueni præfectus eidem,
Monſtrauit factis iungere dicta bonis.
Tu quoque res pulchras docuiſti, & verba, vo-
Nunc erit ex illo grata labore tibi. (luptas
Denique nemo poteſt hæc triſti cernere vultu,
Cuius non nimius pectora liuor habet.
Nūc precor vt (ſine quo nihil eſt fas fidere nobis)
Cuncta Deus clemens cœpta ſecundet, Amē.

ORNATISSIMO IVueni, Georgio Kufnero Rotamontano, in medica profeſsione doctoratus inſignia recipienti, Carmen congratulatorium.

Sebaſtiani Solidi Rhæti.

*Tempus erat Tarteſsiacis quo merſus in vn
Titan, & ſtabāt aſtra ſerena polo, (dis
Feſſáque iam paſsim cunctis animalia terris,
Mulcebat ſerpens molliter alta quies.
Non auis, aut pecudes optata ſilentia turbant,
Iámque ager, & ſaui iam maris vnda ſilet:
Interea leni perfuſum membra ſopore,
Curarum domitor, me queque ſomnus habet.
Templa ſacri videor me lucida ſcādere Phœbi,
Siue fuit ficlæ, ſeu ſimulacra rei.
Mons illic biiugo contingens vertice cœlum,
Oppoſita feſtus parte Cyteron erat.
Nam licuit certis illud dignoſcere ſignis,
Fiebant ſolito Bacchica ſacra modo.
Diſpicio tacitus quid & amplius ipſe viderem,
(Huius tam fuerat magna cupido rei)
Pingere quæ cerno natura venuſtius ipſa
Tam nequit, intuitu mens ſtupet ipſa ſuo.
En Phœbus ſolio reſidens venerandus amœno,
Argutum ſolito pectine tangit ebur.*

Auſe

Auſcultò ſitiens artis dulcedinis huius,
(Mens prona in rebus, ceu ſolet eſſe nouis.)
Amota dextra plectrum iam ſiſtit Apollo,
Mox & Apollineas iuſsit adeſſe deas.
Concurrunt omnes, ſuſpenſisq́; ora camœnis
Protinus ex alto ſic ait ille loco:
Magna Iouis ſoboles, vos ô mea gloria Muſæ,
Qui veſtri dicor, duxq́; patérque chori.
Noſtrũ opus eſt (ſcitis) lepidos effundere cantus,
Et ſuperis doctos adſimilare viros.
Noſtrũ opus eſt vatũ præcingere tempora lauro,
Lætus vt exornet pampinus vſque comas.
Venerit & quiſquis noſtras bibiturus ad vndas,
Perpetuum viuens ſentiat ille decus.
Quare agite ô Gratiæ, charos tueamur alũnos,
Sitque illis noſtro numine tuta ſalus.
Laudibus at digni multò maioribus illi,
Qui duplici ſtudio munera noſtra colunt.
Quẽ cupio iuuenẽ citharæ, vt decoretis amicum,
Hic fuit & medici ſedula cura cadi.
Inuentum (ſcitis) noſtrum medicina putatur,
Hinc noſtri cupidis præmia ferre decet.
Ite igitur dulces iuuenem obſeruate puellæ,
Et partim noſtro ferte labore decus.
Plura Dei cupiens ego carpere verba loquentis,
Sed vigor externis ſenſibus ipſe redit.
Nox depulſa polo, coniunx Tithonia ſurgit,
Et religat roſeis tempora flaua comis.

Clara dies homines opera ad conſueta reducens,
Hortatur tepido membra leuare thoro.
Sic poſtquā pulſo melior mens reddita ſomno eſt,
Quæ vidi vacua ſomnia mente puto
Et tamen in fictis animum iuuat eſſe moratum,
Quæ vidit, repetit mens ſimulacra prius.
En iuuenis turba veheris ſtipante Georgi,
It tecum effuſus ex Helicone chorus.
Ad ſacra te doctæ conducunt templa Mineruæ,
Pieriis iunctus, qua fluit Iſter aquis.
Qua vere gemini Parnaßij culmina ſurgunt,
Cecropiiq; patent, pulpita docta gregis.
Hic capis in ſtudiis perpeſſæ præmia curæ,
Hic ornant teneras turba nouena comas.
Ammonius (verè medicorum Iupiter Ammon)
Hic offert medicæ laurea ſigna rei.
Qui quantum reliquos Phœbea vincit in arte,
Phillyridem miſtis æquat & ipſe cadis.
Tantum plus veræ credas accedere laudis,
A tanto veniat quòd tibi tantus honos.
Gratulor idcirco ſuſceptæ nomina famæ,
Grator tam lætum te tetigiſſe diem.
Pergas Pæoniis nunc tradere pharmaca ſuccis,
Perge ſalutifera pocula ferre manu.
Faxit cœleſtis Medicinæ inuentor Apollo,
Talia ſuccedant proſpera cœpta tibi.
Tu nunc ô Miſomuſe vomas, non eſſe poëtis
Numen, nec Phœbum ſenſa futura loqui.

DE

DE MVSARVM PRAEmiis Doctori Georgio Kuſnero Ratembergenſi, apud florentiſsimum Ingolſtadium, II. die Augu- ſti collatis, Carmen,

Valentini Butzlij Vuangiani.

Carmina finxerũt (nã fingunt multa poëtæ)
Innumeras ſedes, nec loca certa Deûm:
Ardua Pimplæi ſacrare cacumina montis,
Pars voluit muſis: pars Helicona dedit.
Verticibus celſum bifidis qui tendit Olympum,
Parnaſum Muſis pars fecit eſſe domum.
At pars Aoniæ fontes dixere Camœnis,
Placatas ſedes, tuta vel eſſe loca.
Confert tecta domus Muſis ſacrata Cytheron,
Pieriæ ſedem dant nemoroſa iuga.
Sanguine progenuit cæſa ceruice Meduſa,
Gaudia Pieriis Bellerophontis equum:
Pegaſei vt fodiat gelidum pedis vngula fontem,
In quo Caſtalides candida membra lauent.
In quo conſideat lauro redimitus Apollo,
Pegaſidum voluat ſceptra regenda manu.
In quo Pierides poßint celebrare choreas,
His dum concinat doctus Apollo lyra.
Tot loca finxerunt Muſis, nec certa poëtæ,
Aſtrigeri quot ſunt lumina clara poli.
At ſi dicendi veſtra de ſede Camœnæ
Ingenium, calamus, linguáque docta foret:

Et ſi melliſluis condiret carmina verbis,
Euterpe, & caneret Cinthius illa Deus:
Carmine narrarem montes, fluuióſque ſonoros,
Acceptas ſedes, & loca grata breui.
Adſitis lepidæ dulci rogo carmine Muſæ,
Vt loca carminibus dicere veſtra queam.
Tercentum ſemel atque ſemel cum mille ſolebāt,
Annos Chriſticolæ connumeraſſe pij.
Luſtra ſemel, ter términe ſemel iunxiſſe volebat,
Huic numero ſummi chara caterua Dei.
Cæſaris & quum cōuentus fratriſque caterua,
Vrbe Ratiſpona religioſa foret.
Tunc qui grammaticos inter non vltima laude
Ingenij potuit commeruiſſe loca,
Suſembrotus erat, capiens ſua gaudia vitæ,
Inuida nec filum ſata tulere ſuum.
Artibus ingenuis mentes puerique doceret,
Moribus & regeret pectora nuda bonis.
Inter quos primos tibi non poſtremus habebat.
Suſenbrote parens, ſpes ſtudiique mea.
Dogmate cum tandem coluiſſes pectora noſtra,
Pierides videam mittis vt ipſe Deas.
Sic tua iuſſa ſequēs, loca quàm ſinuoſa pererro,
Caſtalides quæro Teſqua per hirta Deas.
Quo me cunque fero, video placidiſſima nuſquā
Muſis, barbarie ſed loca plena graui.
Tandem contingens celebris confinia rura
Vlmæ, quam rapidis aluit Iſter aquis:
Hinc

Hinc mea Danubij noti toto orbe fluentis
Vnda vehit valido languida membra gradu.
Norica cùm tandem vidiſſem mœnia, ripis
Anglipolim reſinis Iſtridis vnda fluit.
Hîc dum manſiſſem, nam nox obſcura tenebat
Terras, iam ſomno lumina feſſa iacent:
Omnia quæ ſemper vigilanti mente reuolui,
(Accidit vt ſomno) ſomnia noſtra ferunt.
Aonides aderant florentia ſerta capillis,
Cingentes flauis, pulchra decora ſuis.
Has facies, oculis, pomoſæ in corde papillæ,
Ornabant Muſas, blandidulaque genæ.
Dependent albo pretioſa monilia collo
Candida purpurea corpora veſte rigent.
His arguta ſonant ſuaui Pſalteria chorda,
Cantica concinit dulcis amica Chelis.
Mellifluas voces tantas de gutture promunt,
Vt ſuperent Lygiam, Leucaſiámque ſono.
In medio citharœdus adeſt Tegæus Apollo,
Carmine Theſpiadũ qui regit vſque chorum.
Concentus facilem ſomnum diſſoluerat iſte,
Obſtupui, vocem lingua referre nequit.
Ordine ſtãt circum dextra leuáque Camœnæ,
Coniiciunt riſu lumina nota leui.
Ora tenent tacitæ, iam dulcia plectra ſilebant,
Delphicus accedens protulit iſta Deus:
Excute corde metus, nõ Muſas, ſpectra timebis,
Quas placuit rigido quærere monte tibi.

Hîc retinet o pedes per montes, ſaxa, per ignes
Defeſſos, hîc eſt ſæpe petita ſalus.
Et ſi ſint aliis (tamen hîc gratiſsima ſedes)
Quæ capiant Muſæ gaudia multa locis.
Hoc facit Anglipolis, populus, loca, flumina, Re-
Relligio, pietas, docta caterua virûm. (ges,
Vrbs antiqua facit, iã multos firma per annos,
Quæ potuit longa conſenuiſſe die.
Danubius rapidis toti notiſsmus orbi
Alluit hanc vndis, mœnia tuta facit.
Circumfuſa ruunt ſpatioſi iugera campi,
Obſtant nec ſylua, mons nec anhelus adeſt.
Incola fortis amat fortunam Martis, & audet
Hoſti bellig ero conſeruiſſe manus.
Boica cùm tellus bello vicina periret,
Auſa eſt Anglipolis Martis obiſſe mala.
Hîc quoque (vt eſt toto cõſiſtens maxima Regno
Boiorum) pietas, relligióque fides.
Et populo tanto celebris ſtat gloria Regni,
Vita Ducis populo relligioſa patet.
Principibus claro ter magnus ſtemmate natus,
Guilhelmus plebem hanc relligione regit.
Emporium ſtatuit Muſis, quo præmia largo
Anglipoli cornu docta corona ferat.
Digna volũt Muſæ hîc ſtudij cognoſcere fructus,
Præmia Palladiæ propria ferre viris.
Munera depromunt doctis ſuauiſsima cornu,
Hîc ſtudiis æqua præmia lance ferunt.

Hîc

Hîc eſt vera domus Muſis gratiſsima ſedes,
Hîc poteris doctas excoluiſſe Deas.
Delphicus iſta Deus dixit: tunc omnis imago
In vmbras viſa eſt euanuiſſe leues.
Interea cùm mente mea ſic voluo ſopores,
Tunc aurora ſuos rubra colorat equos.
Eripior lecto, ſtudioſam quæro cateruam,
Colligo Mæoniis munera multa Diis.
Sic vbi præterit triplex mihi fertilis annus,
Kuſnerum Muſæ condecorare ſuum.
Huius vt ornata tituli Medica arte celebres,
(Certarunt Muſæ) conſpicui eſſe queant.
Munera confuſo confundunt ordine cuncta,
Kuſnerus meus eſt. ora nouena ferunt.
Vna comas comit, pictas facit vna coronas:
Tertia fert flores, Puniceáſque roſas:
Vt ſemper blandis ſpirarent floribus aræ,
De calathis violas ſpargere quarta ſolet:
Annulus exornat. ſuperans ſpecioſa metalla.
Articulos manuum, quem ſibi quinta dabat.
Arte laboratas veſtes dat ſexta ſororum,
Dependent humeris oſtra coruſca ſuis:
Aurata lumbo Zona nunc ſeptima cingit:
Octaua & capiti iam diadema dabat:
Doctorémque nouum deducit nona Dearum,
Ad virides hortos: Talia verba facit:
Carpemus ſociæ vos ô dulciſsima poma,
Carmine lætemur, blandiduliſque locis.

Tu cithara citharœde veni, fidibúſque ſonoris,
Doctori carmen pandito dulce nouo.
Sed ſaltū primus citharœdi ad plectra Georgi
Ducito, me preßit cum tua iuncta manus.
Ordine deducat ſic ſaltus quæque ſororum,
Accreſcátque leui blanda chorea pede:
Exhilarant animos, cognoſcunt gaudia, cunctis
Contentum, riſum, frons ſibi læta tulit.
At cùm Solis equi properant ſe tingere vaſto
Oceano, quæuis oſcula Muſa dedit:
Et longum dixiſſe vale, dextrámque premere,
Optat, & exoptat multa beata viro.
Quæ tibi rex cœli, terræ, conferre Georgi
Dignetur, vitam dirigat atque tuam.

MORBORVM CVRAtionum, in hac epitome contentorum elenchus.

ALui omnigenorum morborum, (qualia ſunt, conſtipatio, profluuium, torſio, dolor, durities) remedia, pagina 56

Auricularis morbi remedia 63

Ani omnium vitiorum (vtpotè, exitus, abſceſſus, pruritus, ſycoſes, ſeu ficus, dolor, inflatio, intertrigo, cancer,) medelæ eodem

Anodina 67

Alarum excoriationis remedia 76

Abſceſſuum, & apoſtematum quorumlibet medicationes 84

Anginam auferentia pharmaca 91

Ancynogloſſæ cura 104

Aphthas tollentia medicamenta 111

Aſthmatis medelæ 114

Ambuſtorum remedia 119

CApitis omnigenorum adfectuum (qualis ſunt' ſyriaſis, hoc eſt, ardor capitis, pityriaſis, ſeu porrigo, phthiriaſis, tineæ, dolor & calor capitis) medicationes 69

Coſmatica (qualia ſunt, capillorum nutritio, tinctura, glabrities, lendines, corroſio) remedia 69

Cardiacæ, & cordis tremoris cura 73

Caloris innaturalis medelæ 74

Coxarum excoriationis medicamenta 76

Caduci morbi remedia 82

Cutim dealbantia, clarificantia, decorantia, & colorantia remedia 88

Col

Coli morborum (vt ſunt, botium, verrucæ, & ſimilia) remedia 89
Cachexiæ cura 98
Conſumptionem corporis emendantia medicamenta, pagina eodem
Calculum, tam veſicalem, quàm renalem contere͏ntia pharmaca 108
Combuſtorum medelæ 119
Catarrhum emendantia remedia 120
Colis defectus (vt ſunt, durities, dolor, abſceſſus, tumor, & ſimilia) medelæ 128

DYſſenteriæ cura 61
Dentitionis, & dentium doloris medelæ 99
Dorſi morborum, (quales ſunt, lapſus, præcipitatio, verrucæ, & ſimilia) remedia 80
Dracontiorum, ſiue dracunculorum cura 81
Diabetis remedia 153
Dyſſuriæ medelæ 154

EXcoriationis cuiuſlibet medelæ 76
Epilepſiæ cura 82
Elcoſis, ſiue exhulcerationis cuiuſlibet partis remedia 83
Exanthematum medicationes 84
Eruptionum quarumlibet medicamenta eodem
Extuberantiæ omnium corporis partium medicamina 103

FEmorum intertriginis, paratrimatum & exhulcerationis cura 83
Faciei omnium vitiorum (vt ſunt, maculæ, morphæa, dealbatio, decoratio, clarificatio, & coloratio faciei) remedia 85
Faucium vitia (vt ſunt, aſperitas, exhulceratio, abſceſſ

ſceſſus, & huiuſmodi) emendantia pharmaca 89
Febrium omnigenarum, earũdémque æſtus cura 93
Fluxionis, ſeu rheumatiſmi remedia 120

GIngiuarum morborum medelæ 77
Gutturis defectuum cura 89
Genarum vitiorum (ſcilicet, tumor, dolor, puſtulæ) remedia 96
Gangilij medicatio 125
Genitalium tumoris, pruritus, & abſceſſuum medicamenta 128

HEreſipelatis cura 97
Herniæ medelæ 97
Hecticæ medicamina 98
Herpetis remedia 126

IMpetiginis remedia 102
Iliacæ cura eodem
Inflationis omnium partium medelæ 103
Intoxicationis medelæ 112

LAbiorum fiſſuras, puſtulas, & alias incommoditates tollentia pharmaca 77
Linguæ tumores, extuberantias, ardorem, hulcera, abſceſſus, ranulam, & ſimilia, auferentia medicamina 104
Lapidem renalem, lumbalem, & veſicalem confringentia remedia 108
Lumbricorum infantium medelæ 143

MOrbillorum cura 85. & 149
Maxillarum dolorem, tumorem, & puſtulas auferentia medicamenta 96
Maciei, macredinis, & macilentiæ remedia 98

Mem

Membrorum extenuationem emendantia pharmaca pagina 109
Maraſmi medelæ 117

NArium fluxui ſanguinis,& obſtructionibus conferentia medicamenta 110
ORis defectuum (quales ſunt, hulcera, oſtocopus, cancer) remedia 111
Oculorum dyſcraſiarum (vt ſunt, ardor, punctio, dolor, tumor, lacrymæ, pruritus, humor, hebetudo, cæcitas, obſcuritas,) medelæ 139

PVſtularum cura 84
Palati hulcera, & alios eius morbos curantia pharmaca 89
Phthiſis medelæ 99.118
Peſtis remedia 112
Pectoris obtuſitati, ſtricturæ, & aliis eius morbis competentia medicamina 114
Pulmonis morbos curantia pharmaca eodem
Præcordiorum incommoditatibus conferentia medicamenta eodem
Peripneumoniæ cura 115
Plethoriæ medelæ 118
Pyricauta medicamenta 119
Prurituum cura 128

RVpturæ medelæ 97
Rheumatiſmi cura 120
Raucedinis remedia eodem
Ramicis medicamenta 121

SYnanchis cura 91
Stomachi dyſcraſias (vt faſtidium, vomitus, nauſea, reiectio, debilitas, ructus) curantia medicamina

mina, pagina 114
Sitim reſtringuentia pharmaca eodem
Singultum auferentia remedia eodem
Sternutationis remedia [illegible]
Spaſmi cura eodem
Serpiginis remedia 126
Splenis morborum cura 127
Scabiei remedia eodem
Somni incommoditates tollentia remedia 138
Stranguriæ cura 155

THoracis morborum cura 114
Tabis cura 117
Tetani remedia 125
Tumorum omnium cura 128
Teſticulorum ſcilicet, abſceſſuum, duritiei, & tumoris cura eodem
Tibiarum tumori, duritiei, & abſceſsibus competentia pharmaca eodem
Tenaſmi cura 120
Tuſsis remedia 132

VAriolarum remedia 81.149
Ventris inflationibus, & extuberantiis, aliiſque eius morbis conferentia medicamina 103
Viſcerum morborum remedia 114
Vrinæ nimietatis, & defectus remedia 153
Viſus incommoditatibus (vtpote ardori, punctioni, dolori, tumori, lacrymis, prurituì, liquoribus, hebetudini, obſcuritati, cæcitati) conferentia pharmaca, pagina 126
Ventriculi faſtidio, vomitui, nauſeæ, eructioni, debilitati, ructibus conferentia medicamenta 103
Vermium remedia 143
Vigiliarum remedia 139

Vom

Vomitum curantia pharmaca 140
Vmbilici eminentiæ cura 141
Vlcerum remedia 147
Venenorum antidota 112

FINIS.

LVGDVNI,

Excudebat Benedictus
Rondettus.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Cooperativa
ROMA
Via della